eternā veracit possidebit. qz legit h⁹ a spōso suo
ipetrasse cū orauit. Dñe ihu xp̄e p sctissimi san-
guinis tui cruorē quē vt mūdū redimeres effu-
disti. z in cruce oia ad te trahēs spm̄ tradidisti.
in hac hora passiōis mee exaudi me indignā fa-
mulā tuā z cōcede p inuocōez nois tui sctissimi
p incarnationē tuā xp̄e vt q̄cūq passionis mee
mēoriā egerit pcōx suox veniā cōseq̄t z nullis
in hora discessionis sue horroribus demonū tra-
ctet. z p̄cios corpis tui pticeps fiat. z phemnis
gl'e p̄miū tecū pticipet sine fine. O fructuosa o-
ratō h⁹ vgis gl'ose qđ ei ē melius hoi q̄ hr̄e veniā
pctōx suox q̄ finalit mergūt hoiez i ifernū. qđ
leti⁹ q̄ teterrima demōuz mōstra ñ viderc. qb⁹
vix vellz hō oia tormēta mūdi libēter sustinere.
Sic̄ de h⁹ refert.b.cirill⁹ i epl'a ad Aug. quēdā a
morte suscitatū sic dixisse Veniēte mort]mee ho
ra tāta i loco quo migratur⁹ erā nephādox af-
fuit spūuz multitudo. vt p multitudie oino nō di-
nūerari possent. quox species tales q̄ ea nihil
penosi⁹. nihil ve horribil⁹ excogitari pōt. Po-
ti⁹ ei qlibz hoiz flāmis ardēti⁹ arsurx se expōe
ret q̄ eox formax ictu oculi visiōe potiri. q̄ ad
me veniētes oia q̄cūq ppetraui ꝓtra deū ad me
moriā meā reuocabāt suadētes m̄ vt āpli⁹ de di-
uina mia quā gust offēderā nō sparē. b⁹ ille. Ec-
ce a tā horribili aspcu btissima bar. suos faulos
famulasq fec̄ libari. qđ ec̄ ē hoi salubri⁹ q̄ salu-
tar] corpis xp̄i pticipē fieri. qđ ē aie viaticū z a
leonib⁹ ifernalib⁹ defensiuū. Vere felicē fm hila
riū sup Act. Estimo obitū hois q̄ i hora mortis
sue. carni z sanguī incorpat⁹ fuerit sui saluator]
Quid nā ē beati⁹ q̄ pmiū celest] gl'e cū xp̄o susci
pere ieternū qđ ē oim miseriax finitiuū. Q aūt
b.bar. hz illa ipetrare suis famul' ꝓforme ꝓbat
in exēplo. Fuit qđā abbas in frisia q̄ cū aliis
duob⁹ mōachis missus erat ad capitulū gñale.
Cū aūt ad qđā nemus piter veissent vbi latro-
nes morabant freqnt z neces eōtuz ꝓmittebāt
Et ecce vox horribil' clamabat. sancti pr̄es ꝓpt
nomē dñi nr̄i ihu xp̄i z ꝓpt nomē.b.bar. vgis z
martir] sue veite. Quā vocē cū audiuiss̄et exter
riti pl⁹ festinabāt vt terrores h⁹ loci effugerēt. z
illa vox attēti⁹ sonuit vt p⁹. cū aūt abbas audis
set nomē dñi nō exterruit ad locū iuit. Cū āt ve-
nisset nihil vidit nec audiuit. z intra se ait. dñe ie
su xp̄e q̄ fuit illa vox quā audiui? Tūc apparuit
sibi caput cuiusdā viri qđ p triduū iacuerat ꝑpu
tatū z fuerat apt] oculis z resoluta lingua dicēs
Null⁹ terror tibi sit. sz vade voca alios dños tu
os frēs. z indicabo vob mirabilia q̄ dñs ē opa-
tus in nob. Qui cū veissent cū familia sua: caput
ait. V⁹ qđ vob dico diligēti⁹ ad quēcūq locū ve
nerit] ad hōrē oipotēt] dei z.b. vgis ac martir]
bar. pdicate. Scitote q̄ fui mercator diues. et
cū venirē ad locū istū incidi in man⁹ latronū. q̄
me appēhēdētes oia abstulerūt. z me occiderūt. et
qz mult] mal'repleta erat aia mea innūerabiles
dēmōes venerūt vt raperēt aiaz meā. sz sctā bar.
eripuit me. z veste sua clarissima circūdedit. qz
sp dū viuerē aliqd exhibui sibi laudis z honor]
vñ ad euidētiā h⁹ rei tale caput meū a loco isto
ferte ad corp⁹ qđ a dextr] in rubi frondib⁹ iacet
obrutū z in locū p̄stinū adaptate. z ego vobiscū
pgā. z p ꝓfessionē purā pceptis sacramētis re-

missionē valeā pcipe pctōz. Qō illi audientes deū glorificauerūt .z.b.bar .adorauerūt grās agētes deo.z fecerūt sic audierūt.z ptinuo surrexit q occisus fuit.z cū ipsis festiauit ad qdā oppidū.z pfessione cū magḡ ptritione z cū lacrimis fcā z sacramēti ecclesiastici felicit pcepti ipsis cernētibꝰ aīa a corpe eiꝰ migrauit ad celū.z suscepta ē a dño Jhesu xpo. Corpꝰ aūt cū magḡ reuerētia ē susceptū z sepultū. Ecce em̄ iste amicissimꝰ oroꝝ q̄ salutifeꝝ hz vnicuiq; fontē. et hūc debemꝰ ab ea petere ne eterne siti moriāur z dicere cū sapiēte. Diriuētur fontes tui foras ℞ z aq̄s tuas diuide in plateis Prouerb.v. In isto orto florigero celestis pfamilias diuersoꝝ genera floꝝ plātauit.z pncipalit tria .s. flores rosaꝝ.violaꝝ.z rutaꝝ Flores rosaꝝ sunt albi habētes in medio colorē q̄i aureū.z significat vginalē castitatē cū charitate q̄ dotauit dñs.b. bar.de q̄ dicit in legēda.glorīa castitatis sp optauit z in armariolo cordis mei inclusi incōditā castitatē.oēz viri thoꝝ z ptuberniuz aspnādo sciuit em̄ ex instinctu spūssancti illud Hugo.dictū. Sic accēdētez ad thronū ncce ē p̄mū castitate mētis z corpis p̄muniri. ℔z hoc nō aīaduertit eua vgo iō ex sua petulētia est plapsa. De cuꝰ lapsu dit beatꝰ Hiero.de lapsu vgis pfecte. Cur nō rūpis in vocē.z tue mētis apponis ardorem ℞ Eras vgo in padiso dei.vtiq; inter flores eccle Eras spōsa xpi.eras templū dei. eras bitaculū spūssancti.z cū dico totiēs ncce ē vt ingemiscas q̄ nō es.q.d.fuisti.z incedebas in eccla tāq̄ columba.splendebas vt argētū.fulgebas vt auꝝ. Eras tanq̄ stella in manu dñi q̄ ē ista subita mutatio.q̄ repētina p̄uersio de dei vgine. facta est corruptio sathane. De spōsa xpi scorti execrabile.de tēplo dei phanū immūdicie.de bitaculo spūssancti tugurīū dyaboli. Et neq; incedebas cū fiducia vt columba.nūc lates in tenebris vt vespertilio q̄ prefulgebas vt auꝝ ppter vginitatis decorē.nūc vilior facta es luto platearuz. Que fueras stella radians in manu dñi velut de celo alto.nūc extincta p̄uersa es in carbonem. Nec Hiero. Ex quo dicto doctor gloriosi pz q̄ beabar.q̄ inuiolatū suauit florē vginitatis vgo in padiso nitēs inter flores ecce vt sponsa christi templū dei.bitaculū spūssancti incidit in ecclia celesti vt columba.splēdet vt argentuz.fulget vt auꝝ Scdi flores quos plātauit dñs in btā barba.sunt flores violaꝝ.q̄ q̄nto altiꝰ crescunt de tanto vtutē superiorē depmūt.z significāt eꝰ humilitatē quā in magnis honorib⁹ p̄seruauit.perpendēs illud sapiētis Eccī.iij. Quāto maior es humilia te in oīb⁹.quāto em̄ a suis pcuratorib⁹ a sua nobilitate z nimia speciositate laudaretur tāto magis vgo dei se deprimebat vt ipleret Aug. dictū in li.ad sacras vgines.dñica vgo nec sermōib⁹.iactātia nec diuicijs nec nobilitate se dz extollere.sz in būilitate pauptate spūs a xpo accepta q̄diu virerit pmanere dz. Tertij flores q̄bus ornat⁹ fuit iste ort⁹.s.b.bar.sunt flores rutaꝝ q̄ sua amaritudine fugāt exī viridaria aialia venenosa. Et significāt oronez q̄ beata vgo barbara dimicauit ptra dyabolū ipsuz effugando. cōtra pprīū patrē Diascoꝝ pstantiā passionis superādo. Et ecōtra pprij corpis libidines extinguēdo. Et qz sciuit.b.Aug.dicēte vbi s. dñica vgo ob extinguēdas oēs libidinis flāmas ie iunijs z abstinētijs debet operā dare.oronibus die noctuq; insistere si cupit a laqueos dyaboli insidiātis euadere z ad.pmissa vginitatis pueni re. In hūc nobilissimū ortū xps diuersa sua genera aialiū collocauit. z pcipue tria. Lepores timiditatis. Aspriolos velocitat.z Leones audacitatis. Lepus em̄ ē aial timidū ām Jli.li. xij. Iō data est ei membroꝝ velocitas z cursus agilitas cōtra canes quos formidat ām Aug. z significat timorē dei quā hūit bar. vt mūdū z pompas eiꝰ euitaret z pctm̄ fugbie effugeret.qz timor dñi expellit pctm̄ Eccī.j. Aspriolī sunt aialia velocia.z ita nō vngue.nō cornu.nō dēte sed sola velocitate fugit a canibꝰ z venatoribꝰ. se taliter defendit.vt dicit mgr.xviij.phie. Et significat agilitatē ad bonū quā hūit.b.bar.contra torporē negligētie. qz perpēdit illud Eccs. ix. Quodcūq; pōt manꝰ tua instāter labora.qz nō est scia nec opus nec ratio apud inferos quo tu properas. Sed heu tardi sumꝰ ad omne bonuz. Et ideo contra inuehit Anfel.in oronē di. Aia sceleris qd agis.dies iudicij venit. qd turpis aia peccatrix. arbor infructuosa. Ubi sunt fructꝰ tui arbor digna securi z igni.digna succidi.qui sunt fructꝰ tui vtiq; spine pūgētes.i.amara peccata.z lignū aridū z inutile eternis ignibus dignum. quid respōdebis in illa die cū exigetur a te vsq; ad ictū oculi omne tempꝰ viuēdi tibi impēsum qualiter fuit a te expēsum. Tunc quippe condemnabit quicqd fuerit in te inuētū operis vel ocij sermonis.hec ille. Leones sunt animalia audacia. Quia ām Ysi.in specu. nat. Qñ persequūtur per ipsos canes z venatores se nō occultant nec latitant.sed sedēt in campis vbi videri possint. Et significat audaciam quaz habuit.b.bar.cōtra tyrannos ipsam truncātes z precipue contra patrem impudicum canez. q̄ cuz suaderet sibi vt in thoꝝ consentiret.z mūdi delicijs fruerē.ipsa hec audiēs intremebūda nō pēsans quē accusatōis ptenderet colorē sed refutans audaciter hos sermones ait. Pater cum in omnibus sicut expedit teneor obedire mandatis.in bis tamen scias me tibi renitentez

vt dr̃ in legẽda. Ultimo in hꝰ oꝛtulo specioſiſſimo plãtauit deꝰ diuerſas arboꝛes aromaticas tñ ſpecialiť tres. ſ. platariuꝫ fidei pfecte. qꝛ ſpꝛetis oibꝰ idolis xp̃o militauit. Oluã mĩe Juxta illud Ecc̃i. xxx. Miſerere aĩe tue placẽs deo. et palmã glozioſe victozie. qꝛ oibꝰ inimicis ſuis deuictis nunc regnat cuꝫ ſponſo ſuo in celis oꝛnata. ad quẽ nos pducat tc̃.

Sermo ſcõs. De eadẽ ,p euãgelio dici.

Similẽ ẽ regnũ celoꝝ. x. vgibꝰ Mat. xxv. Scõꝫ iſi. li. xiiij. Zizania ẽ herba quã poete infelix vocãt lolũ. eo q inutile ẽ t infecũdũ. Naſcit aũt inter triticũ tpibꝰ ſiccis. t q̃ diu ẽ in herba ſiĺis ẽ tritico. t ab eo vix põt diſcerni. Et facilit ſuffocat triticũ niſi ab eo ſepeť. Cauti tñ ẽ qñ a tritico nõ cognoſcit q creſcere pmittať. t collecto tritico tũc ĩ igne ꝓbureť. Spũaliť p zizaniã itel liguntť pctõres q creſcũt inter triticũ. i. inter bonos xp̃ianos. quoꝝ pauci ſũt reſpectu malozũ ſm illud Eccõs. j. Stultoꝝ infinitꝰ ẽ numerꝰ. ſꝫ qꝛ tales a bonis nõ pñt bñ cognoſci. iõ creſcere cũ illis pmittanť. quẽadmodũ docꝫ xp̃s Mat. xiij. di. Sinite vtraq creſcere. Sup quo dicit. b Aug. in omeĺ. de pnĩa. Et hr̃. ij. q. j. Multi mali inq̃t ſunt tollerãdi. quoꝝ pctã maiſeſta nõ ſunt ne forte eradicãdo zizaniã eradicareť t triticuꝫ ſꝫ q̃uis cũ bõis creſcere pmittũť. tuꝫ ppť eoꝛũ exercicĩũ. tũ vt ab eis melꝰ cognoſcũť. tũ pꝰ extremũ iudiciũ boni ad nuptias ſpõſi admittanť t mali inde excludanť. t in ignẽ iferni iactabũť Qõ liq̃t de. b. vgie bar. t de ei toꝛtoꝛibꝰ Nã ipſa tanq̃ vna de nũero pzudẽtiũ vgĩm bodie ad nuptias agni cũ ſpõſo ſuo xp̃o intrauit. Toꝛtoꝛes aũt etꝰ infernꝰ deglutiuit. t bꝰ vult euãg. in quo ad ꝓpoſitũ ꝓncipaliť tria deſcribũť. Quã tũ ad pmũ bonoꝝ t maloꝝ fĩnaĺ diſtinctõ. ibi. Sile ẽ. r. c. Quãtũ ad ſcõꝫ ſingloꝝ boiꝫ vniuerſaĺ reſurrectõ. ibi. tũc ſurrexerť. Quãtũ ad ẽciũ pctõꝝ t hereticoꝝ eternaĺ ꝓdẽnatio ibi. neſcio vos. Circa qõ notãdũ. Simphoiſte volẽtes hoieſ ad ſua carmĩa reddere plꝰ attẽtoſ pmittũt aliq̃d dulce t delectabile pludiũ. in quo illi naťaliť delectẽť. teſte Ariſt. ſue poetrie. bõ inquit naťaliť delectať in ſimphõia. ſic dñs nr̃ ibs xꝰ q̃ ẽ optiꝰ ſimphoiſta volẽs nos eẽ de die iudicij cautos t vt bõa opa ibiõ hẽremꝰ ,ppoſuit nobiſ hãc pabolã q̃ magĺ ãmõet t delẽtat Juxta illud Aug. ad ianuariũ. li. ij. di. Cũ aliq̃d muſice t ſimilitudiarie ,ppõiť plꝰ delẽtať t plꝰ hõzať t plꝰ diligiť. q̃ qõ vbis ,pis aptiſſime dicereť. iõ dic̃ dñs. Sile ẽ re. ce. de vgibꝰ. Quid h intelligitur p regnũ expõt Hze. i omeĺ. di. Qꝛ eccĺa pñt tpis aut militãs eccĺa deſignať ſic̃ ibi mittit filiꝰ hois angelos ſuos. t colligẽt de regno eiꝰ oĩa ſcandala. neq̃ in illo regno btitudis in quo pax ſumma ẽ inueniri ſcãdala poterint q̃ colligentur Et ſic dr̃ pñs eccĺa regnũ iõ recte ſic̃ in celo eſt ſol hñs vtutẽ illumĩatiuã. t in lumĩe ſuo nunq̃ deficit q̃q̃ eiꝰ lumẽ p terre aut lune interpoſitiõnẽ auferri aliq̃n videať. Et h ſol alios planetaſ illumĩat nec ab illis illuſtrať. ſic in eccĺa militãti ſunt ſoles ſpũales ſcti doctoꝛes. q̃ habẽt vtutẽ illumĩatiuã inferioꝛes. nec dñt ab illis illumĩari De q̃bꝰ dic̃ dñs Math. v. Vos eſtis lux mũdi. In celo eccĺa ẽ luna q̃ caret luĩe, pꝓ. t a fontali plenitudie ſolis ẽ lumĩs receptĩa. vt dic̃. Ariſt. i lib. elemẽ. t poſtq̃ a ſole ẽ illuĩata lumẽ ſuũ ceteris ſtellis imptiť. ſic in eccĺa ſunt pĺati miꝛes q̃ recipiũt intelligẽtie lumẽ a lumĩaribꝰ maioꝛibus t alijs xp̃ifidelibꝰ tribuũt illud. Regnũ ce. ſile ẽ. x. vgibꝰ fm. b. Hiero. hꝰ ẽ vniuerſitatis fidelĩũ q̃ ppť integritatẽ fidei vgies noĩanť. fm illud apli. ij. coꝝ. xi. Deſpõdi vos vni viro virginem exhibere xp̃o. t ducere decẽ ſigñt, ppť decẽ dei ĩpleẽtes mãdatoꝝ. De q̃bꝰ Math. xix. Si vis ad vitã ĩgre. ſer. mã. d. Et dic̃ Criſo. ſup Math. Jõ põit hãc pabolã in vginum pſona. vt oñdat q̃ lꝫ vgĩtas magnũ q̃d ſit. tñ ſi ab opibꝰ mie eſt defta cũ adulter| foras eijciť. q̃re ncc̃e ẽ vt hẽ at bõa opa Quia dicit Hzego. i omeĺ. t põiť in canone. j. q. v. Non ſuffic̃ mala nõ facere niſi q̃ſ ſtudeat bõis opibꝰ inſudare. Jõ ſeq̃ť. Que accipiẽtes lampades ſuas. i. bona opa ſm Aug. q̃ debẽt alijs oñdi ſm illud. Sic luceat lux vr̃a coram hoibꝰ tc̃. Mat. v. Et bñ opa bona p lãpades deſignanť. qꝛ lãpades vitrie ſunt trãſlucide. i a lijs ei metaĺ q̃q̃d ꝓtineť intrĩſecꝰ abſcõdiť. i vitro aũt cuiuſlibꝫ liquoꝛis ſpẽs q̃lis ẽ exteriꝰ declarať. Sic ẽ de opibꝰ bonis. nã debẽt lucere alijs t nõ ſolũ ſibi vñ ſm Criſ. per lãpades fideſ q̃ aĩam ſic̃ lãpas domũ illuminat deſig̃tur. qꝛ fides dꝫ lucere ꝓtra hereticos t tyrãnos. Illas igiť lãpades accipientes exeũt obuiã ſponſo et ſpõſe. bꝰ eſt xp̃o t eccĺe. qõ expõit Orige. Tũc exeũt obuiã ſpõſo. qñ egredienť de mũdo t erroꝛibꝰ. t venũt obuiã dño q̃ ſemp paratꝰ ẽ vt ingrediať cũ dignis ad btãm ſponſaꝫ eccĺaꝫ. Et ĩ bꝰ q̃ oẽs exierũt obuiã xp̃o. intelligiť q̃ oẽs petẽt ſaluari. Sic̃ atteſtať Boe. venerabiĺi. iij. ,pſa. j. Qis moꝛtaliũ cura q̃ multipliciũ ſtudioꝝ laboꝛ exerceť diuerſo q̃dẽ calle, pcedit. ad vnuꝫ tñ btitudinis fineꝫ nitiť puenire. Jdẽ teſtať ĩ. iiij. ,pſa. Et oẽs inq̃t hoies boni piter t mali ad ſummum fĩnem nituntur peruenire. Tũt poniť virginum differentia. quinq̃ aũt ex eis erant fatue t quinq̃ pzudentes. Intelligiť q̃ quinq̃ bonis

opib⁹ erãt vacue. qz fides sine opib⁹ mortua ẽ. Jac. v. Cui ꝓsonat. b. aug. Nihil valz ois fides q̃ntucũqz fuerit xp̃iani hois absqz professiõe cõ grua opis z fm̃ois. qz fm̃ Aug. de. s. v. hõ fidelis ẽ sine fide mortu⁹ velut sine aĩa corp⁹ Sz. v. erãt prudẽtes. i. bona opa hñtes. Sup h⁹ vba dic̃ Orig. q̃ recte credũt z iuste viuũt assiℓantur q̃nqz prudẽtib⁹ vgib⁹. Qui aũt pfitenť fidẽ aliq̃ ꝓpant se opib⁹ bõis ad salutẽ. z assiℓanť q̃nqz fatuis vgib⁹. Vel prudẽtes dicũť ꝓtẽplatiui vel religiosi. q̃ opa sua bõa in finẽ bonũ p laudẽ dei ordinãt. Fatue vo ad eandẽ ꝓpaz humanã laudem. Jõ subdit. Sz q̃nqz fatue ac. lã. nõ sump. oleũ secũ. Hic p oleũ põt pmo intelligi caritas. qz sicut oleũ natat sup oẽs liquores: sic caritas sup oẽs vtutes. fm q̃ dic̃ prosp de vita ꝓtẽplatiua. Charitas ẽ vita vtutũ. ipa ẽ aũt mors vicio⁹. sicut ei cera fluit a facie ignis. sic vicia a facie charitatis. Scdo p oleũ intelligit iocũditas mortis. q̃ orit ex bonis opib⁹ Et hoc dicit aug. in li. de v. dñi. Per oleũ iñt ipaz leticiaz designari arbitror. fm illud. Unxit te de⁹ tu⁹ ol. le. p cõ. tu. Tertõ p oleũ intelligit puritas ꝓscie. fm Greg. in omeℓ. de illo dr Ecci. ix. Oleũ de capite tuo nõ deficiat. Jõ dr. Oleũ vgies fatue non hũerũt. i. nõ charitatẽ. qz fuerũt ociose. Charitas aũt nũq̃ ociosa ẽ. opať ei magz si ẽ fm greg. in iocũditate mẽtis. teste Aug. de vbis dñi. q̃ nõ ꝓpterea gaudet q̃ deo intrinsec⁹ placz nõ hz ole uz secũ. nõ puritatẽ ꝓscie fm illud. Fatue vgies oleũ secũ nõ sumũt. qz gℓam intra ꝓsciaz nõ hñt dũ banc ab ore p̃ximo⁹ q̃rũt Sz h⁹ triplex hũc rũt prudẽtes vgies. Et iõ subdit. prudẽtes vo vgies acce. ol. i va. su. cũ lã. Glo. i vaſ. i. i cordibus. Jõ dic̃ Hyla. sup Mat. Oleũ bõi opis fruct⁹. vasa bũana sunt corda z corpa inter quos viscera thezaur⁹ bõe ꝓscie recõdit⁹ ẽ. Nũc ponunť tria pambℓa. Prim ẽ mũdi ꝓsummatõ. Jõ seq̃t. Mora ãt faciẽte spõ. dor. Mora illa ẽ tale spaciũ ab ascẽsiõe dñi vsqz ad finẽ mũdi Et finis illi⁹ more ẽ nob ignot⁹. fm illõ Mat. xxiiij. De die illa nemo scit zc. Et incerti ex vtroqz genere hoim moriũť h⁹ interuallo tpis donec sub aduẽtu dñi fiat resurrectio mortuos. vt ait Aug. de v. dñi. sz mortẽ p̃cedit infirmitas. Jõ dic̃. Dormitaueť oẽs. i. añ mortẽ lãgueſcebãt Uñ di. hiero. Dormire ei mori ẽ. Añ somnũ vo dormitať ẽ añ mortẽ lãgueſcere. qz p põd⁹ egritudis puenit ad somnũ mortis. Et sunt p̃cipaℓr due rões q̃re somn⁹ morti ꝓpať. Prima sic dormiẽtes requescũt a labore. sic morientes a pñtis vite labore q̃escũt. fm illõ Apoc. xi. Ammõ iã dic̃ spũs vt req̃. a la. su. Scda sic dormiẽti nihil ad meritũ vel demeritũ iputať. sic nec p⁹ mortẽ ẽ status meredi. Scom p̃ambulũ ẽ ad iudiciũ ꝓuocatõ ibi. media aũt nocte. Certe ex hac lr̃a trabũt q̃ dã q̃ tps extremi iudicij fiat de nocte. Et fm h⁹ dic̃ Hiero. Q̃ traditõ iudeoz desigt xp̃z media nocte vẽtuz. Sz alij dicũt z melꝰ q̃ celebrabiť in die. s. mane q̃n sol erit in orizẽte. z luna in occidẽte. ad h⁹ ẽ. j. Thor. iiij. Dies dñi declarabit. Et hoc ẽ de intẽtiõe Tho. ď aq̃no. Sz q̃ h⁹ dic̃ vult innuere horã z tps eẽ tãtũ. iõ glosat. media nocte. i. nullo sperãte vℓ sciẽte. Et seq̃t. Clamor fact⁹ ẽ. Hic clãor ẽ son⁹ ãgeloz tubãtiũ excitãs mortuos quẽ audiẽtes resurgũt. vt rõez de fcis suis reddãt. Et h⁹ ẽ qd dic̃. exite obuiã ei. Ter tiũ pambulũ ẽ oiz resurrectõ. Jõ seq̃t. Tũc surre. oẽs v. il. fm illõ Cor. xv. Oẽs q̃dẽ resurgem⁹. Et or. lã. su. i. rões opez suoz reddẽtes. sz expõit aug. ď v. dñi. Sz fm greg. ornãt lãp. suas q̃n secũ portãt opa. p q̃b⁹ recipe eťnã btitudinẽ expectãt. Ad h⁹ vt lãpas ornať tria req̃rũť. Pri muz ẽ claritas vite. in q̃ significať puritas vite ad seipz. q̃ tũc magis erit nccia q̃ marsubia plena pecuniaz. vt dic̃ Berñ. Et iõ ꝓsulit sapiens. Omni tpe vestimẽta tua sint cãdida. i. vita pura Scom̃ ẽ plenitudo olei. in quo significať misericordia z elemosina. q̃ fm Amb. ẽ sola comes defunctoz. Tertiũ ẽ inflãmatio ignis. i quo fides cũ dilectõe erga deũ intelligiť. q̃ tales orna tas lãpades habebũt añ iracũdũ iudicẽ xp̃m se cure apparebũt. sz tales lãpades fatue nõ habebũt. Jõ dicẽt. Date nob de ol. vr̃o. q. d. iusticia vr̃a ẽ sufficiẽs gℓificare z excusare vos. excusate g̃ nos vℓ facite testioniũ ď op⁹ nr̃is q̃ vidistis qz fideles fuim⁹ Sz Hze. planꝰ expõit in omeℓ. di. Lãpades fatuaz vgm extinguũť q̃ opera eaz q̃ hoib⁹ clara foris apparuerť. in aduẽtu iudic̃ int⁹ obscuranť z a deo retributõez nõ inueniunt. Qz p eis accepeť ab hoib⁹ laudes q̃s amauerũt. Recte eñ erit de operib⁹ fatuaz sicut de visu stellaz fm naturales. Stelle que in nocte clare lucẽt veniẽte lumine solis z dici obscurentur. qz lumen maiꝰ: minus obfuscat. Sic venien te xp̃o opera que hic clara videnť. obscura erũt Sed quia tũc nullus põt aliuz iuuare. sz sibi vix sufficit sua iusticia. quia iusticia iusti sup eum. et impietas impij erit super eũ Ezech. xxiij. Ideo respõdẽt prudẽtes dicẽtes Ne forte nõ sufficiat nobis z vobis. Ite potius ad ven. Hoc est fm Hiero. nõ ex inuidia vel auaricia. sed qz vix pro se nõ potest quis respondere. Sed q̃ ad vendẽtes iubẽt ire nõ dent ꝓsiliũ. sed ex obliquo ꝓme morẽt crimẽ eoz fm Amb. q. d. videatis modo quõ vos admuẽt q̃ vobis oleũ adulatõis cõsueruũ vẽdere. Qz fm Greg. vẽditores olei sunt adulatores q̃ accepta q̃libet gr̃a vanis suis laudib⁹ nitorẽ gℓe offerũt quasi oleũ vẽdũt De quo dicit ps. cxl. Oleũ ãt peccatoris nõ impinguet

caput meū. cōiter p⁹ iudiciū examiatōis sequit̄ p̄miū retributōis cū addit̄. Cū aūt irēt eme. ve. spō. ꝛc̄. hoc loqtur tropice. i. si adhuc viuerēt i- uenirēt adulatores vt irēt emere. Et sic patet q̄ in malis manebit effect⁹ vanitat⁊. ꝛ q̄ in eis erit pn̄a: sed infructuosa Sap̄. v. Et tūt venit spon sus. cū sublimitate. ꝛ q̄ pate erāt itrauerſt cū eo ad nuptias. Q bti sunt illi q̄ ad cenā agni nupti arū vocati sunt Apocal̄. xix. Et clausa ē ianua. Glo. ianua eis claudet̄. ianua mie ad indulgen- duz q̄ mō opib⁹ mie apit̄ Math⁹. v. bti mis̄ricor des. qm̄ mi. ꝑse. Janua gr̄e ad merēdū. q̄ solum h̄ī hac vita. qz gr̄a hic. iusticia ī futuro Janua gl̄e ad intrādū. q̄ mō oib⁹ penitētib⁹ reseratur. Mat. iij. ꝛ iiij. Penitētiā agi. ꝛc̄. Postq̄ egit ō retributōe bonoꝝ. agit iā de retributōe maloꝝ di. Nouissime vo veniūt ſz tarde. sic̄ diues epu- lo Luc̄. xvj. ꝛ dicūt. Dñe dñe aperi nob Hic dic̄ Crisо. Nihil pdest ex nec̄itate repetita cōfessio ei⁹ q̄ nō ex volūtate ꝑfessus ē Jō ām̄onet ecc̄es. v. Ne tardes cōuerti ad dñm. Sūt tñ heu multi in fin̄ē suuz pn̄iaz differētes dicētes illud Aug. Juuenis suz facia q̄d me delectat mō. Et postea pn̄iam agā. quēadmōz si dicat. percutia me gla- dio. ꝛ postea vado ad medicū. Heu miser nescis qz vn⁹ hore pūctu vuln⁹ accipit̄. q̄ vix longo tpe ad sanitatē p̄stinā reuocat̄. hec Aug. Audi ergo q̄ dñs dicat talib⁹. nescio vos noticia ap probatōis fore dignos gl̄a mea. aut scriptos in libro vite. qz oleū mic de. ppriis bonis non ꝓpa stis. ꝛ ꝑcludit. Ui. er. qz ne. di. ꝛc̄.

Sermo tertius. De eodem.

ORtus cōclusus

soror me. spō. m. Canti. iiij. Inter
A oia mūdana solacia q̄ spūs bois recreāt dulcit̄ ꝛ delectāt sunt magl nat̄alia pomeria ī q̄b⁹ diuer se herbe ad recreamē bois plātant̄. Et nō soluz ad recreamē. ſz ꝓpter req̄z. Qz fm Aristo. iiij ethico. Ludus ꝛ req̄es nec̄aria sunt vite hūane Et ite⁊. x. ciusd̄ē. Nō potētes laborare inq̄t cō tinue req̄e indigēt. Jō legit̄ Cāti. v. Qz inter a- lia solacia spōsa salomōis allicit ip̄z ad ortū cū dicit. Ueniat dilect⁹ me⁹ in or. su. vt come. fru. po. su. Et salomō ecōtra ad spōsā Veni inq̄t ī or tū meū soror mea. messui mirrā meā cū aromati
B bus meis. Mistice xp̄s dñs nr̄ hō nat⁹ ex v̄- gine Maria. fm illō ps̄. lxxxvj. Hō nat⁹ ē in ea Iste hō benignissim⁹ q̄rit delicias ꝛ solacia in cordib⁹ hoim: quēadmōz ipse testat̄ Prouerb. viij. Delicie mee ee cū fi. ho. Sz tñ int̄ oia q̄ ip̄z delectāt sunt orti spūales p̄ncipaliores. s. mētes pure v̄ginales. fm illud poete. Delectāt dñz pu ritatis pectora casta. Cui cōsonat. b. Grego. ex ponēs illu d Cāti. vi. Qui pascit̄ inter lilia. Int̄ lilia sponsus pascit̄ q̄ ꝑculdubio aiaꝝ castitate delectat̄. bonoꝝ oztoꝝ vnus fuit. b. bar. ex vir gine floꝝ exoznata. ꝛ bñ per ꝓadisuz voluptat⁊ ꝑfigurata. De quo refert Jsi. li. iij. c. iij. di. Pa- radisus est ort⁹ delicioꝝ q̄ ē ex oñi genere ligni ꝛ pomifeꝝ arboꝝ ꝓsitus bñs in se lignū vite. in eo nō ē frig⁹ neq̄ est⁹. ei⁹ adit⁹ p⁹ pctm̄ p̄mi ho- mis fuit inclusus būano generi. Fuitq̄ vndiq̄ muro igneo circūcinct⁹. p̄sidiūq̄ angeloꝝ fuit a dño ibidē ordiatū. ne alicui spūi vl̄ carni pec catrici adit⁹ pateat ꝓadisi Talis ort⁹ ē ꝛ fuit. b. bar. ort⁹ inqua delicioꝝ bñs in se genera arbo- rū. vtpote amigdalū maturi floris. ptulit ꝛ vtu tis de q̄b⁹ gl̄at̄ Accī. xxiiij. Flores mei fru. ho. ꝛ ho. Nard⁹ boni odoris de quo dic̄ Cāti. j. Quz eēt rex in acubitu suo nar. m. d. o. sua. Sil̄r bal samū humilitat⁊. qz fuit v̄go būil̄. Insup hz in se b. bar. lignū vite eterne. qz ei⁹ seruitores nō sinit morte eterna dānari. fm illō Ecc̄i. xxiiij. Qui e lucidāt me vitā eternā habebūt. In ipsa nō fuit frig⁹ iniq̄tatis. qō extinxisset ignem charitatis. nec estus voluptatis carnalis. Quare pōt dici illud Tob. iij. Mundam seruaui aiam meaz ab oi ꝓcupiscētia. qz fuit clausa muro caritat⁊. Nā intātuz erat incēsa in charitate xp̄i. q̄ oēs spre- uit voluptates mūdi. ꝛ oēm ornatuz scli ꝓtēpsit Fuit etiā munita custodia angeloꝝ q̄ tāq̄ sooro- ri ei astiterūt. iō ipam xp̄s orto clauso ꝓpat cuz dic̄ in vbis p̄libatis. Ort⁹ ꝓclusus so. m. spō. m. In q̄b⁹ v̄go iocūdissima a trib⁹ ꝓmēdat̄. Quā tuz ad p̄mū a fructificatōe v̄tuosa. ibi. Ortus. Quātū ad scōz. a ꝓclusione fructuosa. ibi. ꝓclu- sus Quātū ad tertiū a ꝓiūctōe amorosa. ibi. spō sa. De p̄mo ē notāō. Reges ꝛ p̄ncipes so- lēt h̄re sua pulcerrima viridaria ꝛ ortos specio sos floridos varijs herbis redimitos arboriб⁹ q̄ redolētib⁹ ꝓplātatos. in q̄b⁹ interdū cū suis reginis ꝛ p̄ncipissis solatiant̄ ꝛ militib⁹ ꝓuersā tur. Sic̄ hoc figuratū ē de rege salomone. q̄ oia gaudia mūdi voluit expiri. Ideo dicit Ecc̄s. j. Magnificaui opa mea ꝛ feci mi domū. ꝛ feci mi ortos ꝛ pomeria. ꝛ ꝓserui ea cūct⁊ generib⁹ ar- boꝝ. In būc ortū vocat reginā suā filiā pharao nis di. Ueni in ortū meū soror mea. sponsa mea Cant⁊. v. Ideo legit̄ Hester. j. De Assuero re ge qui regnauit super centuz. xxvij. prouincias ꝛ fecit sibi ortuz mirificuz. quē cū varijs generi- bus aromatuz decorauit. in eo fuit vitis. cuius stipites erāt argētei. palmites aurei. ꝛ bacci ex gēmis ꝛ auro insertis. vt dic̄ Petr⁹ comestor. ī histo. sco. In hoc orto fecit cōuiuiū suis p̄nci- pib⁹ militib⁹ atq̄ seruis. Sic xp̄s q̄ est salomō pacificus ꝛ sapientissim⁹ ꝛ assuerus ditissimus

rex celoꝝ ⁊ oim seculoꝝ,p suo solacio nobile viridariū ⁊ oztulū delicatū vginē.b.bar.in quam diuersos vtutū flozes ꝓplātauit.ita vt de seipsa illud Tulij mozal'.pōt expōi vsus. Hic quoqꝫ faciei parit oztulus vndiqꝫ flozes. Ex qb⁹ indocti poterint excerpere mozes. Recte.n. sic in ozto naturali varie oziunt herbe a qb⁹ pcipiūt saitates.sic in isto oztulo spūali multe sunt vtutes ⁊ curatões aie spūales. ¶ Pzio.n.videm⁹ q ī ozto naꝛali crescit fenicul⁹ q ē herba cōis.mlte tn efficatie ⁊ vtut'.qz fm Jsi.li.xvij.ethi.c.vl.succus radic'acuit visuz ocloꝝ.iō fm quosdā dr fenicul⁹ qi fenū ocloꝝ. ⁊ dic ꝑli.ī spe.na.li.ij.c. xxiij. Fenicl'm nobilitaueꝛt ꝑpētes. gustu ei e⁹ senectutē exuit.aciēqꝫ ocloꝝ ipi succo reparendo. Ex e⁹ succo fit colliriū ꝓtra caliginē ocloꝝ valde aptū. Et quō dz fieri docz petr⁹ de crescē tia li.vj.c.xlvj. Ꝙficiaꝛ aloes cū succo feniculi ⁊ ponaꝛ in vase eneo ad solē per qndeci dies.de inde moze collirij oculis apponaꝛ ꝑ fenicl'z fides katholica intelligiꝛ q in.b.vgie bar. creuit qn trinitatē psonaꝝ cognouit .in eo q nō duas sz tres fenestras fieri imperauit. Et sup h⁹ pez infozmauit di. Due ei nō sunt sz tres illūinātes tot⁹ ozbis climata.s.pr ⁊ fil⁹ ⁊ spūssanct⁹. q lz trini sint in psonis.tn vn⁹ē de⁹ in suba diuinitat' iō canit vipa. Hoc mirādū cernite qnto sapie p uo dono flozuit dū sigillū trinitat' ⁊ supne maiestat' cozdis rumā imbuit. Ecce quō fides tanꝙ nobilis herba fenicul⁹ h⁹ vgis illumīauit oclos interiozes.intellectū videlz ⁊ affectū vt cognosceret deū vnū in essentia ⁊ trinū in psonis. Et n solū cognouit psonaꝝ trinitatē.sz etiā idolozū falsitatē.iō cū ipa cogereꝛ ea adozare ait. Cum b ō sit digniss̄ima creaturaꝝ summe diuinitat' infozmat⁹ sīculo ipossibile ē tn ipm cōuerti in suum creatozē.qd cū sit impossibile mlto min⁹ erit aliqd creature in suū ꝓuerti opificē. Qd cū ī suum opificē ꝓuerti nō pōt.quō in creatozē creaturaꝝ oiz ꝓuerteꝛ vt pzo creatoze adozeꝛ. q.d. neqꝙ.vt quē g o tyrāne pēsumēs cimētū aut ꝓflatile aliqd creatozi oiz ꝓpare. qre tibi bzeuit dico.dij vri sunt surdi ⁊ muti iexpteſ oīs gr̄e.⁊ ad pbandū suū intētū,ppoluit illd Deut'.xxxij. Videte qz ego iuz sol⁹.⁊ nō ē ali⁹ pter me. Et sicut canit de ipsa in histoꝛia hodierna. Dij gentiū sophistici oēs demoniaci.ē qui trin⁹ regnat vnus rectoꝛ celice vbis. Ꝙfundātur q gloziank laudib⁹ sculptiliū.viuit pr cui sacer seruit grex fidelū. Hec inquā fides ē ꝑma berba in hoc delectabili oztulo.s.beata bar. plantata ⁊ exoꝛta tā ꝙ aliaꝝ vtutū stabile fundamentū.fm illd apli ad Heb.xi. Fides est suba speranday rez.i.sb iacet ⁊ pzesupponit alijs vtutib⁹. Sine hac fide est cecus oīis homo.vt dicit apostolus vbi s.

Sine fide nemo placet deo.sicut pz de paganis q in cecitate mētis adozant ligna. lapides atqꝫ auꝝ.de qb⁹ dicit ps̄.cxiij. Simulacra gentium argentū ⁊ auꝝ.opera manuū hoim. Os hñt ⁊ nō loquent' ⁊c. Et iō similes illis fiant q faciunt ea.⁊ oīs q ꝓfidūt in eis. Utinā in eis cresceret fenicul⁹ fidei.⁊ oculi eoꝝ mentales illuminarē tur⁊ caligines abstergerent'.vt ⁊ ipsi cognoscerent deū sicut beata barbara suū creatozē. ⁊ ab idolis falsis a im reuocarēt Job.ix. Cecus fui ⁊ modo video. ¶ Scdo in oztulo materiali crescit arthemesia que est m̄ herbaꝝ noiata. Hec dolozē capitis decocta in vino vl' aqua mitigat atqꝫ sedat scōm Jsi.li.xvij. Jdeo dicunt medici si homo hz dolozez capitis.debet eam effodere ⁊ bene lauare.⁊ ad vnā hozā in vino ⁊ aceto decoquere cū radice.⁊ postea per pannū colata.⁊ ex hoc caput lauatū quantū calidius quis pōt sustinere.⁊ postea hunc pannū facit ⁊ circumligat capiti.⁊ se deponat per vnā hozam diei donec sudoz exeat. Et sic extrahit oēz malū humorem. Et hoc debet per quattuoz dies ꝓtinuari. Per arthemesiam charitas intelligiꝛ. quā creauit in beata barbara qñ sprētis mundi amatoziꝫ bus soli xp̄o adhesit.quā nec tozmētū moztis extinguere in ea vel eradicare potuit. Jta vt illud cū apostolo dicere potuisset ad Ro.viij. Certꝰ sum qz nec moꝛs neqꝫ vita neqꝫ angeli nec creatura aliqua poterat me separe a charitate xp̄i. Quia per nullā passionē aut tribulationez vgo tenella potuit a ꝓpositō tā firmo reuocari.et bñ per arthemesiā charitas intelligiꝛ.qz sic illa est m̄ oim herbaꝝ.sic ista m̄ cūctaꝝ virtutuz Jdeo dicit.b.Bern̄.. Bona m̄ charitas. Ipsa em̄ est m̄ hoim ⁊ angeloꝝ.nō solū que in terris sed etiam que in celis sunt pacificauit Jpsa est q hoiem deo recōciliauit.hec ille. Hanc herbam charitatis effodere debem⁹ cuz beata barbara de agro cozdis eāqꝫ coq̄re in vino dilectionis q nos perpetue dilexit Hiere.xxxj. Et aceto amare passionis qua nos a moꝛte redemit .⁊ sic inungere seu lauare caput nostꝝ. hoc est xp̄m. qui recōciliabiꝛ nobis sicut caput cū membzis.

¶ Tertio in ozto materiali crescit rosa.cui⁹ maxima virt⁹ fm ph̄m li.ij.est ī floze fecūdioz ꝙ in foliis. Per rosaz intelligiꝛ vginitas.q fm Lip. ē flos eccl'e.germinans dec⁹ atqꝫ oznamētū gr̄e hec creuit ⁊ germīauit in nr̄o oztulo.i.in.b. barbara.q fuit vgo mētis ⁊ cozpozis. Hanc vginitatē p̄marie habuit a floze xp̄o q dicit Ego flos campi ⁊ liliū conualiū. Cantico.ij. Quia nō potest haberi nisi ipse dederit.teste Salo.qui ait. Sap̄.viij. Non possuz aliter esse continens nisi deus dederit. Sed secundario habuit a seipsa quia banc amauit ⁊ exquisiuit a iuuentute sua.

ita vt id dicere potuit Sap. xiij. Hāc. s. virginitatē exq̄siui a iuuētute mea. z q̄siui mihi eā assumere sponsā. z amator fact⁹ sū fortitudine illi⁹ ita z nos si volum⁹ esse cōtinentes petam⁹ eam a xp̄o q̄ est dator illius. Juxta illud Isido. in li. ethim. A deo dat cōtinētia. ſz petite z accipiet. tūc aūt tribuet qñ de⁹ gemitu interno pulsat.

Quarto i orto materiali crescit viola de qua dicūt naturales. quāto matureſcit. de tanto plus ad terrā crescit. Per violā intelligit būilitas q̄ fuit in btā bar. qz voluit in vera būilitate libēti⁹ famulari q̄ suū fastū alicui de optimatib⁹ seculi eā petētib⁹ mr̄imonialit copulari. ¶ Quinto in orto crescit ruta. De q̄ dic Isi. li. xvij. c. vlti. Qz mustela pugnatura cū basiliſco comedit rutaz. z ei⁹ odore minuit ei⁹ vtutē. z p⁹ esuz vadit secure z occidit basiliſcū. Per rutā intelligit devota oro quā btā bar. cōtinue būit cōtra demonis tēptamēta. qua mediāte suas vtutias supauit. Oro em̄ fm Damasce. ē ascēsus mētis in deū. z ad angelicā conuersationē qb⁹ sunt ſiles et p̄cipue btā bar. ſil⁹ fuit angelis propter tria.

¶ Primo, ppt pulcritudiez. qz angeli sūt spūs multū pulcri z decori. sic btā bar. fuit vgo pulcra z decora. cui⁹ facies tāta decoratōe exēplabat mūdicīā vt elegātiā ei⁹ ois intuēs mirarēt. p̄textūq̄ pulcritudis ei⁹ creator oim ſigillo ſignauerat castitatis. vt dr̄ in legēda. Jpa. n. p̄figurata ē p adolescētulā abisac. q̄ q̄sita fuit dauid ex oīb⁹ finib⁹ isr̄l ſpeciosa nimis. z iacebat p̄tinue in sinu ei⁹ calefaciēs ip̄z. iij. Reg. j. ¶ Scdo ſimilis ē angelis, ppt subtilitatem. angeli em̄ sunt subtiles. ita vt descendāt in terrā celo integro remanēte. Sic. b. barba. penetrauit illesa. cū, ppt destructionē idolor̄ p̄ ipsaz vellet gladio iugulare. Jō canit in. psa. Murū trāsit z nō lesit.

Tertio, ppter finalē vtilitatē. angeli em̄ sunt custodes hoīs. miſterū maximū in morte solēt exhibere. fm illud Luc. xvj. Factū ē vt morerctur mēdic⁹ z portaret ab engelis in sinū abrahe. ita b. bar. q̄uis deuotis suis seruitorib⁹ quottidie sua intercessione suffragat. maxie tñ in extremis dū maior necitas instat impetrādo eis tātā gratiā. vt sine viatico corporis xp̄i ab hoc scło non discedāt. sicut oñdit in mercatore. de quo. s. in ser. j. Et inquā adhuc plurib⁹ quottidie oñdet. z qz angelis fuit similior. iō in oſone fuit feruentior. ppt illas em̄ florigeras vtutes q̄ in. b. barbara creuerat. a spōso xp̄o ē orto p̄parata. Ad hūc ortū specioſiſſimū vgines. vidue. z cetere cōiugate p̄gite. z p̄dictas herbas vtutū colligite. feniculū. videlz p̄fecte fidei z credulitat. arteme ſiam charitatis. roſas castitatis. violas būilitatis. z rutā deuote oronis. Est em̄ ſumme necia mulierib⁹ fides recta. in qua cōiter plus q̄ viri occupant. z etiā deuiāt circa sortilegia. quare p̄ceptū ē. Exo. xxij. ſicut dr̄ in hebreo. sortilegaz ne patiaris viuere sup terrā. Est etiaz necia eis charitas. qz vt frequēter sunt rixoſe p̄tra viros fm illud Eccli. xxv. Mulier si p̄matū hēat. s. in domo p̄traria ē viro suo. s. in vbis rixoſis z factis. Est etiā ipſis necia roſa castitatis. quia dicit sapiēs. circulus aure⁹ in narib⁹ suis mulier pulcra z fatua. Prouer. xj. Sic em̄ sus hūs circulū aureū z ponit in lutū. sic mulier fatua ornatuz pulcritudis ponit in luxurie lutū vt ait glo. lyre. Et āt eis necia viola būilitatis z p̄cipue vginib⁹. Quia fm Aug. meli⁹ ē būile p̄iugiū q̄ superba vginitas. Est insup eis vtilis oro. qz sunt debiles ad reſistēdū tēptationib⁹ inimici. sic p̄z in Sua Señ. iij. q̄ de facili p̄sensit humani generis inimico. ¶ Quātū ad scom z ad tertiū ē notandū. Dicūt naturales. es solis siue solsequum ē herba. quā frigiditas noctis claudit. z solis calor aperit. Recedēte em̄ sole claudit. z oriente iterato aperit. Per hāc herbā primo. b. barba. figurat. qz est spōsa veri solis Jhesu christi quēadmodū z ipse sponsam dignat⁹ est hāc vocare dicēs. Veni gratioſa sponſa mea quā cōcupiuit aīa mea. Omnis em̄ celestis hierusalem te expectat vt introeas thronū meū glorie thronū candidatū celestiū angelor̄. Sequitur. ¶ Legitur in quadā legēda. Dec igit spōsa veri solis z ort⁹ deliciar̄. Btissima vgo bar. clausa fuit a patre suo diascoro in charitate dei frigido in turri alta vt imaginis illi⁹ intuitū cernētib⁹ cūctis p̄cluderet. ita vt vultu claritatis nullus homūn frueret. z boc figuratuz fuit in azeneth virgine pulcerrima. de qua refert Vincentius in speculo hiſtoriali. Phutifar qui fuit nominat⁹ in curia Pharaonis habuit filiam specioſiſſimaz. iō propter eius pulcritudinem fecit ei pater turri mirabiliter ornatam. in qua eam cum puellis in tercluſit. Interim autez vt legitur Señ. xlj. pharao vidit somniū quod sibi Joseph sapienter exposuit. Idcirco tulit rex annulum suum. in quo littere regie sigillabantur. et tradidit illum Joseph. in signum regie potestatis. Vestiuitq̄ eum cum ſtola Byſſina. Et fecit eum ascendere currum suum. Et p̄cedente p̄crone clamare. vt omnes ante eum genu flecterent. Voca uitq̄ eum saluatorem mundi. Et dedit illi in vxorem Azeneth filiam Phutiphari sup̄adicti. Hi addit Vincentius vbi sup̄a. qui de hoc latius tractat. Qz Joseph tempore copule veniente in curru aureo mirifice ornato. quem trahebant albi equi. Et tunica aurea indutus. Venit vt ipsam post promiſſum duceret in vxorem. Quem cuz illa pulcerrima virgo Azeneth

de curru inspexisset ei⁹ excellentē pulcritūdinē mirabat interrogās q̄s hic esset. Tūc dictū ē ei a ministris q⁹ esset ioseph toci⁹ regni sapiēs pro curatoz. z eā peteret in vxorē. que cū audisset in copulā consensit. Spūaliť hic p pharaonē celestis pater intelligiť. q̄ vez ioseph Jhesuz christū vestiuit stola alba immortalitat|. z posuit ip sum in curru sancte crucis. sup oīsq; exaltauit z dedit illi nomē q̄d est sup oīe nomē. s. Jhesus saluatoz mūdi. z clamat p p̄conē apl̄m suū paulum ad Phil. iiij. Et in noie ei⁹ oīe genu flectatur celestiū. terrestriū z infernoz. z traxit illam in sponsaz btām v̄ginē Barbarā. q̄ recte p azeneth intelligiť. qz sicut illa fuit filia gētilis diuitis. z propť suā pulcritudinez turri fuit inclusa. sic ista fuit filia satrape ditissimi z gentilis. q̄ eaz quadā turri. ppter suā pulcritudinē inclusit. de qua respexit xp̄z eē procuratozem toci⁹ regni. i. mundi. in thoz ei⁹ consensit. cū illuminata a spiritusancto fidem arthodoxoz recepit. Jō dixit christus. Oztus cōclusus est sancta Barbara. sponsa mea sozoz mea.

¶ Sermo p̄mus. De sancto Nicolao epō.

QVasi oliua pullulās. z q̄si cipssus in altitutinē se extendens. Ita scribiť Eccli. l. Videm⁹ em̄ in natura. Quāto aial est nobilť tanto est liberalť. Sicut probat Pli. in spe. natu. de aq̄la que est regina auiū. cibū quē p̄edando acq̄rit sola non comedit. sz alijs auib⁹ sequētib⁹ liberaliter dimidit Ideo multe aues propter hāc causaz eā sequūť Mistice liberalitas dz esse inter nobiles huius mūdi. qz dīt eē liberales z misericordes pauperibus eos alēdo. z nulli calūniā faciēdo. quēadmodū. b. Joh. bapti. docuit Luc. iij. dicēs. Neminē cūcutiatis neq; calūniā faciatis. q. d. sed pauperes nutriatis. Dz beu hic pōt dici de illis hoc q̄d scripsit sapiēs. xxvj. Statue tue nobiles in terrā corruerunt. hoc est. nobiles q̄ tā q̄ columne dicunť debiles fulstentare in terrenā cupiditatis deueniēt. z solent pauperes depredari. vt verificetur de eis illud Eze. xxij. Principes ei⁹ in medio lupi rapiētes p̄edā. ad effundendū sanguinē. ad perdēdas aīas. z ad sectandū lucra. Quis em̄ nūc inť nobiles seq̄ť naturam nobilť aq̄le. vt sua cū alijs egētib⁹ dimideret certe pauci. ymo fm Hiero. Gliosum sunt latrones paupez mercedē violenter depredantes. z eos deprimūt atq; negāt. vt se filios quoq; dicāt. Ideo dicit. b. Hiero. ibidē sanctissim⁹. vt hť in epla Eusebij. Quid mozamini dū viuitis congregantes filijs vestris diuitias. bonoz. es. potentias vr̄as. augentes nobilitatē z famā. vt z filij vr̄i possent q̄ feciſtis explere quaten⁹ cū illť pariter in inferno amplioza paciamini tozmēta hec ille. Ideo talis nō fuit beat⁹ nicola⁹ qui fuit nobilis progenie. sicut canit ecclesia. Cōfessoz dei nicola⁹ nobilis progenie. nobilioz moribus Sed fuit multū liberalis moze aq̄le. pauperes alendo. captiuos redimēdo. ideo propter suaz nimiā liberalitatē oliue p̄parať in verbis preassumptis dū dicitur. Quasi oliua pullulās. In q̄ bus a duob⁹ laudať. ¶ Quantū ad p̄imū ab officio miserationis. ibi. q̄si oliua. Tcōo a celsitudine p̄templationis. ibi. z q̄si cipssus. ¶ De p̄mo ē notandū fm naturales. Lucifer inter alios planetas ē benignioz. q̄ q̄ alij inter eos sunt etiam benigni. qz hoc nec̄e ē vt dicit abumasar vt benignitas benīuolētis stelle p pñtiā male remittať z ecōtra malignitas maliuole p pñtiaz beniuole tēpeť. Spūaliť p lucifez sctm̄ nicolaū q̄uenit designari. de quo canit eccla. Nobilissimis siq̄dem natalib⁹ ortus lucifer nico. emicuit Jō more lucifero est dignioz in miserādo inter alios cōfessoz. cū sept⁹ pre alijs inuocať. Quia dicit. Ab infantia creuit mecum miseratio. z ab vtero matris egressa est mecū. Nā oīb⁹ q̄ eū in suis pi culis inuocāt. sine dubio auxiliādo miseretur. Refert em̄ methodi⁹ p̄riarcha. Et silr iohes dyacon⁹. Quadā die dū quidā naute periclitarent ita cū lacris ozauerunt. Nicolae famule dei si vera sunt que de te audimus. nunc experiamur Dubij em̄ multi erant de eius miseratione z auxilio. Et mox vt ozassēt. q̄dam eis in eius similitudine apparuit dicēs. Ecce assuz. vocastis me Sic etiā cantatū ē hodie. z statiz cessabat tēpestas z incepit tranqlitas eis cudētib⁹ a mare. Cū āt venissent ad eccl'am quā nunq̄ viderāt. sine indice cōuenerunt. tūc deo z sibi de sua misericordie liberatione gratias egerunt. Sed ille diuine misericordie z eorum fidei non suis meritis attribuere docuit. Iste nanq; lucifer benignissimus propter suam benignitatem compať oliue hic pullulāti p̄imo qz vberrime de se fundit oleum. nec indiget percussione. Quia dicit Plini⁹ in spe. natu. li. xv. c. iij. Oliua est fertil vberrime de se fundens oleū nec indiget percussione ad olei effusionez. sicut h⁹ faciūt min⁹ cauti. Sed talis percussio cedit ad ruinam arboris z in damnum subsequentis. Ista proprietas cōuenit beato nicolao. qz ipse fudit ō se oleū vberrime misericordie pauperib⁹. nec indiget coactione ad misericordiam faciendā. sed voluntarie dedit. Jō de ipso pōt exponi illō Hiere. xj. Oliuam vberē pulcerrimā. fructiferā. speciosaz vocauit nomen tuum. ¶ Certe vberrima fuit hec oliua z pulcherrima. quia nobile oleum de ipsa

Sermo

proceſſit. De quo dicit ſapiēs Eccī. ix. Oleū de capite tuo nō deficiet. qz in ānis adoleſcētie ſtatim fudit de ſe oleū miſcōie abundanť ppēdens hāc doctrinā quā tobias dedit filio ſuo dicens. Quātū potes eſto miſericors. Si multū tibi fuerit abūdāter tribue. Si exiguū fuerit idipm libēter impturi ſtude. Tobie. iiij. Habuit eñ multuz b. N. qz magnā copiā diuitiaz parētes ſibi reliquerūt. ideo abundāter tribuit. Sic refert Methodi⁹ patriarcha. Qz ꝗdā coetane⁹ ſatis nobilis ad tantā deuenit inopiā: vt tres filias ſuas virgines ob inopiā fornicari conſtituiſſet. vt ſic ab infami eaz cōmercio alereť. Qō tñ vir ſanctus cōperit: ſceluſ abhorruit. z maſſaz auri pāno inuolutā in domū ei⁹ p feneſtrā nocte clam p iecit: clamqz abſceſſit. Mane aūt ſurgēs homo maſſam auri reperit. z deo gr̄as agens p̄mogenite nuptias celebrauit. Nō multū tp̄s egit q̄ ille ſcō reuerſus maſſam proiecit. z ille itez immenſas gratias egit. Et de cetero ſupuigilare ꝓpoſuit: vt ſciret q̄s ſue inopie ſubueniſſz. Poſt paucos dies duplicatā auri maſſam in domū p iecit. ad cui⁹ ſonitū ille excitať. Et Nico. fugientez inſeqtur: taliq; voceqz alloqtur eū. ſiſte paruz meo aſpectui. nō ſubtrahas. ſicqz occurrēſ velo ei⁹ nicolaū eē cognouit. moxqz būiliter pſtrat⁹ pedes ei⁹ voluit oſculari. qō ille refugiēs ab eo exegit. ne euz q̄diu viueret publicaret. Tales oliue nō ſunt modo in mūdo: nec inter ſeculareſ nec ſpirituales qui tam habūdanter funderent oleū miſcōie. Hz ſunt ſimiles oleaſtro. De quo refert Iſido. li. xvij. Qz in foliis ſimilis eſt olive z ei⁹ folia ſunt latioza. ſed arbor ſterilis z amara. z talis corp⁹ paz vel nichil nutrit. Sic ſunt certi inter ſpūales. q̄ ſunt ſimiles veris oliuis hoc eſt miſericordib⁹ in diuitijs. z forte prebendas habent latiozes. ſunt tñ omnino ſteriles. z erga pauperes amari. nō gaudentētes illō Hiero. de vita z bo. cleri. Qz ois poſſeſſio ſacerdotum elemoſina ē pauperū hoim. z ſi q̄d vltra neceſſitatē vite poſſederint. nec in elemoſinā pauperū erogauerint. furtū z ſacrilegiū exiſtit. deo teſte. Ideo q̄ damnādi ſint in via timendum eſt

D Quia refert venerabilis eps apiarī⁹ de quodam cancellario pariſiēſi nomine Philippo q̄ multas habuit prebēdas. z tñ de his nullas elemoſinas fecit. nec volebat illa bñficia partiz in manū eccleſie reſignare. Hic eñ dū agoniſaret in mortem. monit⁹ fuit vt oīa bñficia preter vnū reſignaret. qz plura cōtra ſalutē tenuerat. tenuit ille z defunct⁹ eſt. Dū aūt epus Guilhelm⁹ pariſienſis qui eū monuerat finitis matutinis oza re vellet. vidit iuxta ſe lumē z vmbraz nimis de terrimā. Qō cū coniuraſſet. ait. Ego ſum cācellarius philipp⁹. Et eps. Quō eſt tibi? male inq̄t qz damnat⁹ ſum eterna morte. Et ille. Quę eſt cauſa tue dānationis? rñdit. Nec q̄ exerciteſ fruct⁹ annuati cōtra pauperes timide reſeruaui z ab oculis ei⁹ vmbra euanuit. // Secūdo. b. nicola⁹ oliue ꝓparať ppter ei⁹ florem q̄ eſt ſuauiſſimi odoris. qz ſm Iſido. li. xvij. Oliua flores hz munitos z multū redolētes. Jō ſm Plini. li. xv. c. iij. Hzana olive q̄diu ſunt i arbore nō perunt. z quanto diuti⁹ ſunt in arbore tanto meliores fiunt. ſempqz nouas vires reaſſumūt. z difficili⁹ cadūt. Ita. b. nicola⁹ q̄ſi oliua fructifera habuit flores bonoz exēploz bonū exēplū aliis p bēdo. ita vt de ipo vťicet illud pphetic⁹ Ozee. xiij. Erit q̄ſi oliua gl̄ia ei⁹. z odor eius vt libani. Et ē libani ſm mgr̄m li. xiiij. pp̄e. mōs nimie re dolētie z ſumme aromatice. Nā ibi herbe odorifice creſcūt. Ibi herbe arbores thurifere qua leſcūt. Ibi cedri z cipreſſi. palme z olive q̄ oīs odores laudabiles ammiſtrāt. Eſt g̃ merito odor z fama. b. nico. ꝓpabilis odori libani. qz ſic de odore libani tā ſani q̄ infirmi recreanť. Sic de bono exēplo ei⁹ tā ſcti q̄ i ꝓtinua laborāt infirmitate ſunt mirifice recreati. Et bulla arbor libani fuit ita gl̄oſa in odore floris ſic iſte ſanct⁹ i odoribꝰ exēploz. Jō pōt dici illud Eccī. xxiiij. Flores mei. i. exēpla mee fruct⁹ honoriſ quo ad deū z ad ſanctos. z honeſtatio q̄tū ad ꝓximuz Nā de bono exēplo ei⁹ deꝰ honorabať: z ꝓxim⁹ edificabať. Ab infantia aūt cepit dare bonū exemplū z vſqz in fīnē nunq̄ ceſſauit. ita vt dicere pōt cū ſalomōe. Sap̄. xviij. Puer ingeioſus erā z ſortit⁹ ſuz famā bonā. Cū eñ mr̄is vbera lactaret duob⁹ diebꝰ ieiunauit in ſeptimana. q̄rta z ſexta feria in his ſemel tñ ſuxit. deinde p totū diē abſtinuit. Sic de eo canit. Quarta z ſexta feria ſemel ſuggebat vbera. Et hoc ē cōtra multos q̄ nolūt ieiunare. aſſumētes ꝓ ſe illud Bern̄. qō ad cartuſienſes dixit. Affligēduz ē interdū corpuſ ſed nō ꝓterēdū. qz modus in oib⁹ ē habēduſ. putātes p hoc corpi fieri magnā violētiā. ymo dicūt. q̄d ꝓdeſt homi multū ieiunare. non eñ pōt hoiez ſanctificare. in quo tñ falſe loquūtur. qz ieiuniū ſm Aug. mētez ſblevat. carnē ſpūi ſubijcit. cor ꝓtritū facit. ꝓcupie nebulas diſpgit. libi dinē ardoris extinguit. z caſtitatis lumē accendit. hec ille. Et certe ſi ieiuniū ad ſanctitatē non ꝓferret. nequaq̄. b. nico. ſpūſancto inſpirat⁹ in infantia ieiunare incepiſſet Jeiunauit nāqz q̄ ad huc nullū pctm̄ ꝓmiſerat O tu ſtulte pctōr inuenerate diez multa pctā ꝓmiſiſti: z p eis ſatiſfacere nō vis. dūtaxat vno die ſcz ſexta feria in ebdomada ieiunare. in qua dñs pro te magnā ſitiz ſuſtinuit felle z aceto potatus fuit. Sanguinem precioſum fudit. mortem acerbiſſimaz ſuſtinuit

vt te a morte liberaret. Certe si nunq̃ aliq̃s peccatū ꝓmisisses. adhuc feriā sextā ieiunare deberes ad honorē christi passionis. Quia habetur in canone de conse.di.iij.c.ieiunia. Q; sexta et quarta ferie sunt ieiunande nisi grandis necessitas fuerit.q; feria q̃rta iudas tradere dñm cogitauit.7 feria sexta crucifix⁹ est saluator. Qui ergo illis diebꝰ nō ieiunauerit.videt cuz tradente tradere saluatorem.7 cū crucifigentibꝰ crucifigere. Eloſat hugo.i.crucifixo nō cōpati. Naz si non ieiunat nō videt cōtristari de illa traditōne 7 crucifixione.sed potius eam approbare. Audi em̃ tu vorax qui non libenter ieiunas. q̃d beatꝰ Gzego .iiij. dyalogoz refert de quodam monacho qui magne estimationis habebatur Sed tamē cū se cum fratribus ieiunare demonstraret.occulte manducare consueuerat q; fratres nesciebāt. Veniēte aūt egritudie oīs fratres ad se iussit congregari. Et illi a se aliquid delectabile magnū crediderūt audire. Venientibꝰ autem illis compulsus est tremens dicere. Dñ me ieiunare credebatis vobiscū. occulte comedebam.7 nunc draconi datus sum ad deuorandum:qui cauda sua genua mea 7 pedes meos colligauit. Caput vero meum intra os suuz mittens spiritum meum ebibens trahit. Quibus dictis subito expirauit. ¶ Tertio beatus Nicola

F us olive comparat propter oleum.de quo referunt certi naturales. Qui oleum tenuerit in ore suffocari aut submergi non poterit.vel si sub aq̃ fuerit supernatabit . vt ait Fontinius. in de statu vniuersi. Ratio est.naz oleū successiue missuz aquas diuidit. Et sic ipse q̃ subter aquā fuerit respirauit. Quod principaliter intelligit de oleo lini. Ait etiā Papias. Si q̃s intra aquā mersus oleū prius in ore inclusuz in aquā emerserit. clarioza facit que in fundo aque tenent.7 patent oculis suis facil⁹. Sic homo qui fuerit in aq̃s tribulationū.7 beatū nicolaū in ore per inuocationem tenuerit.a tribulationibꝰ absorbi non potest. Itaq; confidenter potest dicere illud ps̄.xc Clamauit ad me 7 ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione:eripiā eū 7 glorificabo euz Et hoc patet de tribꝰ principibꝰ ipsuz inuocantibus quos de morte ad quā per cōstantinū erāt iudicati liberauit. Etiā si aliquis in aquis marisfuerit.7 beatū nicolaū inuocauerit submergi nō poterit. Sicut hodie cantatū est. Quadā die tē pestate seuissima quassati naute ceperūt sanctuz nicolaū inuocare:7 statim cessauit tēpestas Etiam si quis beato nicolao deuotus fuerit. si iam submersus fuerit viuus supnatabit. Et hoc declarat Johes dyacon⁹ sub exemplo. Vir q̃dā nobilis rogauit.b.nicolaū vt sibi filiū a deo impetraret.ꝓmittēs ad ecclesiam eius filiuz suuz reductuz.7 cipheuz aureuz oblatuz. Fil⁹ autē nascit.7 ad etatē adultā reducitur. cipheus fieri iubet.q̃ dū sibi valde placeret.suis euz adoptauit vsibus.7 aliū equivalentem fieri precepit. Nauigantibꝰ itaq; ad ecclesiā sancti nicolai.iubet pater filium vt in illo cipheo quem primo fieri fecerat vt aquam sibi afferret. Puer autē cuz vellet haurire cū cipheo in mari cecidit.7 statim expirauit. Pater autez amare flens nichilominꝰ votum suū perfecit. Veniens igitur ad altare secundū obtulit cipheū.sed ille tanq̃ proiectꝰ cecidit de altari. Cū aūt leuasset ipsum.7 super altare posuisset.itez longi⁹ est proiectꝰ. mirantibus oībus ad tam grande spectaculū. ecce puer sanus 7 incolumis aduenit. 7 primū cipheum suis gestans manibus. Narrauitq; oībus q; q̃ in mari cecidit.statim.b.nicolaꝰ affuit.7 ipsum illesuz seruauit. Sicq; pater eius letus effectꝰ.vtrunq; cipheum beato nicolao obtulit.

¶ Sermo scōus. De eodē ꝓ euāgelio diei.

Homo quidam

nobilis abijt in regionē longinquaz accipere sibi regnū 7 reuerti. Ita scribit Luc. xix. Plinꝰ in spe.natu.li.viij.c.v.reffert. Q; A elephas est aial magnuz in corpulētia.q̃ bene mōtibꝰ equaret.7 tñ respectu alioz aialiū magni corporis maxime est benignuz.7 hominē singulariter diligit. Nam si viderit ipsum errantez in solitudine.ne ipsum terreat aliqualiter de via se subtrahit.7 gradum fugit. paulatimq; ipsum p̄cedens viam ei ostendit. Et si draco ei occurrerit ꝓ homine defensando cū eo pugnat 7 viriliter se opponit. Mistice per elephantē beatꝰ nicolaꝰ nō immerito conuenit designari. recte em̃ sicut illud aial est magnuz.7 facit se faciliter placabile hoibꝰ. Ita.b.nicolaꝰ fuit magnus fm generationē.quia ex divitibꝰ 7 nobilissimis parentibꝰ processit. sicut habet ex legēda vbi legitur. Nicolaus itaq; ex illustri prosapia est ortus Cuius fuit patere vrbis.que vna ex nobilissimis licie provincie ciuitatibus tanto quondā famosissima rutilabat quanto 7 populoso frequentabatur accessu.parentesq; eius inter cateruas p cez habebant. Fuit magnus fm devotionem. quia vitam totam seruauit in puritate vt dicere posset illud Job.xxxiij. Mundus sum ego.s.a vicijs carnis 7 absq; delicto .i. peccato obmissionis 7 immaculatꝰ.s.grauibꝰ culpis contra deum.7 iniquitas non est in me.s.peccatum ꝓtra ꝓximuz. Non em̃ se carnalibꝰ vicijs maculauit ne aliquid de faciendis obmisit. nec contra deū graui idolatria peccauit. sed eam eradicauit.

Sermo

feriozi parte medie regiõis ros generat. et hoc bũoze tpato callido et frigido congregato. Sic mystice tres inueniũtur regiones: regio celestꝭ. de qua ps̃. xxvi. Credo videre bona dñi in terra viuentiũ. Secunda est regio mũdi. Tertia ē regio inferni. In pma regione nõ est facta roratio. i. icarnatio qz xps̃ p angelis nõ est hõ nat⁹ neqz eoz naturã assumpsit. Fm illud apli ad Heb. ij. Nusq̃ angelos apprehendit. Sed semẽ abrahe. Neqz etiã in infima regione facta est incarnatio qz demones nõ redemit neqz p illis incarnat⁹ est. Sic̃ quidã errãtes dixerũt asserentes q̃ adhuc in aere p illis esset passurus quem errorẽ asscribũt origeni vt dicẽ Bartho. brix. in Glo. sup eano. xxiiij. q. ij. §. Si forte. in glo. v. Origẽ. Sed ille error est reprobatus z dãpnat⁹ Jõ dicendũ est. q̃ hodierna incarnatio ē facta in media regione: hoc ē in mũdo qui ē in medio inter celũ z infernũ. qz p homĩe est incarnatus. Scõm q̃ testat symbol⁹ Niceni. In quo canit̃. Qui ppter nos homĩes z ppter nr̃am salutem descendit de celis z incarnatus est de spũ sancto. Et hoc est q̃ canit ecclia. Hec est dies q̃m fecit dñs. Et illa incarnatio facta est ex calido charitatis z frigido nr̃e miserabilitatis q̃ moue rũt xp̃m q̃ hõ fieret. Primũ igit̃ fuit abundãtia charitatis. Jõ dicit aplus ad Ro. v. Commendat dñs charitatẽ suam in nobis. qz cuz adhuc peccatores essemus p nobis mortuus ē. Ad idẽ est illud Joh. iij. Sic deus dilexit mundum: vt vnigenitũ. Super quo dicit btus Aug⁹. Si de⁹ peccatores nõ dilexisset ad eos liberandum nõ descendisset. Scõm fuit nr̃a miseria. Illud dicit ps̃. xi. Propter miseriam inopum z gemituz pauperum nunc exurgam. Quarto ros habet fecundare. Sicut probat mgr̃. li. xiij. pprietatũ de monte modico hermon qui situs ē circa iordanẽ z circa cacumen eius roze perfunditur copiose. et ideo ex roꝛ influentia viroze fecundat̃ qua ratione fecunditatis. ibi animalia nutriebantur que debebant in templo ymolari sic crístus per suam incarnationẽ veniens in hũc mũdum cozda hominũ que prius erant arida. Fm illud ps̃. xxi. Aruit tanq̃ testa virtus mea fec̃ in gratia germinare sic̃ p̃dixit p pphẽtam Ozee xiiij. Ero q̃si ros z israbel germiabit sicut liliũ. et istum rozem descendere hodie permisit de celesti regione in vterũ virgis pr̃ eternus. qui ide effluens per natiuitatem totũ mundum irrigauit. Ita vt iam dicatur illud. Justus germiabit sicut lilium z florebit ineternũ ante dñm. Quinto ros Fm Aristo. Malia venenosa habet coercere qz vim veneni in eis reꝑmit z coartat ne tã tũ de nocte q̃tũ de die se diffundat. Jõ eoz venenũ nõ tm̃ in nocte nocet sicut in die. Serpentes etiaz latitantes inter herbas qui solent trã seuntes ledere q̃ diu flozes sunt in roze vt dicit mgr̃ li. xi. pprietatũ. Ista incarnatio coercuit a deo infernalia aialia venenosa q̃ iam nõ possũt nocere sicut pus Teste Greg. in mozal. Maligni spũs ad nocendum incessabiliter anhelant potestatem nocendi tñ nõ hñt nisi eos dina voluntas pmittat. Ideo sancti patres incessanter incarnationẽ xp̃i petierunt vt in virtutibus fecundarentur. et a potestate demonis liberarentur. et hoc quo ad primũ. Quantũ ad scõm ē sciendum ꝓsuetudo est in curijs regum siue principum. Quando rex sibi aliquã virginẽ i sponsaz adoptauit solent secretarij regis ipm sepissime premonere vt mittat nũcios ad virginẽ qui gloriam eius z potentiaz ei nũciãt z virginẽ faciãt psentire. Mystice xps̃ qui ē rex regũ z dñs dominãtiũ Apo. xix. Et pnceps pacis Ysa. x. Hic ab eterno adoptauit sibi vginem Mariam. Fm illud Sap̃. viij. Cuz dixit. Hanc aũt amaui z exquisiui eam mihi sponsam sumere et amatoz factus sum forme illius. Ideo hoc scientes secretarij eius sancti prophete qui sciuerunt secreta regꝭ celestꝭ ipm sepi⁹ petierũt vt mitteret nũcios ad hanc virginem qui ipam de consensu solicitarent. Et horum precipuus fuit Ys̃. qui dicẽ nubes. i. angeli qui tanq̃ nubes inter deũ z homines pluant renuncient. iustum. i. christum. Oz Fm ps̃. cxviij. Justus es z rectum iudiciũ tuuz Et sic multi alij pphete sancti diutius ipm monuerunt z tandem precibus eoz aurẽ inclinãs: vocauit angelũ gabrielem vt ait Aug⁹. in Fmone hodierno. Veni gabriel mister efficito terribilis sacramenti. et absconditum fecunda. i. diuinũ miraculũ ad preces. n. Ade z alioz i lymbo a meis discedere cogor sedib⁹. Illũ eni quez ad imaginẽ meã creaui pctm̃ inueterauit deserta est paradisi possessio. miseriox erranti. et apprehendere cupio hostem. latere aũt volo oms celestes virtutes. Et tibi solum pandere secretum ad vginẽ pergere mariã. vade ad animatã ciuitatẽ de q̃ dicebat pphẽta. ps̃. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas. vade ad rõnalem meã paradisuz pge ad orientalẽ splendidã portam. vade z nũcia ei mee potentie ymbzẽ pergetam. vade z nũcia ei mee potentie ymbzẽ perge ad pparatũ mihi sanctuariuz ad sponsam fidei incarnationis mee mundum habitaculũ ad thalamuz natiuitat̃ mee loq̃re i aures rõnales archana prepara mihi introitum. Sed ne contur bes aut exterres virgineũ aim ei dicito Aue vt ego miserie z malignitati Eue succurrã. hec August. in psona xp̃i. Veniẽs igit̃ angelus ad virginem nunciauit ei desiderium z voluntatez sui regis z dñi. ad quem virgo vt scribit Orosius. super cantica. Quis est dñs tuus. cui ille. Dñs

meus est: rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ: rex glozie ⁊ pzinceps pacis. Et illa. est ne pulcer? Et ille rñdit. Pulcritudinẽ ei⁹ sol ⁊ luna mirantur. Ip se eñ est spe cioſus fozma pze filijs hoim. ipse ẽ in cuius faciem angeli prospicere desiderant. Ad quem virgo. Est ne potens? Cui ille. Ptãs ei⁹ vsq; ad mare: ⁊ a flumine vsq; ad termínos orbis terraꝝ. Et illa. est ne diues? ⁊ angel⁹. gla ⁊ dinicie in domo ei⁹. Cui vgo. honozaẽ mune ribus? ⁊ ille. Reges tharsis ⁊ insule munera of ferent. Reges arabũ ⁊ saba dona adducẽt. Ad quẽ itez. Que est fuit⁹ ei⁹? Rñdit angel⁹. Om nes gentes seruiũt ei. Et illa. Que est laus ei⁹? Omnes inq̃t gentes magnificabunt euz. Et da uid dicit. Laudent illum celi ⁊ terra. His auditi ait virgo. Prebendo cõsensum. veniet dñs per me:ꝛ osculeẽ me osculo oris sui. veniat dilectus meus in oztũ suũ: ⁊ comedat fructus pomoꝝ suoꝝ. Tũc vt dicit in fmone de assumptione celestis nubes in vellus vgineum placito infu dit elapsu. tota diuinitatis vnda in carne se con tulit: qñ verbũ caro factũ est. ac deinde per pa tibuluz crucis expzessum oib⁹ pluuiam salutis effudit. ⁊ stillicidia gratie humanis mentibus pstitit. De hac pluuia predixit Ezech. xxxiiij. Pluuie bñdictionis erũt. ⁊ dabit lignũ agri fru ctũ suum: ⁊ terra dabit germẽ suũ. Et hoc quo ad secunduz.

Sermo secũdus. De eadem.

Hec ẽ dies quã fecit dñs. exultem⁹ ⁊ letemur i ea. ps̃. cxvij. Solent dñi terreni dies suoꝝ na taliũ celebzare. ⁊ subditos suos ad sua leta cõ uiuia inuitare. ⁊ b⁹ pz in natura: ⁊ figura. Ver enim quod est dñs anni ⁊ nature. portãs secum tanq̃ largus dñs oia terre nascentia in futuro necessaria. Circa festum catbedre sancti petri celebzat diem sui natalis. Et tunc ad suum gau dium inuitat boies. qz magis q̃ alio tempoze anni colletaẽ. Inuitat tunc celi volucres. que tunc plus vociferant ⁊ gaudent. Inuitat terrã ad suum gaudium. que flozib⁹ exoznaẽ. Ita vt nulla creatura sit expers sui oztus. Nz figurali ter legr̃ Geñ. xl. Nz venit dies natal⁹ pharaonis ⁊ fecit grande cõuiuium pueris. Idem legitur. Mar. vi. Herodes rex diem natiuitatis sue ce lebzauit. faciens cenam suis pzincipibus tribu nis ipsi⁹ galilee. Spũaliter xp̃s Ihesus rex celoꝝ impatoz angeloꝝ: ⁊ dñs oim dñoꝝ. ho die natus est in vtero virginis Marie fm illud ps̃. lxxxvj. Homo nat⁹ ẽ in ea. Quia dicit Sui do archidiacon⁹ in rosario sup. c. firmissime. de ꝓse. di. iiij. Nz duplex ẽ natiuitas vna est i vtero qñ aia cozpozi infundit tũc puer nascit. Alia ẽ ex vtero quando puer in lucem pzodit ⁊ mũdo innotescit. Pzima natiuitate natus est hodie xp̃s. quia in instãti fozmato cozpoze ex spiritu sancto ex puriſſimis sanguinib⁹ virginis anima fuit infusa. vt tunc perfectus diceret fm illud Iere. xxxj. Nouum creauit dñs super terram. mulier circũdabit viz. Ideo solet moze secula riũ dñoꝝ hodie celebzare natalem in regione fi delium. Et ad hũc natalem in regione xp̃ifide lium ingensq̃ gaudiũ inuitat oẽs xp̃icolas pzo pter carnẽ regalem dauid qui ait. Hec est dies quã fecit ẽ. In quib⁹ duo tanguñ. a quibus dies extollitur hodiernus. Pzimo a clarita tis refulgẽtia speciali. ibi. hec est dies. Scõo ab hilaritatis excellentia generali. ibi. exulte mus ⁊ letemur in ea. De primo est notandũ. Quãdo aliquis pr̃familias rex: filium suum de sponsat cũ aliqua vgine: talis desponsatiõis so lennitas nõ solũ est filij. sed etiã patris ⁊ matris amicoꝝ ⁊ seruoꝝ. Spũaliter hodie xp̃s de sponsatus est ⁊ cõiunctus cuz humana natura. fm q̃ canit ecclesia. Hodie deus homo fact⁹ est id qõ fuit permansit: ⁊ qõ non erat assumpsit. Idcirco hec dies nõ solũ est xp̃i filij. sed etiam patris celestis ⁊ spũssancti est: ⁊ matris marie. ⁊ omnis celestis curie. Hec inquã est dies cele stis patris. de quo dr̃ Math. xxij. Simile ẽ re gnũ celoꝝ hoi regi qui fecit nuptias filio suo. Et hee nuptie celebzate sunt hodie in vtero vir ginali. Nz figuratũ est Exodi. ij. vbi legr̃. Egref sus est vir de domo leui ⁊ accepta coniuge ge neris sui. que concepit ⁊ peperit filium. videns autem ipsum elegantẽ abscondit eum trib⁹ mẽ sibus. Sed cũ celare non posset. sumpsit fiscel lam stirpeam ⁊ liniuit eaz bitumine ⁊ pice. ⁊ po suit intus infantulũ. Spũaliter per viz. hic intelligo patrez eternũ: qui de sua natura genu it filium. Sicut dicit Aug. in li. de fi. ad petrum Et allegatur a mgr̃o li. iij. dis. viij. Pat̃ de sua natura genuit filiũ deũ sibi equalẽ ⁊ coeternum Sed vidit ipsum elegantem. Nz fm apostolum ad Hebze. j. Ipse est splendoz glozie: ⁊ candoz lucis eterne: ⁊ speculum sine macula Sap̃. vij. Ipse est speciosus fozma pze filijs hoim. Ideo abscondit eum trib⁹ mensibus. q̃ est tribus tẽ pozibus: Primum fuit ab adam vsq; ad abza ham. Scõm fuit ab abzahã vsq; ad moysen cui lex ex data. Tertiũ fuit a moyse vsq; ad aduen tum xp̃i: qõ fuit tps acceptabile ⁊ gracie. ⁊ tũc ipsum celare non potuit vlterius. Quia sancti patres ipsuz tunc cũ desiderio affectabãt q̃ten⁹ eos liberaret ⁊ saluaret dicentes cum ps̃. lxxix Ostende nobis dmine faciem tuã ⁊ salui erim⁹.

Sermo

Et Salomon Cāticl.viij. Quis inquit det mihi fratrem meum suggentem vbera matris mee.i. virginis Marie que vt ait Nico.de ly. Nō solum dr̄ mater xp̄i.sed etiam totius ecclesie. Jō celestis pater accepit fiscellam stirpeam.i. elegit v̄ginem gloriosam. quā liniuit exterius pice castitatis.interius aūt:bitumine charitatis ꝛ in ipsam bodie posuit infantulum Jhesuz xp̄z quapropter ipse pater sit in euum benedictus. Hec ē dies filij qui misericorditer dignatus est accipere formā serui.apostolo attestante q̄ ait. Cū in forma dei esset nō rapinā arbitrat⁹ est eē se equalē deo.sed semetipsuz exinaniuit formaz serui accipiēs.ad Phili.ij. Et boc figuratū fuit Gen.vij. Ubi legī q noe ingressus ē in archā ꝛ rupti sunt oīs fontes abyssi.ꝛ cateracte celi aperte sunt que prius clause erant. Per archā v̄go Marie designat.qz sicut archa humanuz genus a diluuio ꝛ periculo mortis preseruauit

¶ Sic maria celica archa ad ipsam cōfugientes a piculo eterne mortis custodit.ſm q̄ dicit hylari⁹ in ſmōe. Quicūq; q̄s peccato obnoxi⁹ fuerit.si Marie deuot⁹ fuerit:nunq; eternaliter interibit. In archa noe solum octo aie sunt saluate. Sed in nr̄a bñdicta archa oīs saluantur q̄ ad saluationē ꝛ auxiliū eius cōcupiscūt. Jdeo dicitur Eccī.xxiiij. Transite ad me oēs qui cōcupiscitis me ꝛc̄. In banc archā dignissimā bodie ingressus est celestis noe xp̄s. Sed quare? certe iō vt nobis tanq; humilis seruus mīstraret. Jdeo dicitur Matb.x. Filius bois nō venit vt mīstrarer ei.sed vt ipse mīstraret. et daret aiam suā in redemptionē pro multis ꝛ vt nos saluaret. Et ſm illud Luc̄.xix. Venit enim filius bois q̄rere ꝛ saluuz facere q̄d perierat.

Et vltra bec oia ex suo ingressu in hāc sanctissimam archam,puenit nobis boc bonū q̄ celi q̄ per quinq; milia annoz erant clausi:bodie apti sunt. Naz ante incarnationē nulli de⁹ tantaz gratiaz fecit.vt ei celos aperiret. Sed oēs ad lymbū descēderūt. Jdeo dixit Jacob Gen.xxxvij. Descendaz ad filiū meū lugēs in infernum. id ē ad lymbū sanctoz patz. Qz q̄ illis fuit negatum.nobis mirificorditer est collatum. Jdeo dicam⁹ oēs vna voce.gla tibi dñe Jhesu christe Hec ē dies spūssancti q̄ descendēs in vtez v̄ginis incarnationē est opat⁹.ſm q̄ p̄dixit Gabriel archangel⁹ Luc̄.j. Spūssanct⁹ superueniet in te.ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi Et hoc figuratū est Ezech̄.xvij. Ubi legit̄ q̄ aqla grādis venit ad montē libani:ꝛ tulit medullam cedri:ꝛ transportauit in terraz chanaaz. Liban⁹ intelligitur cādidatio.ꝛ significat Mariaz que est omniū v̄ginū candidissima. ſm illud Cantl. iiij. Tota pulchra es amica mea:ꝛ macula nō est in te. Jdeo dic̄ Anselm⁹. O dña pulchra es ad intuendum.amabilis ad cōtemplandum. De sua candida puritate ait Bern̄. Omnē pulchritudinē quaz creatura potest suscipere Maria omnes creaturas p̄mogenita suscepit i magnitudine effluentia preconsortib⁹ suis. Nam iusticie solem q̄n p̄mo ingressus fuit de sinu patris.mārie cor inter oēs creaturas suscepit. Et subdit post pauca. Quō in ipa inquit decor vel pulcritudo deficiet? Cum adhuc in aia habeat filium ꝛ oēm thezauz beatissime trinitatis.ad quam candidissimā virginē:venit aquila grandis spiritussanct⁹.ꝛ de purissimo sanguine istius tulit medullā cedri.i.formauit Christi humanitatez Jdeo ait angelus ad ioseph Matb.j. Joseph fili dauid:noli timere accipere Mariā coniugē tuaz:q̄d em̄ in ea natū ē.de spūsancto ē. Quod p̄z in symbolo Niceni. Incarnat⁹ est de spūsancto. Et dicit mgr̄ li.iij.dis.iiij. Non enī incarnationis opatio spūisancto . ideo sept⁹ attribuit̄ q̄ eam ipse solus sine patre ꝛ filio fecerit. Sed quia spūssanctus est caritas aut pietas. Sz donum patris ꝛ filij ineffabili dei caritate:verbuz caro factum est. Et inestimabili dei dono filius dei sibi vniuit formam serui.q.d. Sibi attribuitur opus incarnationis.nec tamen ab illo opere:pater vel filius excluditur. Sed potius v̄nō nominato tres intelliguntur. bec magister.

Hec ē dies specialissima.b.virginis Marie q̄ bodie est super omnem humanam naturam exaltata. Bodie ipa p̄ciosior est celis omnib⁹ facta. Quia q̄d celum non habebat. ipsa in vtero suo virgineo habet. Dicit Crisō. in ſmone buius festiuitatis Si omniū sanctoz miracula ad memoriaz inuocaremus:nibil erit glorie. videlicz respectiue quātū ē p̄sens solennitas virginis gloriose. Et subdit. Abel per sacrificium ymolabatur. Enoch per contemplationē memoratur Melchizedech ymago dñi predicatur. Abraham per fidei meritum collaudatur. Jacob p luctamen beatificat. Moyses sicut legislatoz. Sampson velut victoz. Helias zelatoz. Isaias dei largus euāgelizatoz. Daniel p̄udentissim⁹ salutis desideratoz. Ezechiel archanoz inspectoz. Salomon p̄udentissim⁹ nominatur. Sed nullus talis fuit in mundo:qualis Maria dei genitrix bñdicta. quia em̄ illi omnes in enigmate p̄uiderunt. Ista in vtero incarnatū portauit bec ille bodie castissima virgo Maria p̄e omnib⁹ diebus vite sue decentius est ornata. quia est bec dies salutifera: quo lignū vite in medio paradisi ē plantatū. Paradisus deliciaz ē maria que bodie in se babuit christū vite datorem. Jdeo dicit Bern̄.in ſmōe. Vere paradisus dei es tu o Maria,que mūdo lignū vite ꝛtulisti ꝛc

quo qui mãducauerit viuet ineternũ. Hec est dies angelorꝝ. qua hodie ruina eorꝝ p lucifer facta cepit restaurari hinc est q angelus gabriel missus in ciuitatẽ galilee. cui nomẽ nazaret ad virginẽ Mariã Luc. j. valde solicit⁹ fuit eã mouere ad cõsensum. Qđ t figuratum est Joh. v. vbi legĩ. Qz bierosolimis erat pbatica piscina ad quã angel⁹ dñi descendebat fm temp⁹: t ipsam mouebat. t qui ex languidis p̃or descendebat in piscinã post motionem aque. san⁹ fiebat a quacũq; infirmitate. Per hanc piscinã intelligitur vgo Maria. que est aqs plena gre. Sic̃ testat Ecc̃i. xxiiij. In me omnis gra vie t virtutis. Quia dicit be. Berñ. super missus est. In mẽte Marie fuit gratia deitatis. In carne gra caritatis. In ore gra affabilitat] In manib⁹ gra mie t largitat]. Ad bãc piscinã plenã aqs gra descendit angel⁹ gabriel: fm tps. de quo dixerat ps̃. cj. dicẽs. Tu exurgens miserereberis syõ qz venit temp⁹ miserendi ei⁹: qz venit temp⁹. descendẽs quidã angelus mouebat piscinã. i. virginem mariam cum dixit. Aue gra plena. Et sicut aqua cũ mouetur turbida efficit. Sic Maria in istis verbis angelis turbatur. fm q dicit euangelista. Que cũ audisset turbata est in sermone angeli. qz ipsuz nunq; loquentẽ audierat quis prius sepius viderat angelos videns ãt angelus eam turbatam: placauit eaz dicens. Ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apd dñm. Istam gram nõ solum impartit vni soli infirmo peccatori qui ad ipsaz suspirat. sed omnibus vsq; in diẽ nouissimuz. Ideo dicit Berñ. in fmone Quis misericordie tue beata vgo longitudinẽ: latitudinem t profunditatẽ: queat inuestigare? q. d. certe nemo. Longitudo nanq; tue mie. vsq; in nouissimũ diem: subuenit oĩb⁹ inuocantib⁹ te. hc̃ ille. Hec ẽ dies patriarcharuz t prophetaꝝ: qz vaticinia sunt eorꝝ impleta. Hodie eorꝝ prophetia vera est inuenta. Nam Isaias longe predixerat. Ecce virgo concipiet t pariet filiũ ꝛc̃. Isa. vij. Et iterꝝ Isa. xj. Egredietur virga de radice yesse: t flos de radice ei⁹ ascendet. Et aggeus ait. Veniet desiderat⁹ cunctis gentibus ca. ij. Hec t ꝓsimiles prophetie hodie sunt implete: t fideles sunt inuenti prophete. Pro quo idem petit eccla. Da pacẽ dñe sustinẽtib⁹ te: vt prophete tui fideles inueniant: exaudi preces seruorꝝ tuorꝝ. Hec est dies apostolorum. qz hodie cõcept⁹ est ille qui eos elegit de mundi miseria. Et ꝓstitut eos principes super mundana oĩa. fm q predixerat ps̃. xliij. Constitues eos principes sup omnẽ terrã. Hec ẽ dies martirꝝ. qz hodie venit rex eorꝝ: cui⁹ secuti sunt vestigia t peruenerunt ad regna celestia. Hec est dies ꝓfessorꝝ. qz venit lux eorꝝ. Hec est dies virginum. qz hodie vltra omnes dies mũdi honorata est virginitas. Ex eo q rex celorꝝ: imperator angelorꝝ carnẽ assumpsit de vgine. Hec est dies oĩm hoĩm. qz hodie ẽ homo fact⁹ de⁹. ¶ Hoc quo ad primum. ¶ Quantũ ad secũdum est notandũ. Hec est cõsuetudo in curijs seculariũ dñorꝝ. Qñ rex aut ali⁹ dñs celebrat nuptias: se cũ nobili vgine matrimonialiter sociãdo. Tũc oĩs de sua familia exultãt t letantur. Sicut figuratũ est Hester. ij. vbi legitur. Qz rex assuerus adamauit Hester pre oĩb⁹ mulierib⁹. t ipsa pre oĩb⁹ inuenit gram coraz eo. posuitq; dyadema in capite ei⁹: t fecit eam regnare pro vasthi. t iussit preparari conuiuiũ permagnificuz cunctis principib⁹ t pueris suis p coniunctiõe t nuptijs. Dedit requiẽ cunctis prouincijs. donaq; largit⁹ est fm magnificentiã principalem. Spũaliter Assuerus interpretatur beatus t significat xp̃m: qui est beat⁹ beatorꝝ. Hic adamauit hester: que interpretatur abscondita. t significat humanã naturam. q̃ abscondit se a deo propter peccatũ. sicut pz in p̃mis parentibus. Gen̈. iij. vbi legĩ. Abscondit se adam t vxor ei⁹ a facie dñi dei in ligno paradisi. Hanc quidam humanam creaturaz dilexit xp̃s pre oĩb⁹ angelicis spiritib⁹. que inuenit hodie miam t gram in conspectu eius. pro qua diu rogauit Dauid dicẽs ps̃. lxxxiiij. Oñde nobis domine miaz tuam: t salutare tuum da nobis. Amando quidez humanã naturam: posuit corõnã glorie in capite ei⁹. De qua ps̃. viij. Gloria t honore coronasti eum dñe. Et cũ ea hodie coniunxit. Sicut figuratũ est. iiij. Regũ. vj. vbi legĩ. Qz filij pphetaꝝ dixerunt ad helizeũ. Eamus vsq; ad iordanem. vt tollant singuli de silua materias. vt edificem⁹ ibi locũ. s. nobis ad habitandũ. Et abijt cũ eis. Cunq; venissent ad iordanẽ cedebant ligna. accidit aũt q vni eorꝝ securis caderet in aquam. Sed helizeus manubriuz securis in aquaz misit. t ferrũ manubrio cõiunxit. Per ferrum quod est durabile põt intelligi deitas que durat t est eterna. fm illud Athanasij. Eter⁹ pater: eter⁹ fili⁹: eternus spũssanct⁹. Sed per lignũ quod est minus durabile. significat hũanitas. que duo hodie mirabiliter sunt coniũcta Ideo exultem⁹ t letemur in hac beatissima coniunctione. fm q monet beat⁹ Joh. Apoc̃. xix. Gaudeamus t exultemus: t demus gloriã deo quia venerunt nuptie agni: t vxor preparauit se Sed quare exultare debemus in hac die: potiꝰ quã in alia? Certe ideo. qz hec dies figurata est per annũ iubileum: quo multa gaudia sunt ostẽsa. Nam carceres omnes aperiebantur. vincti soluebantur. pauperes ditabantur. t esurientes saciabantur. vt dicit archidiaconus Guido

Sermo

in rosario. Sic i hac die gloriosa ⁊ iubilosa carceres lymbi sunt aperti. qz hodie incepta ē formari clauis: quā desiderabāt sancti pres. cum dixerunt. O clauis dauid qui claudis: ⁊ nemo aperit. veni educ vinctos de domo carceris sedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis. Incepta ē inquam hic clauis per manū artificis sancti spiritus: ⁊ calefacta in igne diuini amoris. Ex tūc est integrata: qñ in die parasceues in meridie cruci est malleata. ⁊ tunc totaliter aperti sunt carceres: ⁊ vincti educti sunt Sicut predixerat Zacha. ix. Tu quoq; xpe. s. in sanguine emisisti vinctos tuos. Et sicut in anno iubileo pauperes fuerūt ditati. Quia dicit Leui. xxv. Q; omnes qui erant quasi exules. ad possessiones suas redire permittebantur. Et redierunt vnusquisq; ad familiā suam quando venit annus iubile⁹ Sic i hac die iubilosa nos oēs q̄ añ incarnationem eramus exules: a possessione celestis hereditatis: sumus reuocati ad ipsam. Vt iam simus filij excelsi oñs: ⁊ regni eterni capaces. Hodie pre omnib⁹ diebus sumus ditati valde. quia Marie datus est thezaurus de quo predixerat Moyses Deutro. xxviij. Apperiet dñs thezauz optimū. Ideo dicit Bern̄. O dives in omnes ⁊ super omnes Maria. De cuius substantia modica pars sumpta: totius seculi sufficit soluere delicta. Etiam sic in anno iubileo esurientes fuerunt saciati. qz Leuit. xxv. dicit. Neq; seritis neq; metitis sponte in agro vestro nascentia: ⁊ p̄mitias vindimie nō colligitis ob sanctificationē iubilei Sed statim oblata comedetis. Sic in ista die bñdicta omnes sumus saciati. qz hodie descendit panis viuus in vteruz virginis. Fm q̄ preuidit Salomon Cant. vij. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Et hoc quantū ad secundum.

Sermo tertius. De eadem.

Hec est dies boni nuncij: si tacuerim⁹ ⁊ noluerim⁹ nunciare arguemur sceleris. iiij. Regū. vij.

In naturalibus legit q̄ varia volatilia varia ferunt nuncia. Refert alanus in deplāctu nature tracta. ij. ca. ij. de bubone dicens. Illic bubo miserie ppha psalmodias finire lamentationes p̄cinebat. Qui alludit ouidi⁹. Ignau⁹ bubo viros moralib⁹ offert. Et p̄bat idem Vincē. in spe. hist. li. viij. de bubone quē vidit Herodes agrippa in arboze sup se sedentē. que nuncium tulit sibi mortis affuture. De quo hr̄ etiā Actl. xij: Quid aūt de hoc sit tenendū cōmitto sapiētibus qz talia auguria p̄hibentur Leuitl. xix. Nō auguriabimi neq; obseruetis somnia. xxvj. q. iij. per totū. e. causa. q. v. c. nō licet. ⁊ quattuoz. c. sequētib⁹. Ex ecōtra dicit Isido. li. xij. Q; ciconia ē ameni tpis nuncia ⁊ letitie. qz in suo aduētu: veris predicat nouitatē. Idez patet de turture q̄ nō apparet nisi vere accedente. Ideo dicitur Cant. ij. hyems transijt imber abijt et recessit. Mistice per bubonē q̄ immundis ⁊ stercoribus delectatur: ⁊ in sepulchris fetidis libenter commoratur: dyabolus designatur. qz ille immundicijs peccatoꝝ delectatur: ⁊ in lubricis domibus morat⁹. Fm illud Job. xl. Sub vmbra dormit in secretis talami: in locis humentibus. Iste turpissim⁹ bubo. i. dyabolus tulit tristem nunciuz nostris primis parentib⁹ quando venit mentiendo Gen̄. iij. Nequaquaz moriemini. Sed si comederitis de ligno scientie boni ⁊ mali. critis sicut dij scientes bonum ⁊ malum. Et vere tristem nunciū. qz tristem habuit exitum. Nam dñs dixit Eue. Multiplicabo erumnas ⁊ cōceptus tuos in dolore paries filios tuos. Ade autez dixit. Ex quo comedisti de ligno q̄ p̄ceperam tibi ne comederes. Maledicta terra in opere tuo. In labozib⁹ comedes panem: cunctis diebus vite tue. Ex ecōtra per ciconiam: que est auis pia circa pullos intelligitur gabziel archangelus: qui pius est erga genus humanum. quia bonum nunciauit nunciū. Ita vt de ipso dicatur illud Prouerb. xxv. Nuncius bonus de terra longinqua. Naz dyabolus nunciauit eue prime matri ve. Gabziel aūt vgini aue. i. sine ve. Ille portauit. s. luctuosum. Iste gaudiosum. Ille damnosum. iste gratiosum. Ille maledictum. iste benedictum. Ideo dic̄ beat⁹ Hiero. in Fmone de assumptiōe virginis. Quicq̄d maledictionis infusum ē per euam. totum abstulit bñdictio Marie. Et ifra. Quod natura non habuit vsus nesciuit: ignoziuit ratio. mens nō capit: humana natura nō sustinet. Pauet celum stupet terra. creatura omis etiam celestis mirabiliter admiratur. hoc totuz per Gabzielem archangelum Marie diuinitus nunciat. Ideo bene potest dici. Hec est dies boni nuncij. In quibus verbis tria describunt.

Primū est festiuitas gaudiosa. ibi. Hec est dies. Secundum ineffabilitas gratiosa. ibi. boni nuncij. Tertiuz taciturnitas criminosa. ibi Si tacuerimus. De primo est notandum. Dicūt naturales. Q; ver est tempus amenū et gaudiosuz: portans secum oia: sicut dñs larg⁹. Ideo in eodem vernali tempore gaudent aues garritum plus facientes: ⁊ se ad amorem excitantes. gaudent homines: loca virida ⁊ amena visitātes. gaudet terra in superficie sepulchra flozibus exornando. Gaudent insuper ⁊ bestie

B se in latibulis suis gaudēter subleuādo. Spū aliter per tps veris intelligit tempus gratiosuz incarnationis. de quo dicit apls ad Gall. iiij. Dum venit plenitudo temporis misit deus filiū suuz. quod exponit mgr li. iij. sentētia xp dis. j. dicēs. Temp⁹ plenitudinis dicitur temp⁹ gre quod aduētu saluatoris exordiuz sumpsit. hoc est tempus miserendi: z tempus benignitatis. In quo gratia z veritas per Jhesum christum facta est. Gratia quia per charitatē implet. qđ in lege p̄cipiebat. veritas qz per xp̄i aduentum exhibetur atq; perficit humane redēptionis. responsio facta ab antiquo. hec mgr. Hoc inq; est temp⁹ acceptabile z dies salutis ver iocundum et amenum. in quo celestis ros virgineo vellere se infudit. Sicut figuratur Judicum. vj Vbi legit q; gedeon posuit vellus ouis in aere. z descendente rore vellus maduit. terra vndiq; L sicca permanente. // Per hoc vellus significatur v̄go Maria. qz sicut vellus ē albū vl candidum. sic ē Maria cādida vel pura. vt de ipa exponi p̄ot illd Sap. vij. Hec ē splendidior sole et super oīem dispositionē stellaz luci ꝓpata inuenitur p̄or. Et vere nisi puritate cāduisset cele stis. s. christus existens ros: in eā nō descendisset. Quia vt dicit Ansel. in li. de cōceptu v̄ginali Vt illius hois. s. xp̄i cōceptio de purissima matre fieret. que a puritate niterz: qua sub celo ne quit maior intelligi. Idcirco in hoc tpe gratioso gaudeant aues. i. errantes. qz hodie descendit rex celoz: vt bos qui diu errabāt ad regna celoz reuocaret. Nam ante xp̄i aduentū oīes errabant. sicut in eoz persona dixit ps. cxviij. Errauī sicut ouis que perijt. quere fuuz tuum. Sed hodie reliquit xps. xcix. oues. i. nouē chos angelor in deserto. i. in celo. z venit ad illam que perierat Luc. xv. Ideo merito gaudeant z exultēt: z cāticū leticie decantēt fm illud ps. xcvij. Cantate dño canticū nouuz. fm glosam vita. z lingua laudate de xp̄i incarnatiōe z redemptione humane nature: qz mirabilia fecit. Et hec fuerunt mirabilia de quibus dixit. Hiere. xxxj. Nouuz faciet dns sup terrā mulier circūdabit virz. Et etiā de quibus p̄dixit Isa. vij. Ecce v̄go cōcipiet z pariet filiū. Gaudeant denicq; boies ecclesias deuoct frequētantes. z p̄sertim mites z humiles. Quia hodie venit iste qui dixit Math. xj. Discite a me: qz mitis sum z humilis corde. hodie venit in vtez v̄ginis q̄ humiles letificat. Mathei. v. Beati pauperes spū: qm ipsor est regnū celoz. Similiter z mites ibidē. Beati mites qm ipsi possidebūt terrā de qua ps. xxvj. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Nō a seculo nō fuit audituz. Quia dauid fuit humilis. Sicut testat in ps. xxxiij. Humiliabā in ieiunio aiaz meā. Job fuit humil simplex z rect⁹ Job. j. Moyses erat vir mitissimus Numeri. xvij. Sz de promissione regni celoz nunq; audierūt. sed oēs ad inferos descenderunt. Gaudeāt etiā terreni z cupidi: per terram designati fm illud ps. lxxxix. Jubilate deo omnis terra. cantate: exultate et psallite. Quare? Quia xp̄s hodie descendit de domo regia. in qua fm ps. sunt diuicie z glozia que ex auro gēmisq; mirabiliter rutilat. de cui⁹ portis odor nimiū recreatiu⁹ emanat. cui⁹ platee constructe sunt ex auro purissimo. tanq; vitz pluci dū: que fundata est in zaphiris Jaspidib⁹. z viuis ex lapidibus est cōstructa. florib⁹ perornata. vt dicit deuot⁹ Amand⁹ in horalogio sapie. li. j. c. xj. Hanc speciosissimam domuz xp̄s hodie dimisit z pauper in terram venit. Non sibi vsurpauit regnū vngarie vel romanum Sz parvum corpusculū v̄ginis. Nō auz vel gemmas quesiuit. sed oia cōtempsit. vt dicit. b. August. in fmone. Oia terrena cōtempsit de⁹. vt hoib⁹ cōtemnanda demonstraret. Gaudeant em̄ et terreni. qz propter eos xp̄s gloriosum celuz reliquit z oia mundana cōtempsit vt illos hec relinquere instrueret. z ad regnū celoz perduceret. Exultando igit debēt se tales cupidi florib⁹ ornare pietatis. Quia dicit Piero. glorio sus in epla ad nepocianū. Nō memini me legisse mala morte mortuū qui libenter opa pietatis exercuit. habet em̄ multos intercessores. z impossibile ē p̄ces multoz ñ exaudiri. Gaudeāt pterea maria hoc est tribulati. z qui sunt amari corde. qz hodie venit saluator odij: z tribulatōnis secator. Qđ figuratū est Jone. j. vbi legit. Q: facta fuit magna tempestas in mari qñ Jonas voluit fugere in tharsis. z nō obedire dño. vt iret in niniuē ciuitatē. Naute igitur miserunt sortes: z cecidit super Jonaz. ad quē dixerunt. Quid faciemus tibi: z cessabit mare? Quib⁹ Jonas. Tollite me z mittite in mari. Scio em̄ q; p pter me facta ē tempestas. Tuleruntq; Jonam z miserunt. z statim cessauit mare a furore. Et p parauit dns piscē grandē: qui Jonam in se susce pit. // Spiritualiter per Jonā q̄ interp̄tatur columba xp̄s designat. qz sicut colūba caret felle D Ita xp̄s caruit felle peccatoz. Sz per nautaz intelligit de⁹ p̄r z fi. z spiri. qz sicut nauta regit nauem. sic deus regit vniuersa. Teste Boe. in li. j. de ꝯso. phie metro. v. O stelliferi conditor orbis. q̄ ꝑpetuo nexus solio rapido celū turbine versas oia certo fine gubernas. Huj igit tres in personis. sed vnus de⁹ in essentia. miserūt inter se sortes. quis descenderet et huius mundi tribulationē auferret. z cecidit sors super christum filium dei. Ideo dixerūt ei alie due psone

Sermo

Quid faciem⁹ tibi: ꝛ ceſſabit tribulatio? Et ille Tollite me inq̃t ꝛ mittite in mare mundi. Quia ꝓbat magiſter li.iij.diſt.j. Q̃ cõueniens fuit q̃ mitteret filiꝰ ꝛ nõ pater: vel ſpũſſanctꝰ. Sic inquiens. Non pr̃ in carne: nec ſpũſſanctꝰ. ſed ſolus filiꝰ miſſus eſt. qõ iõ factum ẽ. vt q̃ erat in diuinitate dei filiꝰ. in hũanitate fieret filiꝰ homis Non pr̃ nec ſpũſſanctꝰ carnẽ induit. ne aliꝰ in diuinitate eſſet filius: ꝛ alius in humanitate Et ne idez in diuinitate cẽt pater ꝛ filiꝰ in hũanitate. Si deus pr̃ de homine naſceret. hec ille. Et q̃ vt dicit ibidem mgr̃. Opera trinitatis ſunt indiuiſa abextra. Jdeo tulerunt eum pater ꝛ ſpiritusſanctꝰ. ꝛ miſerunt ipſuz in mari huiꝰ mũdi ꝛ ipſe filius ſe miſit. ꝛ tribulationes ꝛ tempeſtuoſe clamationes ceſſauerũt. Jdeo dixerũt ſancti patres tribulationibꝰ q̃tati illud. Thob. iij. Non delectaris in perditionibus nr̃is. quia poſt tempeſtatẽ: tranquillũ facis. ꝛ poſt lacrimationẽ ꝛ fletũ: exultationẽ infundis. Sz dñs ſpiritusſanctꝰ prepauit piſcẽ magnũ. i. beatam vginem Mariã. Fm illud q̃ predixit angelꝰ Luc. j. Spũſſanctꝰ ſuperueniet in te. ꝛ virtus altiſſimi obumbrauit tibi. Et illa accepit hodie chriſtuz in vtez ſuũ. Gaudeãt ꝛ demũ peccatores. q̃ iſte venit hodie in carnẽ. qui piecit poſt tergum ſuuz oĩa peccata Iſa. xxxviij. Iſte hodie miſſus eſt ad nos. q̃ eſt frater noſter. ſponſus noſter ꝑ patus miſereri. ꝛ tegere oĩa peccata noſtra ꝛ ꝓicere ea in ꝓfundũ maris. ꝛ remittere q̃ſi nunq̃ fuiſſent: dũmodo cõuertere voluerim⁹: ꝛ de cetero abſtinere. Sic ait amandus libro. j. ca. iiij Jdeo dicit apoſtolꝰ. j. ad tbi. j. Fidelis ſmo. i. verus ꝛ omni acceptione dignꝰ. q̃ chriſtꝰ Jheſus venit in hunc mundũ pctores ſaluos facere Et hoc quo ad ꝑmũ. W Quantum ad ſecundũ ſciendũ. Q̃ ad experientiã videm⁹ q̃n venit tempus calidũ anni. arbores vndiq̃z ramos viridi buſq̃z foliis pulcre veſtiunt̃ floribuſq̃z fulciunt̃. ꝛ fructibꝰ circũquaq̃z replebuntur. Si aũt venerit frigiditas: que caliditate cõtrariat̃. flores deſtruit atq̃z fructꝰ. Cuiꝰ rõ ſcõm naturales eſt. q̃ in calido temperato arbores in humore habundant. qui ſe diffundit deſcendens a radice ꝛ arborẽ facit germinare. In hyeme aũt frigore idem humor relinquẽs ramos: radici ſe infundit. Jdeo arbor tali humore orbata ſterilis efficit̃ ꝛ areſcit. Si aũt eadẽ arbor ꝓximꝰ debz coronari foliis ꝛ floribꝰ. Nccio eſt bonũ nuncium ꝓcedere. ꝛ hoc ẽ ver: qõ incipit in kathedra petri. Fm illud poete. Ver petro detur. eſtas exin de ſequet̃. Et hoc portat bonũ nunciũ q̃ arbores ꝑſtinũ recipiunt decorẽ. W Miſtice ꝑ arborem in ꝓpoſito. ꝑmo intelligo hoiem. q̃ ſic ab E arboꝛe veniũt fructꝰ. ita ab adaz ꝑmo homine oĩs hoies originaliť ꝓceſſerũt. Hũc hoiem. ſ. ꝑmuz pulcerrime ornauit ramis pulcerrimis. floribꝰ vtutũ. ꝛ fructibꝰ boni opis. Quia vt legitur Geñ. j. Deꝰ creauit ipſuz ad imaginẽ ſuaz ꝛ poſuit eũ in locũ amenũ fructuoſe arboribus magnũ. ꝛ magno fonte fecũdatũ. Et vt ait mgr̃ li. ij. ſen. di. xvij. Dedit ſibi lignũ vite ad edẽdũ q̃ diuinã accepit hãc vim. ꝛ q̃ ex eiꝰ fructu comederet. corꝑ ſtabili ſanitate: ꝛ perpetua ſolidate firmaret̃. nec vlla infirmitate: vel etatis imbecillitate indeteri⁹ vel in occaſuz laberetur Jdeo dicit in eodẽ. diſ. xix. Q̃ ꝑmus hõ fuit immortal̃. q̃ nõ habuit ex natura. ſed ex ligno vite habebat nõ poſſe mori. Cui cõſonat Aug. ſuper Geñ. Quodãmodo creatus eſt homo immortalis. qõ erat ei ex ligno vite: nõ de cõditione nature. mortalis erat cõditiõe corꝑis aĩal̃ Immortalis bñficio ꝓditoris. Deditq̃ ꝓimis parentibꝰ hãc ꝓrogatiuã. vt ſi nõ peccaſſent ſine omni peccato ꝛ macula in paradiſo carnali copula ꝓueniſſent. Et fuiſſet ibi thorꝰ immaculatꝰ: ꝛ permixtio ſine ꝓcupia. atq̃ genitalibꝰ ꝛ ceteris impaſſent. ꝛ ibi nullũ motũ illicitũ ſenſiſſent. vt dicit in eo. li. di. xxij. Fuit etiã adam ꝓfectꝰ creatꝰ in ꝓgnitione ſcie. q̃ oĩbꝰ animãtibꝰ impoſuit noĩa. vt oñderz vt ſingulorꝫ noticiam haberet que oĩa propter ipſuz creata eſſent ꝛ ab illo regenda. W Dicit mgr̃ vbi ſ. diſt. xxiij. borꝫ omniũ deꝰ. Jdem ibibez. diſ. xv. Sane dici põt q̃ creata nihil homini nocuiſſent ſi non peccaſſet Puniendorꝫ nãq̃ vicioꝝ ꝛ terrenoꝝ nihil ꝓbãde ꝛ perficiẽde vtutis eã nocere ceperũt. Sed ipſe adã dñatꝰ fuiſſet omnibꝰ creaturis. Fm illud Geñ. j. Dominamini piſcibꝰ maris: ꝛ volatilibꝰ celi: ꝛ vniuerſis animantibꝰ q̃ ſunt ſup terrã. Si enim euocaſſet piſces de mari: volucrem de aere: beſtiam de nemore. veniẽdo ſtatim tanq̃ dño ſuo obediſſet. Nec etiaz ab alijs elemẽtis impedimentũ habuiſſet. Si iacuiſſet in igne non arſiſſet. aqua non ſubmerſus. terra non ipſum oppreſſiſſet. Aer non ſuffocaſſet. Inſuper ꝓditus fuit. iiij. virtutibus. miſericordia: ꝛ vitate. iuſticia: ꝛ pace. Jta decenter ornatꝰ fuit adã tanq̃ pulcra arbor in ſtatu calido innocẽtie. Et de hoc ſtatu. vt dicit mgr̃ li. ij. diſ. xxij. Tranſferendus erat cum vniuerſa poteſtate ſua in meliorẽ digniorem q̃z ſtatum vt celeſti eterno bono in celis parato frueretur

Sed dyabolus vt ibidem diſ. xxj. Videns hominem ꝑ obediẽtie humilitatẽ poſſe aſcendere vnde ipe ꝑ ſupbiã ruerat ꝛ corruerat. inuidit ei Et quia per violentiam nocere non potuit ad fraudem ſe cõuertit. vt dolo hominem ſupplantaret: quẽ virtute ſupare neq̃erat. Ne aũt fraus ſua manifeſtaretur. In ſua ſpecie non venit: ne

aperte cognosceret. Sz in specie aliena z cum horribili in qua ei⁹ malicia non faciliter posset apprehendi. venit enim ad hoiem in serpente. Quia si permissus fuisset in specie colūbe venire maluisset. Sed nō erat dign⁹ vt spūs maligⁿus illam formā homini odiosam faceret. in q̄ spūssanctus apparitur⁹ erat. Veniēs igitur serpens. vt dicit mgr̄. Stetit corā femina i qua minus ratōez vigere nouit. z nō audet in verba p suasionis exire timēs deprehendi. Sz solū interrogatōe eā aggredit. vt ex rnsione colligeret q̄ liter in malicia pcedere possit. Cur inqt p̄cepit vobis dns. vt nō comederetis de omni ligno p adisi? Rndit mulier De fructu lignoz que sunt in paradiso vescimur. De fructu vero ligni qd̄ est in medio padisi. precepit nobis ne comederem⁹. ne forte moriamur. In quo vbo dedit sibi locū temptandi. Ideo dyabolus mox dixit. Nequaq̄ moriemi. Sed scit em̄ de⁹ in qua zc. In quo p̄misit premiū Si comederēt bērent sili tudinē dei z sciam boni z mali. Audiēs igit̄ hec mulier. quedā elatio pulsauit mentē suā. vt dic̄ mgr̄ dis. xxij. li. ij. Quia credidit z voluit habere similitudinē dei. Qd̄ confirmat Auguſt. super Heñ. Non inquit est putandū q̄ homo diceret feciſſe. nisi p̄cessisset in eo quedā elatio. sperans igit̄ hec p̄sequi: tulit de fructu z comedit. Sed adam nō fuit seduct⁹ eodem quo mulier. nō em̄ putabat eē verz q̄ dyabolus suggerebat in eo. tñ seduct⁹ credi pōt q̄ p̄missum veniale putauit Potuit etiam aliqua elatio menti eius inijci p⁹ temptationē ex qua voluit lignū fetidū experiri. cum mulierem non vidit mortuā esca illa p̄cepta. Cogitans igitur adam de mia dei: z pomum sumēs fructuz comedit. z persuasioni mulieris cōsensit: nolens eā contristari. z eā a se alienatam relinq̄re ne periret. arbitrās illud esse veniale: z nō mortale delictū. qd̄ tñ exit⁹ aliter indicauit. Plus tñ peccauit mulier q̄ vir. qz in ea maior tumoz p̄sumptio fuit. qz in se z in deum: z in proximū peccauit. vir tñ in se z in deū peccauit. Si tamen vir non peccasset. minime humanū genus peccatis corruptuz perisset. vt dicit mgr̄ li. ij. dis. xxij. Adam igit̄ peccādo omnem ornatum perdidit. Nam qui habuit posse non mori in statu innocentie. in statu peccandi habuit moriendi necessitatem. Sm illud apli ad Roma. viij. Corp⁹ propter peccatū mortuum est. i. nccatē moriēdi in se habuit. q̄ pri⁹ genuisset sine macula z mala cōcupiscentia. p⁹ pctm̄ fuit culpa. qz talis letalis egritudo mēbris būanis inhesit. vt dicit mgr̄ dis. xxij. li. ij. vbi supra. Qui in statu innocētie habuit sapiam. post peccatū incurrit stulticiam. Sm illud ps. xlviij. Homo cū in honore esset nō intellexit. Ideo dixit ad eū dns. Ecce adam q̄si vn⁹ ex nobis factus est sciēs bonum z malu. q. d. aliter sibi cuenit. Sz tñ mgr̄ li. ij. dis. xxiij. dic̄. Q. illā sciam z p̄uidētiā q̄ creata sibi subicerent: z rōe illius gubernarent. vt sciret illis puidere necessaria a q̄bus cōsequi emolimētuz debebat hō peccandi: nō perdidit possibilitatē nec illā q̄si carnis necessariā puidere. Idcirco hō in scriptura de huiusmodi nō erudit. sed de scientia aie quā peccū do amisit. Etiā aialia que in statu innocētie sibi obedissent: post peccatū facta sunt rebellia. Similiter cūcta elementa alias etiā virtutes. iiij. perdidit propter peccatum. Pax ergo et mia ipsuz relinquētes in celū ascenderūt. qz in his nonigentis. xxx. annis quib⁹ vixit adā Heñ. v. Non habuit pacē z requiē. sed laborem. Sm q̄ dixit dns Heñ. iij. In sudore vultus tui vescer pane tuo. Misericordia etiā sibi nō subuenit neq̄ posteris suis. in quinq̄ milia z. cc. min⁹ vno annis. Sed veritas z iusticia hic renuentes ipsum z filios suos per illud tps grauiter punierūt Tandē celestis pr̄ vt ait be. Bern̄. in quadam meditatōe. Videś humanū gen⁹ ppr̄ pctm̄ perisse: z dura oppressione dyabolo subiacere. audiensq̄ clamorē iustoz dicentium cū ps. cxliij Inclina dne celos tuos z descende. Et itez. Utinam dirūperes celos z descenderes. Isa. lxv. Misericordia est mota in suo cōsistorio diuinitatis p̄siliuz habuit de creature liberatōe videlicz hois in quo hūit q̄ttuor cōsultrices. Prie due fuerunt mia z veritas. Misericordia fuit i celo. sed veritas venit vsq̄ ad nubes. Sm illō ps. xxxv. Dne in celo mia tua: z vitas tua vsq̄ ad nubes. Mia allegat pro hoie. Ecce inqt iratus es dne: nō est qui inuocet nomē tuuz. qz audacter peccant hoies z te offendunt. z non est qui surgat z teneat te ab ira tua. Si em̄ omnes homines perdas vt inimicos quos postea habebis amicos. Sumpsit p se dictū Aug⁹. Et magr̄ in li. ij. dis. j. Nonne feciſti hoiem creaturam rōnalem: vt summū bonum intelligeret. intelligēdo amaret: amando possideret: atq̄ possidēdo frueret? q. d. vtiq̄. Igitur si peccauit homo q̄ vlcio tibi occidēdo vermiculū: z si cōdemnabis q̄d tibi p h⁹ gl̄e tue? Quia scriptū ē ps. xxxviij. Infernus nō cōfitebitur tibi: neq̄ mors laudabit te Idcirco vt pecijt ps. xliij. Exurge: quare obdormis dne? exurge z ne repellas in finem. Usq̄quo pr̄ mia irascer̄ sup oronē serui tui. Cōuertere dne vsq̄quo z deprecabilis esto super seruos tuos. Auerte ira tuam misericors z miserator. Exurge dne libera hoiem quem creasti. ad tuam ymaginem. Quia non est qui redimet preter te. Tu igitur exurgens miserereris syon id ē aie. qz tps miserēdi ei⁹: qz venit tps. Quod

Sermo

audiens veritas ait. Dñe iustus es z rectum iu diciuz tuuz. Scito q oia q̄ procedunt de labijs tuis non facis irrita. Tu enim dixisti pro sentētia Gen. ij. Quocunqz tempe comederitis ex eo morte moriemini. Et illa sentētia nō dz falsa inueniri. alias ego perio si mia debz exaudiri Cū em̄ ille due cōsultrices nō possunt mediū redēptionis inuenire. accesserunt alie due .s. pax et iusticia. Pax allegabat pro hoīe dicēs. Cū de⁹ cogitat semp cogitatōes pacis: z nō afflictōis Ideo dz iure hoiem penitentē reconciliare. Justicia aūt pro parte dei dicēs ps̄. j. Non sic impij non sic. Sed veniat mors sup illos: z descēdunt in infernū viuentes. Insuper scriptum est Isa. xxxvj. Inique agens nō videbit gl'am. Cum qz nec iste consultrices pñt cōcordare. dedit cō silium sapientissim⁹ salomon. Christ⁹ fil⁹ dei vt fieret mors bona qua inocēs morere: per cuius morte hō perdit⁹ libere. querētes igit talē innocētem: nusquā inuenerunt. qz nemo potuit dicere. mundū est cor meū: pur⁹ sum a peccato Prouer. xx. Quib⁹ sic reuertentib⁹ dixit. Nec vos quic q̄ scitis. Nescitis inquā. qz scriptuz ē ps̄. xiij. ¶ Oēs declinauerūt inutiles facti sunt nō ē q̄ faciet bonū zc. Queríte igitur qs sit ille vnus. z iuestigantes q̄ christ⁹ ille vn⁹ esset quo inuēto protulerūt sniam diffinitiuā dicentes. Qui dedit cōferat auxiliū. Audiēs autez iudex christ⁹: qui istud dederat cōsiliū. q̄ pati debez pro hoīe ait. Gen. vi. Penitet me fecisse hoiem Recte fecit christ⁹ sicut sartor. q̄ cū fecisset bonam tunicā. quā alius induēdo macularet: qua maculata ad sartorē portaret. z ille propē maculaz necaret. ille diceret. Penitet me fecisse tunicā. Sic de christo qui fecit humanā naturam bonā Gen. j. Vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Sed adam peccando eā maculauit. z christ⁹ pro ea pati debuit. Ideo dixit Penitet me fecisse hominem. Sed quia humanum genus redimi nō potuit: nisi bonū nunciū preiret. Recte sicut arbor que perdit priorem pulcritudinē nō ornatur floribus. nisi precedat prius ver: quasi bonus nunci⁹. Ideo christ⁹ vocans nunciū gabrielē dicēs. Veni Gabriel. Ut patet in ꝓmōe p̄cedēte mēbro. ij. Et subdit. Angelus audiens hec: intra se cogitans z dicens. stupendū est hoc miraculuz: z oīs scie precellit sensum. Qui in cherubin terribil⁹ z in seraphin inuisibiliter: z in olib⁹ angelicis v̄tutib⁹ in ꝑpre hensibilis ē. tñ vult incarnari. Et puelle sui habitaculi pñtiaz reꝑomittit. Pōt ne vterus capere eū: qui nō capit⁹? Hec z hmōi angelo cogitante. Ait dñs ad eū Quid turbaris o gabriel? Nunqd a me ꝑus missus es: ad Zachariam sacerdotē: z natiuitatē Johannis ei nunciasti? Nunqt nō annūciationis tue effect⁹ ꝑsecutus est? Nunqt nō illa tūc ē seges sterilis facta: que iam carebat. i. precaristia deficiebat? Nunqd ē possibile apud me quicqd creaui oia v̄bo. Cur ergo ambigis? Ad hec angelus. Dñe opus quidem extitit tue caritati qō ex amore perficitur Testis est zacha. post illū rebecca: z anna. que miserie z passioni sterilitatis simul fuientes a te libertatem acceperūt. Virginē aūt parere que genitura de viro nō est. superat oēm legū naturam z tuā. quō annūciabo puelle pñtiā. Te. n. celi z terre nō capiūt fines. z quō te vter⁹ capiat v̄ginalis? z quō feret Maria ignem tue caritatis? Qui dñs Si lesit ignis in solitudine rubū ledat vtiqz Mariā mei pñtia. q. d. Sicut ignis ardebat: nec rubū ledebat. sic mea pñtia Mariam nō ledat. ¶ Et tūc angel⁹ impleuit mandatum dñi. Et de summo celoꝝ exiliēs: ad v̄giez qz ingrediēs eāq̄ salutauit dicēs. Aue gr̄a plena dñs tecū zc. Angelus em̄ fecit sicut faciunt solennes nūcij a secularib⁹ dñis. vtputa regib⁹ vel principib⁹ missi. regalē v̄ginē ad ꝑcandum. Primo q̄n veniūt ad ipsam: p̄mittūt salutatōez ei reuerenter inclinādo. z sic de facili inclinant ad consensuz suoꝝ dñoꝝ. Deinde dñoꝝ appetunt voluntatē. Si aūt ex hoc viderint v̄ginez turbatam: consolantur eam dicentes. O v̄go amena ne turbaris. quia rex noster qui ē dines speciem tuam cōcupiuit. z tua dilectio apud ipsum gratiam adinuenit. Jta angelus ꝓmo salutauit virginē ex parte regis sui. Et quia vidit eā turbatam ait. eam appellando dicens. Ne timeas Maria: inueniſti em̄ gr̄az apd dñm. Et statiz subdit voluntatē regis. Ecce cōcipies z paries filium zc. Jō dicit beat⁹ Aug. in ꝓmōe hodierno. Audiuim⁹ nuncium gaudia magna nūciantem. iudicia leticie: vocē auxilij: reuocationem seruitutis. Ecce angelus ad virginē loquitur. vt deinceps serpēs mulieri nō ꝓmotionē. missus gabriel angelus toci⁹ mūdi nunciare salutem deferens ade reuocationis prescriptum. Missus est gabriel ad v̄ginem. vt ignomia femine exhausta ferat salutē. Missus est ad amatam regis angelorꝝ pallaciū preparare mundi spouso thalamum. Missus est ad v̄ginē: que de sponsata est quidem Joseph seruabatur autem Jhesu. missus lucerna nunciare solem iusticie. Missus crepusculū lumen p̄currens diei. Missus ē gabriel manifestans eum qui est in sinu patris: z in vlnis matris. Missus est miles vocife rans secretū regis: quod cognoscit fide nō discussione. hec Augustin⁹. Ideo dicitur. Hec est dies boni nuncij. Sed illū notū qñ aliquis rex ꝑpotēs ad humilē mitteret v̄ginē z ipsam ditaret: z in suum ꝓtugiū sumeret. illa vtiqz consen-

tiret. Sicut hr̃.j. Regũ.xxv. Ubi legit. Q; rex dauid misit nuncios ad abigail: vt eam sibi desponsaret in vxorem. Illa autez postq̃ audisset nuncios adorauit in terra z dixit. Ecce famula tua sit in ancillam: vt lauet pedes seruorum domini mei. et sic dedit consensuz. Et sic Maria auditis nuncijs angeli Gabrielis illud scilicet q̃ elegisset eam in sponsam. z verius in matrez benedictam. consensit nuncio dicens humiliter Ecce ancilla dñi zc. Quo facto cõcept⁹ ē xp̃s. Et hoc quo ad scõm. ¶ Quantũ ad tertiuz est notãdũ. pli. in spe. na. Panthera est animal pulcrum. z his qui sibi in aliquo subueniũt nullomodo est ingrata. Nam sicut idē ait. Q; q̃dã vir semel ex casu venit in desertũ: in quo vidit foueã pfundam. in quaz collapsi erant cattuli pãthere: nec de p se poterãt de ea ascendere. ne q̃p matrẽ adiuuari. Ille aũt pietatis mot⁹ in foueã descẽdit: z cattulos inde subleuauit. Q̃ videns panthera: eduxit vix illũ per solitudinẽ leta z blandiẽs: vt sibi gratias referre facile appareret. Spũaliter per pantheram sancta mater ecclesia intelligit. vt dicit Isidor⁹. li. xij Q; filij panthere cũ in vtero matris cõualuerit z ad nascendum iam vires receperint ardent matrẽ: lacerãtq̃ vnguib⁹ eius aluũ tanq̃ sui p= tui resistentez. Ita mali filij z filie eccl'e cũ apte sunt ad peccandũ. si tunc resistit ecclesia p suos doctores z predicatores. ipsaz verbis suis detractorijs z ꝟberib⁹ z iciunijs. sicut faciũt heretici z mali xp̃iani. s. de quib⁹ cõquerit pphet⁹ Amos. ij. Odio habuerũt in porta corripientẽ z loquentẽ perfecte. s. doctores sanos abhominati estis. Sed per vix intelligitur xp̃s. de quo dicit Zacharias. vj. Ecce vir oriens nomen ei⁹ Hic vir ambulans in deserto. i. in celo. quod dicitur fuit desertum. propter casum malor angelor Luc. xv. Vidit filios panthere. i. ecclesie lapsos in foueam eterne dãnationis. Et hodie mot⁹ pietate descendit ad eos: vt eos liberaret Sicut ait Exo. iij. Videns vidi afflictionez populi mei qui est in egipto. hoc ē in tenebris peccatoz. z clamorem eius audiui z descendi vt liberarem eum. Et hoc perpẽdẽs sancta ecclesia nõ tacet. Sz hodie lete decãtat gr̃as sibi dicẽs Hec est dies quã fecit dñs zc. v sqz gl'a tibi dñe. Et ad hanc gratitudinẽ inuitat suos filios cum cantat in ps̃. xcvij. Cantate dño canticũ nouuz Dicit glosa. Cãtate vita z lingua de xp̃i incarnatione z redemptione humane nature. q; mirabilia fecit. Et hec sunt q̃ hodie vgo concepit z nouẽ elapsis mẽsib⁹ virgo peperit. et post partum virgo perpetua permãsit. Et subdit rõnem quare cantare debẽt filij sui dicẽtes. Notum fecit dominꝰ salutare suum. i. filium quem desiderans Jacob ait Gen̄. xlix. Salutare tuum dñe expectabo. Et Luc. ij. Symeon dicit. Viderũt oculi mei salutare tuum. hoc est christũ. Venera christum hodie pro sua incarnatione laudare dẽm⁹ z gr̃as referre sibi. q; si tacuerimus a laude z gr̃arum actione. z noluerim⁹ hãc pietatez magnã nobis exhibitã: scelerib⁹ arguemur. Sicut cõtingit cuidã monacho de quo legit. Q; K cũ fratrib⁹ venit ad ecclesiam vt psalleret. z cũ in missa cantarẽ ille articul⁹ Symboli Niceni. Incarnat⁹ est de spũsancto. Vel vt alij dicũt cũ hoc legeretur Joh̃. j. Et verbũ caro factum est Genubus alijs fratribus deo humiliter inclinãtibus. Gratiasq̃ agentibus. Ille solus sedere manens in stallo gratias non retulit. Statimq; ex diuina permissione venit dyabolus in specie ethyopis: z ipsum graviter in maxillam percussit q̃ vestigia digitorum ad tempora vite in ipso remanserunt. Et dixit ad ipsum. Si deus naturã angelicã, p me assumpsisset. ego me ad terrã facietenus prostrauissem. z tu miser ingratus existis de incarnatione saluatoris tui. Idcirco non simus ingrati. Sed christum in eternum, pter suam sanctissimam incarnationem collaudemus. et gratias illi agamus. Vt mereamur de illa exultare hic in gratia: z tãdem in eterna gloria.

¶ Sermo In cena domini.

citaret sacerdotes ⁊ leuite canebãt tubis: ⁊ voces in sublimi tollentes. ceperunt laudare ⁊ dicere. Cõfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum mia eius ps̃. cv. Moraliter christus hic per sacerdotẽ certissime designat: qz de ipso predixit ps̃. cix. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eum tu es sacerdos in eternũ sm̃ ordinem melchisedech. Iste sacerdos christus habet duas ecclesias. vnã militantẽ: aliam triumphantẽ In prima habet p̃ciosas reliq̃as sanctoz̃ corpa. In secũda aias electoz̃. Juxta illud ps̃. xxxvj. Custodi innocẽtiã ⁊ vide equitatem. qm̃ sunt reliquie homini pacifico. Has reliq̃as ipse in scripturis hincinde multipliciter cõmẽdauit dicẽs per aplm̃ Hebre. xj. Sancti per fidẽ vicerũt regna operati sunt iusticiã. Et laudes cuiuslibet sancti consueuit ecclesia recitare. vt apls ad deuotionẽ ⁊ veneratione3 sanctoz̃ excitet. Inter has reliq̃as christ⁹ būit valde p̃ciosas. q̃ fuerunt corp⁹ ⁊ aia beati Johis baptiste. q̃s ipe p se multipliciter cõmẽdauit. vt habet Math. xj Ubi dixit eum esse prophetaz. ⁊ inter cetera dixit. Amen dico vobis. Inter natos mulieꝝ nõ surrexit maior Johe baptista. Et hec laus est approbata. sm̃ q̃ dicit apls. ij. Chor. x. Non eñ q̃ seipsũ cõmẽdat ille, pbat⁹ est: sed quẽ de⁹ ꝓmendat. Ideo propter maiorẽ approbationẽ sue dignitatis laudat ipsũ christ⁹ in vbis preassumptis dicens. Ille. s. Johes erat lucerna ardens ⁊ lucens. In q̃b⁹ verbis beatus Johes principaliter a trib⁹ cõmendat. ℣ Prio a fidei xp̃iane directõe. ibi. Ille erat lucerna. Secũdo a frigiditatis humane accensione. ibi. Ardens. Tertio a tenebrositatl mũdane illustratione. ibi. ⁊ lucẽs. De primo est notandum. ℟ Cũ suetudo ẽ ciuiũ qui habitãt in ciuitatibus. Qñ vnus in noctis tenebris voluerit alium visitare: vel alias negocia sua expedire. faciunt añ se preire lucernã luminosam: in qua sunt diuersa lumina applicata. Et hoc faciunt tum propter vie periculi euitationẽ. tũ ꝓpter glorie seculi ostensionẽ. tum etiã propter latronũ euasiones. Ita christus qui fuit ciuis ⁊ incola huius mũdi. sm̃ q̃ dicit ps̃. cxviij. Incola ego sum in terra. Et volẽs visitare hamanũ gen⁹ in nocte legis mosayce: ⁊ in tenebr| vicioꝝ. qñ peccata totũ mundñ obfuscabãt. premisit añ se lucernã lucidissimã sanctũ Johem baptistã. quẽ pater ab eterno christo filio p̃parauit. sm̃ vaticiniuz In persona patris. paui lucernam christo meo Et hoc fecit ppt̃ inimicoꝝ cõfusionez. ⁊ glorie sue oñsionẽ. Ideo subdit. Inimicos ei⁹ induaz ꝓfusione: sup ipsũ añ efflorebit sanctificatio mea ps̃. cxxxj. Quia videm⁹ qñ in nocte lucerna p̃mittit: si latrones sint in insidijs vident et ꝓfundunt. Sic per ipsum Johem christi lucerna. ꝓfusi sunt insidiatores ⁊ latrones cũ sua clara doctrina cũ dixit. Progenies vipperaꝝ q̃s demõstrabit vobis fugere a vẽtura ira Math. iij. Et Luc. iij. Ideo dicit christus hic, ille erat lucerna ardẽs. Circa q̃d vlteri⁹ ẽ sciendum ℟ q̃ christ⁹ cõpat Johem lucerne multis de causis. Primo ideo qz lucerna lucet his q̃ retro vadunt: aut q̃ eam in manib⁹ portãt. ne obstaculis se offendãt. Sic be. Johes in vita sua luxit: ⁊ doctrina. qz in vita sua fuit oib⁹ exemplaris: ⁊ luxit sua doctrina illis q̃ erãt in tenebris peccatoꝝ. qñ dixit. Facite dignos fructꝰ pnie Jam enim securis ad radicẽ posita est. Omis eñ arboz que non facit fructum excidetur: ⁊ in ignem mittet. Luc. iij. Ideo dixit de ipso Johes Crisо. super illud Math. vj. Herodes timuit Johannem. Johes scola virtutum. magister vite: sanctitatis forma: iustície norma: virginitatis speculum: tutoz pudicitie: castitatis exẽplũ via pnie: fidei disciplina. Johes maioz hoie. Par angelis: peccatoꝝ venia: legis summ⁹ scriba. Quia oĩa precepta legis summatim suauit ⁊ specialem legis intellectum habuit. Et subdit Johes euangelij sanctio. silentio prophetaruz vox apostoloꝝ: lucerna mundi: precursoz iudicis: mediatoz christi dñi testis. ⁊ totius nunci⁹ trinitatis. hec ille. Ecce q̃. b. Johes fuit lucidissimus manuductoz errantiũ. ℣ Scdo extingui nõ potest lucerna a ventis flãtib⁹. qz circũquaq̃ est obstructa. Si aũt aperte lumẽ ponatur: ⁊ retur: a ventis fortassis extingueret. Ita beat⁹ Iohannes non potuit extingui a ventis tribulationum. Ideo bene figurat⁹ est per lucernã que erat in templo quodam ydolozum. Refert Hodo. li. xvj. c. j. de gẽmis. De quodam lapide p̃cioso qui abescon nominatur. factum fuit cãdelabzum: ⁊ in templo veneris collocatũ. In hoc candelabzo erat lucerna sic ardens ⁊ lucens. q̃ nulla vmbza: nec vlla poterit extingui tempestate. Quia vt dicit Soli. de mirabili. mundi Q̃ predict⁹ lapis: si semel accensus fuerit: extingui nõ potest. Ideo beatus Iohannes cuz semel a deo fuit accensus. vt esset lucerna mundi extingui ammodo nõ potuit. nec blandicijs bominũ: nec tribulationibus tormentoꝝ: quãuis sederet in tenebris. lucerna lucẽs omnipotẽtis amicus. Ideo dixit christ⁹ ad turbas Mathe. xj. Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatã. q. d. sm̃ Grego. in omel. Arũdo a vento agitat. Sic Iohannes non ẽ. qz a statu sui rectitudine: nulla rerum varietas inflectit. Ideo de ipso potest exponi illud Prouer. xxxi. Non extinguetur in nocte lucerna eius.

Tertio lucerna non habet lucez a seipsa. Sed

Sed mutat aliunde. qꝛ ex se nullomodo lucerꝫ. Sic sanctus Johãnes nõ lucebat a seipõ. sed a christo. sicut videmus in simili in natura stellarũ. Nam lucifer qui clare oritur ⁊ lucet illlud lumẽ nõ habet a seipõ sed a sole. Et si sol lucem sibi nõ mutuaret nequaq̃ terrã illustraret. Ita btũs Johãnes qui lucifero cõparat̃ vt in ꝑmone precedente mẽbro secundo lucebat a cristo nõ a seipõ. Ideo dicit Joh̃es Crisꝫ. Vocãdo dominus luceruã Johannẽ ostendit qm̃ nõ a se lumẽ habebat. sed a spiritussancti gratia. Ido dr̃ de ipõ Joh̃is. j. Non erat ille lux. sed vt testionium perhiberet de lumine. i. christo. De quo sb̃ditur. Erat lux vera que illuminat omnez hominem in hunc mundum venientem. Et hoc cõsiderans Johannes q̃ ipe non erat vera lucerna ⁊ lux quando ante eum venerũt sacerdotes et leuite interrogantes an esset christus cõfessus est quia non esset christus. Sed vox clamãtis in deꝑto. et hoc est contra multos doctores clericos vel laycos qui lumen intelligentie sibi infusum ⁊ mutuatum habere estimant a seipsis nolentes scire q̃ omnis sapia a dño deo ẽ: et fuit cũ eo: et est ante eũ Eccĩ. j. Ideo tales merentur lumie sibi mutuato nõnunq̃ spoliari. sic̃ de hoc legitur de Alano doctore magno qui tante fuit superbie. q̃ omne lumen sibi infusum intelligentie nõ a deo sed a seipso putaret. hic quodã die ascendens kathedram ꝑmonez ad clerũ volens sb̃tiliter formare ⁊ fabricare. et cum incipere vellet deus omnẽ sciam ab eo abstulit. ita q̃ loqui non posset latinũ ydeoma. Idcirco de se descendit confusus. et deo satisfacere cupiẽs humilis factus est claustruz sb̃intrauit. In quo per multos annos pauit porcos. Tandem surgentibus hereticis facta est congregatio clericorum ad hereticos deuincendos. ad quaz quidam abbas illius claustri est vocatus. quod cũ audisset Alanus abbatem petijt vt cum eo iret. et cum ille renueret Alanus sequebatur currũ. et cum ibi venisset vbi hereticos superare nõ potuissent Alanus iam humiliatus ab apl̃ico petita licentia hereticos sb̃tiliter deuicit. Ecce qui prius superbus perdidit lumen scie: postea humiliatus reassumpsit. Ideo beatus Johannes humiliter cognouit. et confessus est q̃ non esset christus. vt habetur Joh̃. j. scz q̃ ipe a se lumẽ nõ accepisset. Sic ⁊ nos exemplo illius facere debemus ⁊ omnem mentis illuminationez deo ascribamus: a quo omne datum optimũ ⁊ om̃e donũ perfectum est. Descendens a patre luminũ Jacobi. j. Quia dicit btũs Berñ. in ꝑmone de natiuitate beati Johannis. Quid est q̃ tot ⁊ tantis preconijs extollem si ipsum neglexerim⁹ in moribus imitari. Tales ei essemus q̃les sunt qui bene pugilantes laudant cum ip̃i tamẽ pugnare nõ audeant. Ideo oportet vt ip̃m in humilitate ista imitemus. Quarto beatus Johannes lucerne comparatur ꝓpter sue lucis obumbrationem. quia videmus q̃ lucerna accẽditur si maior apportatur illa obumbratur. Recte sicut videmus in lucernis mundi. Nam sole veniente lumen lune minuitur ⁊ obumbratur. Sic fama Joh̃is veniente christo fuit diminuta. Jõ dixit beatus Johannes. Illum oportet crescere me aũt minui Joh̃is. iij. Sic etiam naturalit̃ videmus q̃ non solum sol obumbrat lunam sed alias stellas. etiam luciferũ q̃uis fulget radiose. et nõ expectat eius occasum ꝑm qd̃ dic̃ Crisosto. Sicut eni precessit lucifer sic lux solis nõ expectat occasum luciferi. Sed eo procedente egreditur ⁊ lumen solis obscurat eius candorẽ sic ⁊ christus non expectauit vt Joh̃. cursuz suum expleret. Sed adhuc eo docente. Ad idem dicit Theophilus. sicut aliorum luminũ adueniente lumen extingui videtur cum non sit ꝑm veritatem extinctum. Sic precursor tanq̃ stella a sole celatus minuebatur. Quĩto dicitur lucerna ꝓpter suam consumationem. Recte enim sicut lucerna alijs ꝑuiendo se consumit. Ita b. Johannes propter nostram vtilitatem ⁊ exemplum sb̃am suam consumit corpus suum porrigendo consumpsit vitam suam pro iusticia moriendo. Consumpsit famã suam ip̃am minuẽdo quia cuz a iudeis christus crederetur famã istã extinxit. et se valde humiliauit dicens se nõ esse Helyam nec Jeremiam nec ꝓphetam vt habet̃ Joh̃is. j. In hoc debemus beatũ Johannẽ imitari. et si ñ in toto tamẽ in parte possibili. Ideo dicit Berñ. in sermone de natiuitate eius. si nõ possumus eum imitari in contemptu mundi. et diuitiarũ temporalia bona dimittendo. et in vita heremitica. imitemur tamen in temporantia habentes victum ⁊ vestitum. et his contenti simus. alia pauperibus erogantes. Et si nõ possumus sequi in vite austeritate ⁊ carnis maceratione sequamur tamẽ his temporalibus nõ abutendo delicias: vestes ⁊ superflua desideria resecando. hec Berñ. et tantũ de primo. Quantum ad scd̃m describitur a fragilitatis humane accensione cum dicitur ardens. Circa qd̃ notandum. Dicunt naturales q̃ lucifer quãdo mane oritur splendorem habet rubeum ⁊ candentem electro similem ⁊ quasi ardens videtur scintillare. Ita beatus Johannes in ortu sue natiuitatis ardebat igne charitatis. Nam cum abundaret iniq̃tas ⁊ frigescebat multoꝝ caritas ip̃e tact⁹ dolore intrinsecus surrexit velud Helyas tãq̃ ignis ardẽs. Et v̄bũ ei⁹ q̃i faccula ardebat vt accẽderet corda frigiditat̃ humane Jõ dicit

beatus Amb. in ſmone de natiuitate dñi. Istū ſolem mudi ꝓius q̄ oriatur adhuc ante lucem precedit lucerna ardens. ¶ Sic t christus ſol habens lucernam ſuam que ante ipſum p̄ceſſit Subdit ꝓpheta. Parau lucernaz christo meo Que aūt ſit iſta lucerna oſtendit dñs de Johāne. Ille erat lucerna ardens t lucens. Et ſ̄bdit an non ardebat cum phariſeis dicebat Genimina vipperarū quis oſtendit vobis fugere a ventura ira dei. An non ardebat quādo Herodem corripiebat. Non inquit licet tibi habere vxorē fratris tui ⁊c̄. Hec Amb. beatus Iero. dicit. Vere beatus Johannes ardens vehemēter accenſus fuit quem preoccupauit flamma celeſti vt iam christi ſentiret aduentum qui nondū poterat ſentire ſeipſum. Et ꝓpter talem ardorem € aſſimilatur Johānes carbunculo lapidi preciоſo. De quo refert Jſi. li. xvij. c. xiij. Carbūculus vt carbo ē cuius fulgur nec in nocte vincit nec obſcuratur. lucet enim in tenebris adeo vt flāmas ad oculos vibrat. Et ille melior ē inter alios q̄ fulget et emittet radios vt ignis Ita b. Johs fuit more illius lapidis preciоſus ſeu nobilis quia fuit ex nobilibus parentibus. Nā pater ſuus zacharias fuit ſummus ſacerdos t mater ſua de filiabus Aaron. et erant ambo iuſti: ambulantes in mandatis dei Luc. j. Et ſic fuer̄t nobiles in corpe t anima in quibus Johannes eſt eos imitatus. vt verificetur illud Poeticum Seqtur patrē ſua ples. Ideo dicit Beda. Johānes nō ſolum iuſtis parentibus. Sed ex pōtificali ſtirpe natus eſt ex iuſtis quippe parentibus vt eo ꝑfidentius iuſticie p̄ceptū pplo darz De ſacerdotali vero vt eo potentius imitatiōz ſacerdotij predicaret. Fuit etiā Joh. ignitus et ardens vt carbo in diuino amore t proximi correctione t dilectione qz ꝑ ſalute hominū ſeipm quēadmodū carbo ignitus cōſumebat. t alios peccatores inflammabat qñ dixit. Ego vox clamātis in deſto parate viam dñi. Et ſeqtur. quoniaz ex illo fuerūt igniti t illuminati quia oīs Jheroſolima t iudea. et oīs regio circa Jordanē exibāt ad eū t baptizabātur ab eo ꝑfiten tes peccata ſua. vt habetur Math. iij. Nō vtiq̄ nō feciſſent niſi igniti fuiſſent vtinam t nos etiā hodie accenderemur ab eo vt peccata noſtra ꝑfiteremur. Qualiter ignitus t ardens fuit quo ad deum patet in vita ſua quia habebat veſtimētum de pilis camelorum t ſonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſce ſue erāt locuſte. et mel ſilueſtre Math. iij. Hec manducabat Johannes penitentiam t patientiam preferēs qui ſine peccato viuens fuit ſpūſancto repletus. Nos autē nō ſumus prochdoloz in dilectione dei ſicut iohannes ardentes t igniti. Nam plus penitētiā agere debemus qui plus peccauimus. Non ſolum ita penitemus abſtinendo verum etiā ſi attendamus campos ambulantes ad meſſem preſces nantes in aquis Beſtias vagātes in ſiluis et aues volantes in aere velociter. Que vix nostre gule ſufficiūt ſuperaddimus herbas vt vix ſufficiūt campi vaſte ſolitudines. Et foſſata ad conficiendum ab apothecarijs confecta Johānes in cilicio de pilis camelorum confecto pentiam egit. Nos aūt t ſi a patre noſtro adam pelliceas tunicas ferre poſſimus tamen ꝓceſſimus poſtea ad corticēs herbarum. id eſt ad lignum. deinde ad ſtercus vermium hoc eſt ad ſericum tandem ad lapides preciоſos q̄ tamen amabilis carbunculus. b. Johannes nūq̄ fecit ipe nunq̄ extingui poteſt nec potuit ab ardore charitatis. Nos aūt multotiens extinguimur. Nō p̄t de nobis dici illud quoniā abundauit iniquitas refrigeſcit charitas multoz ideo eēt nobis ſummope neceſſariū vt adhuc circa nos haberemus ſanctum Johannem corpozaliter qui nos reaccenderet t igniret. t flammas ſue charitatis mentis nr̄e ad oculos vibraret. Et hoc quo ad ſcām. Quantum ad tertiū cōmendatur beatus Johannes a tenebroſitatis mūdane illuſtratione cum ſ̄biungitur lucens Pro quo ſciendum dicit Jſi. li. xij. q̄ eſt quedam beſtia nomine noctiluca parua in ſtatura multos habēs pedes. Hec in tenebris lucet vt candela. in luce aūt plena eſt obſcura noctis enim tenebras illuminat. Sed hec lux in die obſcuratur per hanc beſtiolam Johannes deſignatur qui luxit in tenebris. Primo hoc eſt in vtero materno qñ ſpirituſancto repletus eſt qui eſt verū lumē t coruſcans diū illuſtrator xp̄m adeſſe cognouit cū in p̄ſtia ſua exultauit. Jō dicit bea. Aug. Celum t terrā nōdum vidit creatorē celi t terre cognouit. Et ſic iſta lucerna luxit ſub modio. Contra illud. Nemo lucernaz accendit t ponit ſ̄b modio et in abſcondito ſed ponit ſuper candelabrū vt qui ingrediantur lumen videant Luc. xi. Quia hec lucerna btūs iohannes poſita eſt ſ̄b modio hoc eſt in vtero occulte. et tamen luxit quando chriſtū cognouit. Etiam matri luxit vt domini matrem etiam recognoſceret quando dixit. vñ ih hoc q̄ mater domini mei veniat ad me Luc. j. Quia videmus q̄ lumen acenditur t lucerna illuſtratur. Sic Elizabeth illuminata fuit a Johāne. Ita aūt lucerna poſtea poſita ſup candelabz mirabiliter luxit. qz xp̄z digito moſtrauit cū dixit. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi Joh. j. luxit in mundo per ſuam ſanā doctrinam que fuit ad penitentiam faciendam cuz dixit penitentiam agite Mat. iij. Luxit per conuerſationē bonam Teſte Vrſ. ſuper Matheū.

Conuersatio Johannis omniū hominū vitam culpabilem apparere facit quēadmodū si videris vestem candidam dicis quia satis pulchra ē quā si supza niuē locaueris inci pit respectu niuis sozdida esse que tibi satis pzius decoza videbatur esse. q. d. Xrīs. Si quersationē alioz videris diceres qz bona est. Si aūt ad conuersationē Johis cōparaueris sozdida incipit apparere. Luxit etiā btūs Johes xpo sibi viam faciendo. quia videmus anteq̄ sol perfecte oziturradios pzemittit qui celum illuminant z ei faciunt viam sicut hec testatur Xrīs. super Matḥ. Sol inquit appzopians anteq̄ appareat mittit radios suos z albescere facit ozientem vt pzecedens auroza aduentum diei demonstrat. Sic dominus natus in mundo anteq̄ appareret p doctrinam spiritus sui fulgoze transmisso illūinauit Johannē vt pzecedens ille aduentum denunciat saluatoris. Hec ille. Et q̄uis beat⁹ Johannes sic in vtero z in mūdo luxit hoc tamen fuit in nocte. Ideo cum venit lumen verum diei gratie tunc obscuratus fuit z per mozte extinctus. et sic luxit illis qui erant in tenebzis inferni fm q̄ predixerat Zacharias pater eius Lu. j. Illuminare his qui in tenebzis z ī vmbza mozte sedent. Ideo bene dicitur q̄ Johannes fuit lucerna lucens tam in vtero z in mūdo q̄ in limbo. et hoc quo ad tertium.

¶ Sermo tertius de sancto Johāne baptista

Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes.

Johis. pmo. Consuetudo est magnorum dñoz quando venire volunt ad aliquā regionē varios pmittūt nūcios qui eoz aduentū annūciant incolis illius regionis. Cum aūt in pzimo iam aduenerit solenniozem dirigūt nunciū qui aduentum in bzeui affaturū annunciat. Idem videmus in natura q̄ sol qui est rex oīm planetarū z dñs fm Ambḥ. in exameron anteq̄ venit ad terram nostre regionis varios pmittit nūcios scz stellas oztū suū predicātes. cum aūt ppe est circa oztum solennissimū destinat nūciū luciferum qui eum in pzoximo nunciat oziturū. Itez etiā legitur in figura Numeri. xiij. Qz moyses qui fuit dux filioz israel educens eos ex egypto anteq̄ veniret ad terram pmissionis multos pmisit nūcios vt viā sibi adeundi pzeparēt tandem misit solēniozes caleph z Josue vt terram illam explozarēt. Spūaliter xpus est ille dñs in cuius vestimēto z femoze vidit btūs Johannes scriptum rex regum z dñs dñantium. Apoc. xix. Ipe etiā est sol iusticie. iō hāc psuetudinē habuit secularium dñoz qui veniens ad mundi huius mirabilem regionē multiplices pmisit nuncios scz pphetas qui a longe a duētū suū annūciauerī quoz vnus Zacharias sic ait Ecce rex tuus venit tibi mansuetus Zacharie. ix. Et multi alij eum pzeuenire dixerūt. Ad vltimū aūt pmisit solennissimū b. Johem baptistaz qui q̄i lucifer pclarissimus xpm venturū iam pdixit. fm q̄ dicit Xrīs. sup Matḥ. Multe stelle lucē pzecedent nūciantes lucis aduentum. z nulla iparū nomē luciferi meruit hre nisi vna qz cū ipa luce pcedit. Sic oīes pphete ante faciē xpi pcesserūt. solus aūt Johes cū ipo qui ipsuz digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit. hec Xrīs. Et bene solus Johes dr lucifer quia fm naturales lucifer est planeta benivolus. ideo ponitur sub marte vt eius malitiā refrenet vt dicit Ptolomeus in liḃ. de indicijs astroz. Sic b. Johes fuit benivolus z mansuetus vt ex hoc cūctis amabilis redderet. Et ois Iherosolima ad eū exibat ad Jordanē z penitē tiam ab eo acceptabant Matḥ. iij. Sicut etiaz lucifer terminat noctē z annūciat diē. qñ eni ozitur est signū q̄ nox pzecessit z dies accessit. Ita Johāne veniente vetus lex per noctē figurata fuit terminata Quia habetur Matḥ. xi. Oīs lex z pphete vsqz ad Johannem pphetauerūt. Ipe aūt verū diē xpm annūciauit qñ dixit. veni et fortioz me p⁹ me cuius ñ sum dignus soluere corrigiā calciamētoz eius vt scribitur Matḥ. iij. et Luc. iij. Sic etiā lucifer qui vt venus oēs laudabiles virtutes tenet in se. Juxta illud poeticū. Veneris hic natus cūctis extat bene gratus. Ita iudei ipm xpm estimātes Johis. j. Et habet in se virtutes patriarcharū. pphetaruz. angeloz. vt patet in pmo fmone. pte. j. Pic pclarissimus lucifer hodie missus est in mūdum a deo per suam natiuitatē vt viam pparet z venientē in pzimo nunciaret. Sicut testatur euāgelista in verbis pzeassumptis dicens. Fuit homo missus a deo. In quibus verbis b. Johes a duobus cōmendatur spēaliter. Pzimo a benignitatis affluentia. ibi fuit homo. Scdo a sanctitatis euidentia. ibi cui nomē. Pzimo est notādum dicit Aristo. in li. de aīalibus. Qz elephas inter omnia animalia est animal valde benignū quia dicitur felle carere Accidentaliter dicitur esse seuus qñ nimis puocatur vel vino inebziat vel qñ ei sanguis demonstratur Mystice p hoc animal intelligitur homo qui fm phos est dignissima creaturarum creatura. Et fm Aristotl. pzimo Pollitico. Homo est animal ciuile politicum z mansuetum. Et in signum huius bonitatis z benignitat[is] nāa nō dedit sibi cornua vt ceruis z thauris nec vngues vt leonib⁹ nec ve-

nenũ vt ꝓpentibus vt homo dictis ꝛ factis mã-
suetus deberet esse interius ꝛ exterius demon-
straret. Jdeo si homo est litigiosus ꝛ iracund⁹:
nõ homini sed bestie cõparatur Teste Boetio qui
ait.li.iiij.psa.iij. Feror atq; inquietus linguam
litigijs exercet. Fremit leonis animum gestare
creditur. Et q̃uis homo naturalit̃ sit benign⁹
debet enī fieri iratus ꝛ hoc ꝓncipaliter quan-
do ostenditur ei sanguis hoc est peccatũ ꝓximi
ſm q̃ monet ꝑs iiij. Irascemi ꝛ nolite peccare
Quia dicit Aug⁹. Et ponit̃ in canone distin.
lxxxvi. Odio habenda sunt peccata ꝛ nõ hoies
Idem dicit Aug⁹.et ponit̃.xxiij.q.iiij.canone.
Duo inquit ista noia cum dicis homo peccato-
non vtiq; frustra dicuntur.q; peccator est cor-
pore ꝛ homo miserie. Et hoc fuauit moyses le-
gislator. De quo legitur Nume.xij. Q; fuit vir
mitissimus sup omnes homies.qui cum accẽde
retur seuus factus fuit. Nam vt legitur Exodi.
xxxij. Cuꝫ fuit in monte cũ dño ostendit sibi do
minus peccatũ ppli dicens. Descende q; pecca
uit pplus tuus.ipe aũt audiens iratus effectus
est descendens q; dixit. Si quis dñi est iungatur
mihi. Et congregati sunt ad eum filij Leui qui-
bus ait. Jte de porta ad portã ꝛ occidat vnus-
quisq; fratrẽ suum.et sic ꝓpter peccatum quasi
xxiij.milia occiderunt. Simili modo b. Johes
dictus est hõ quia fuit benignissimus hoim ad
ꝓcordiam intendens reuocare vniuersos vt ꝑ-
dixit angelus Zacharie de Joh̃. Multos filio
rũ israel ꝙuertet ad dñm Luc̃.j. Jõ compatur
perillo lapidi precioso. De quo dicit Dionis⁹.
q; est lapis modicus ꝛ magne benivolẽtie ad fa
ciendã pacẽ inter dños terrenos vt reges ꝛ ali
os hoies cõmunes.q; valet ꝓtra pericla hostiũ
et ꝓtra lites inuictũ reddit ꝛ amatã diligit ꝓiu-
galẽ. Sic b. Johes fuit puus in hũilitate .quia
nec ppha nec Helias voluit noiari. vt habetur
Joh̃is.j.et multe extitit benivolentie ꝛ benig-
nitatis.vt de ipo põt dici. vir iste mitissimus in
populo apparuit. quia studuit omnes ad se ve-
niẽtes ad pacis ꝓcordiam reuocare qõ ꝓncipa
liter patet in militibus quos instruxit.neq; con
cucietis neq; calumniã faciatis. Et ꝓtenti esto
te stipendijs vestris Luc̃.iij. Est aũt ꝓcutere ali
quid petere vltra debitũ rõne officij vel amici-
cie.vt.xxiij.q.j. Q; semper inducit discordiam
quã Johes volens sedare. Jõ dixit neq; ꝓcutia
tis quã doctrinam milites ꝛ dñi terrestres dñt
obseruare. Quia dicit Aug⁹. Et ponit̃ in canone
xxiij.q.j.c.milita re. Milites boni vltra stipen-
dia sua nihil debent sibi vsurpare si ampli⁹ que
runt tanq̃ calumniator ꝛ ꝓcussor a Johãne sen
tencia ꝓdemnatur.habetur ꝛ originaliter ō ver
bis dñi. Et si hanc doctrinam Joh̃is tenerem⁹
benigne ꝛ quiete viueremus. Quia dicit Se-
neca in li.de moꝛib⁹. Quietissimã vitam hoies
agerent in terris si hec duo ꝓnomia meũ ꝛ tuũ
tollerentur. Jõ tolle meũ ꝛ tuũ. ꝛ omnia in pa-
ce erũt. Et in suis b. Johes sic benivolus fuit ꝛ
benignus tñ videns peccata phariseoꝝ eos sa
ne redarguit dicens.ꝓgenies viperarũ quis de
monstrabit vobis fugere a ventura ira dei. Fa-
cite ergo dignũ fructũ pñie Math̃.iij. Hic ho-
mo benignissimus b. Joh̃. missus est a deo sic
radius a sole. Videmus ei q; sol a se emittit ra
dios q̃ sb intrant terrã: et caloꝛe suo terraꝫ dis-
soluũt ꝛ humiditatẽ desiccant. Sol rpm signifi
cat q̃ misit vnũ de maioꝛibus radijs b. Jo. qui
caloꝛe suo hoc est amoꝛe quẽ habuit ad homies
exsiccauit.et multoꝝ coꝛporibus humiditatẽ
luxurie ab Herode.et ab Herodiana ꝓualuit ex
siccare cũ dixit. Nõ licet tibi hr̃e vꝛoꝛẽ fratris
tui Marci.vi. Et acq̃escere noluer̃t iõ perier̃t.
Scimus enī vbi radius solis admittit̃ ꝛ si ibi ñ
resistitur Jbi lutum expurgat vbi autem est resi
stentia ibi manet imũdicies. Jõ qui vult ab hoc
radio b. Johãne mũdari nõ debet facere obsta-
culum per peccatum q; tanq̃ mundissimus im-
mũdis dedignatur nec ad se trahit sed expellit.
Sicut refert Paulus in hist̃oꝛia longebardoꝝ
Juxta eccles̃iã sancti Johannis baptiste sepul-
tus fuit hõ quidam vero cupiditate elatus no-
cte sepulchrũ apperiens ꝛ predauit. Cui beat⁹
Joh̃. apparuit dicens. Quare ausus fuisti tãge
re mihi eccl̃iam meam de cetero ingredi nõ va-
lebis. Quod vtiq; sic euenit. Nam qñ predictam
eccl̃iam intrare volebat q̃i a validissimo pugile
eius guttur feriebatur q; sbito retrocessit. Ecce
spernit immũdos pctores. Ecce missus est sic
scintilla ab igne cuius q̃dem scintille radius cla
rissima est ad modũ stelle luminosus. Et diffusi-
one sue igneitatis in aere apparet vndiq; lumi-
nosus vt videmus. Sm aplm ad Hebr̃.xij. Deus
nr̃ ignis ꝓsumens ē. hic emisit a se scintillã bea-
Joh̃em qui fuit clarissimus absq; omni macula
natus.et spũsancto replet⁹ adhuc in vtero ma
tris sue Luc̃.j. Et propter illam magnã clarita
tem celestis pater ipm nominat angelum Ma-
lachie.iij. Ecce ego mitto angelum meum. Et
dicit Crisost. Puto ꝛ si audeo dicere q; gliosior ē
Joh̃. q; angelus.quia fuit homo.et ppter mag
nitudinem virtutuꝫ vocatus est angelus.quasi
nomine ꝛ virtute esset angelus. Fuit etiam Jo-
hãnes ad modũ stelle Lucifer luminosus. ido
ꝑt dici de illo Job.xxxix. Nũq; ꝓduces Lucife
rũ in tpe suo. Jõ apparuit vndiq; radiosus ad
modum scintille.quia a christo cepit virtutem
inflãmandi sicut scitilla ab igne. Tertio missus
est a deo sicut odoꝛ a floꝛe flos est xps inꝫ illud

Cant. ii. Ego flos cāpi. Istius flozis odoz fuit b. Johes qui ab eo accepit virtutem delectādi. Nam delectauit deū vt de ipo dicere possit illō. Eccl. xxv. Ecce odoz filij mei sicī odoz agri pleni cui benedixit dñs. Odoz eni sue sanctitatis nō fuit clausus sed apertus. Nam vicini z cognati isto odore sunt refecti super oīa montana Iste odoz diffulgebatur z diffundebatur vt ptz Luce. j. Bodie etiā nō solum xpiani: sed etiā Saraceni odore sue sanctitatis reficiūtur. Quia fm Guilh. in rōnali diuinoz. lxxxi. l. vij. Ipi dicūtur etiā hoc festum fm ritū suū colere z iubilanter celebrare vt adimpleret illud angeli dictum Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Et bea. Johs non solum fuit odoz agri. sed etiam agri pleni. Sed tunc odoz agri plenus est. quādo diuersis flozibus redolentibus est oznatus. Ita bea. Joh. Flozibus virtutū vtpute violis humilitatis solsequijs superne contemplationis. rosis rubentibus acerbe passionis. Ecce nō soluz fuit odoz agri pleni sed etiam benedicti. Tunc eni ager est benedictus si laudabiles fructꝰ producit. Sic beatus Johannes fructuz. xxx. inq̄ tum predicatoz eximius. lx. inquantum martir centesimū inquantū virgo permansit. z illi sunt laudabilissimi fructꝰ qui possunt reperiri Quare to missus fuit a deo fuit legatus a pncipe. xp̄us est pnceps pacis Ysa. ix. Ipius legatus fuit iohannes z immediate a latere missus fm q̄ dic ppheta Abdias in. ca. vnico. legatū auditu audiuimus a deo. legatum illū ad gentes misit vt indulgentias faceret. Quia dicit Crisꝰ. sup matheū. Solent reges nato sibi filio indulgentias in regno suo dare. et exactiones pretermittere deus aūt nato filio suo volēs indulgentias peccatozū donare pmisit Johannē quasi exactozē et dicentem penitentiam agite zc̄. Et subdit. O dilectio que nō facis pauperes sed diuites redis. Nam quis debituz sue iusticie deo reddidit nihil deo prestat sed sibi lucrum acquirit salutis. Quinto missus est a deo sicut riuus a fonte. xp̄s est fons vite Juxta illud Ps̄. xxxv Quoniam apud te est fons vite. Iste fons indeficiēs emisit a se riuū largissimū Johannē baptistam qui inq̄ repletus est aquis gratiarū. Teste Ps̄. lxiij q̄ ait. Flumē dei repletū est aquis scz gratiarū z spūssancti. et aquas matri sue elizabet est largissime imptitus q̄m adhuc in vtero ppbetissam fecit quādo ipa dixit. Unde mihi boc vt veniat mater dñi mei ad me Luc̄. j. Jō dic̄ Crisꝰ. sup Matb̄. Quis ppbetarū alium ppbetam facere potuit Helias vnxit Helizeū in ppbetā nō tamē ei gr̄am ppbetarū tribuit. Ille aūt in vtero matris existens diuini intuitus sciam donauit z os ad ppbetandum apperuit. vt cuius nō viderat personā agnoscerct dignitatē. Ad idez Aug. Johānes pus fuit sue matris magister q̄ filius. Primo ipe eam docuit q̄ illa eū lactauerat. hec ille. Istas aquas etiam imptitus est patri Zacharie vt habetur Luc̄. j. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto z ppheta uit dicens. Benedictus dñs deus israel. Illas insup aquas gratiarū spūssancti oīibus tribuit abundanter. Ita vt de ipo q̄uenienter exponi potest illud Johis. j. De plenitudine eius oēs accipimus gratiā p gratia. et boc quo ad pmū. Quantū ad scām cōmendatur beatus Johannes a sanctitatis euidentia. cum sbiungitur. cui nomē erat Johānes. Circa qđ notandū. consueuerunt reges z dñi seculares suis militibus multas facere prerogatiuas et honozes. Si viderint negocia expedire sagaciterq̄ cōplere. et boc est iudiciū amozis. Si aūt easdem prerogatiuas exbibent. vel facere quas ipi habēt iubēt est euidentissimū signum bonitatis eoz aut sanctitatis. quia fm Aristo. iiij. Ethi. Solus bonꝰ et virtuosus est honozandus. Quia prauꝰ homo honoze non est dignus. Mozaliter rex celorū z dñs dñoz xp̄us milites suos aplos martires. confessozes atq̄ virgines multis bic prerogatiuis in terris honozauit q̄ fuit signū specialis dilectionis. Nullum tamē ita honozari voluit sicut btm̄ Johannē baptistam Cui bas prerogatiuas sicut ipi voluit exbiberi q̄ patet ex isto q̄ nomē xp̄i scz Jesus a deo patre sibi fuit iposi tū fm illud ppbete vocabitur nomē tibi qđ os dñi noiauit Ysa. xlij. Ab angelo vocatuz est nomē eius Jesus qđ vocatū est ab angelo prius q̄ zc̄. Ita z boc nomē Johes fuit sibi impositum a deo: quēadmodū ipe de boc Ysa. xlix. gloziaf De ventre matris mee recozdatus est nois mei Etiam ab angelo est vocatuz Luc̄. j. Cum dicit ad Zachariā. Elisabeth vxoz tua pariet tibi filium. et vocabitur nomē eius Johannes. Sz diceret aliquis. Sunt tamē aliqui antiqui sancti sibi in boc equales. quia natiuitas Ysaac Genes xviij. et Sampsonis Judicū. xiij. Per angelum fuit nūciata. Sed tbi nomen angeli ignozaf nec eis nomen est impositū ab angelo. Hic aūt fuit idem angelus Gabriel qui christū nunciauit: q̄ et Johanni nomen imposuit. Et hunc honozem christus nulli alij fieri voluit. Etiā q̄ est Johānes in quo eius sanctitas euidenter cōmendaf. quia interp̄tatur gratia dei. ex quo apparet. q̄ ipe nō tantū fuit deo gratus sicut alij sancti Sz omniū gratissimus. Ideo in signū dicebant cognati elisabeth. Nemo est in cognatione tua q̄ vocetur boc nomine. quasi dicerēt. nullus ante istum natus fuit qui esset dignus vocari gr̄a dei. Ideo de illo potest exponi illud Hester. xv.

Vidi te dñe q̄si angelū dei ⁊ turbatū est cor meum pre timore glie tue. Valde enī mirabilis es dñe ⁊ facies tua plena ē grārū Si de hoc latius vis hre recurre ad ꝯmonē p̄mū scz vir bon⁹ es. ⁊c. Ibi inuenies q̄ gratiā oīm sanctorū habuit et hoc q̄tum ad scōm.

In festo apl̄oꝝ Petri ⁊ Pauli.

Ionatas et saul

amabiles ⁊ decori in vita sua. in morte quoq; sua non sunt diuisi Ita scribitur .ij. Reg. j. Dicunt naturales q̄ in India regiōe sūt duo lapides ignee nature qui sibi naturalē vt sic loquendo ostendunt charitatem. Nam q̄n vnus alteri vult appropinquare. et se vnire intantum exardescunt q̄ magnus efficit ignis qui vidētur in montibus ⁊ in vallib⁹. et iste ignis sic aggregatus per longum durat tempus vt etiā a longe positis valet intueri. Spūaliter p hos duos lapides hi duo beatissimi lapides. i. apostoli Petrus ⁊ Paulus designātur. Nam Petrus interp̄tatur vno modo quasi petra ratione firmitatis in passione Similiter Paulus in aduersitatis toleratione. Et totaliter fuerūt igniti igne charitatis quo ad deum p̄rimos ⁊ seipsos. Sicut de Petro scribit egesippus papa Q̄ō pē dens in cruce dixit. Tu dñe oīnia mihi es totū quoq; tu mihi. Et nihil aliud nisi tu solus mihi es. Sed de Paulo habetur ad Roma. viij. Certus sū q̄ neq; mors neq; vita neq; angeli neq; archangeli neq; aliqua creatura nos poterit separari a charitate que est in christo Jesu. De charitate, p̄rimoꝝ liquet de Petro .q̄ dñs oues ei cōmisit nutriendas dicens. Joh̄is. xxi. Pasce oues meas tanq̄ feruentior omniū amator. De paulo habetur .ij. Corꝝ. xij. Ego inquit libētissi me impendam. scz q̄ nō tm̄ spūalia sed etiā temporalia. et superimpendam scz ad patienduz p animabus vestris. De charitate ad seipos .ptz q̄ intantū fuerunt inflāmati q̄ neq; in vita neq; in morte potuerunt ab inuicez separari .vt illis cōpetere potest illud dictū prelibatū. Jonatas et Saul amabiles. In quibus verbis duo p̄ncipaliter tanguntur. Primo gratiositas p̄uersationis. ibi. Jonathas ⁊ Saul. Secūdo societas passionis. ibi. in morte. De p̄mo est notandum dicunt naturales q̄ columbe inter cetera volatilia bone ⁊ amabilis sunt conuersationis quando enī alie aues homines fugiunt ⁊ a longe nidos faciunt ⁊ pullos educūt sole columbe manēt in domibus circa homies. et pullos ibi pturiūt ⁊ cum hominibus p̄uersantur. Moraliter btūs Petrus dr̄ bariona quod interp̄tat filius columbe. Et hic per Jonatam qui interp̄tatur domus colūbe paulus designatur. Et recte Petrus dicit columba. qui inter alios apostolos bonā conuersationē habuit vt ab oīnib⁹ amaretur. et alios docuit habere bonā p̄uersationē quando dixit .j. Pe. ij. Carissimi obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos a carnalibus desideriis abstinere que militant aduersus animā conuersationem vestram bonam habentes inter gentes. Et est notanduz. q̄ columba hz p̄uersos p̄rietates que bea. Pe. p̄nt recte conuenire. Primo colūba cito domatur. si ad columba re rectis mensibus ponat. hoc est in mense Julij .augusti .⁊ septēbris. quia tunc de facili p̄nt cibum inuenire in propinquo. et sic nō longius diuagantur vt dicit Petrus de crescentijs. De rusticanis comodis. li. ix. Ira bea. Pe. de facili fuit vocatus a xp̄o in apl̄m vt in colūbario sancte matris ecclesie iugiter permaneret. quia sic legitur Math̄. iiij. Cum quodam tpe dñs iuxta mare galilee ambularet vidit Petrū ⁊ Andreā mittentes retia in mare vocauit eos dicēs. Venite post me faciam vos fieri piscatores hoīm. Et illi continuo relictis retibus secuti sunt dominum. et circa eum ammodo manserunt. Nec ad, p̄pria redierunt: et quare hoc. quia cibuz angelorum et panem viuum p̄o se habuerunt christum Jesum. Jdeo dicit btūs Greg⁹. Ad vnius iussionis vocem Petrus et andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Et hoc est contra multos peccatores stultos ⁊ inobedientes qui huius sanctissimi viri et capitis ecclie petri obedientiam sequi dedignantur quia nolūt domari a predicationibus vt intrent ad ecclie columbare. Sed sicut stulte columbe ⁊ curiose q̄ spernunt venire ad colūbare. Sed residentes sup arbores circūspiciētes ad quā ptem velint volare ⁊ quasi deliberātes pullū vndiq; circumspectunt sed sepe dum de volatu deliberant anteqū arripiant volatū sagitte eas transuolant aut accipitre rapiūtur. Jdeo, p̄positum non faciūt. nec proficiunt. quia quod dicius facere volūt non in tempore congruo perfecerunt. Sic pec catores miseri nolunt venire ad sancte ecclesie vnionez. ⁊ si vocantur venire dedignātur vt de eis verificetur illud sapientis vocaui ⁊ renuistis extendi manus meas et non est qui aspiceret. Prouer. j. Sz q̄ ait p̄s. cviij. Nudātes trāsiretur. et ejciātur scz a diabolo de habitatiōibus suis. Jpi enim continuo deliberant. ad quā partem velint declinare aut bonorum vel malorum; cū sic deliberant venit sagitta mortis ⁊ eos trāsuolat. et sic ab accipitre inferni diabolo rapiuntur. Sicut patet de milite regis Tancredi. qui cie mercolis. De quo legit in vitaspatrū. li. iiij.

Qui pro industria exteriori regi placebat. Hz tamen ꝓpter vitam malam displicebat. Jō monebat eum rex cum infirmus esset ad pñiam. ille aūt noluit dicens se hec velle facere cū ab infirmitate conualeret. Sed cum sic deliberaret venit mors ⁊ data est sup eū snīa dānatiōis. et anima eius capta ē ab accipitre tenebrarū. Ergo si volumus hec vitare sequi debem⁹ pronuz nostrum beatum Petrum et ad dominum ꝓperare. Ad hoc monemur. iij. Regum. xviij. Usqz quo claudicatis in duas partes si dominus est sequimini eum. Secundo columba ē magne dilectionis. patri enim viuente diligit eum. ⁊ absqz eo volare non consueuit. Ita beatus petrus maxime diligebat dñm quia ob eius amorē omnia mundana reliquit. Ita vt audacter dicere posset illud Math. xix. Ecce nos reliqmus omnia ⁊ secuti sumus te. Etiam vt refert leo papa. Petrus inter ceteros apostolos maioris dilectionis fuit ⁊ feruoris. Etiam scire traditorem voluit dñi. cum annuit Johāni qui iacebat sup pectus domini in cena vt interrogaret qs esset quem vt si sciuisset vt dicit Aug⁹. dentib⁹ discerpsissent. Ideo dominus noluit eum nominare. quia si eum nominasset vt dicit Crisp. Cōtinuo Petrus surrexisset ⁊ ipm trucidasset. Dilectio eius etiā patet ex hoc. Qđ cum dñs voluit mori quando dixit pre ceteris. et si oportuerit me mori tecum non te negabo Math. xxvi. Luce. xxij. et Mar. xiiij. ait. Domine paratus sum te cum in mortem ire ⁊ in carcerem q licet dispensatoris ꝓmissione tunc nō impleuit imo ipm negauit vt verbuz domini impleretur. Constat tñ hoc xpm ex immensa ꝓfidentia amoris dixisse. quia recordatus postea ꝑmonis dñi exiuit foꝛ et fleuit amare. vt infra patebit. Idcirco quia ipm pre ceteris feruēter dilexit iō cū ipo semper esse voluit. Ut raro sine dño esse voluit. quia sic legitur in euangelio q semper in arduis causis Petrum secum sumpsit tanq magis dilectū. Fuit etiā secum in puelle resuscitatione. quia vt dicitur Luc. viij. Cuz dominus veniss̄et ad domū cuiusdam principis non permisit intrare quenq nisi Petrum Johānem ⁊ Jacobū. Fuit et secum in monte in transfiguratōne vt hr Math. xvij. vbi legitur. Sumpsit secum Jesus Petruz Jacobum ⁊ Johannē. et duxit eos in montē seorsum. et transfiguratus est coram eis. Fuit etiam cum eo in monte oliueti in oratiōe Math. xxvi. vbi legitur. Assumpto Petro ⁊ duobus filijs zebedei cepit contristari Hic beatus Petr⁹ dedit nobis exemplum vt sicut ipm dominuz dilexit. sic ⁊ nos facere debemus. Juxta illud Deutrono. vi. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo. et si ipm diligamus veraciter nos reamabit. Juxta illud Prouer. viij. Ego diligētes me diligo. Tertio colūba ꝓ cātu hz gemitū Sicut dicit Glo. super illud Cant. j. Oculi tui columbarum. et principaliter tunc gemit quando pullos de nido perdidit aut parem suum amisit Ita beatus Petrus spiritualium filiorum hoc est bonorum operum ⁊ christi amissionem per peccatum trine negationis iugiter pro licentia gemitum habuit ⁊ fletum. quia nō diu tardauit sed statim exiuit et fleuit. vt habetur Mathei. xxvi. Et dicit Egesippus papa. quando Petr⁹ culpam negationis ad memoriaz reducebat lachrymas vbertim emittebat. et illud de eo ī cōsuetudinē duxit vt eius facies tota exusta lacrimis videbatur. Et dicit Clemens papa. Qz audito in nocte galli cantu ad orationē surgere cō sueuit tunc similiter ad fletuz prorumpere solebat. Nouerat enim q peccata lachrymis purgantur. Ideo dicit beatus Ambro. et hr de pe. dist. j. circa ꝓncipiū. in. c. Petrus. Doluit Petrus ⁊ fleuit quia errauit vt homo hoc est moraliter peccauit. Scio q fleuit lachrimas eius lego satisfactionem non lego. hec ille. Ne fuerit lachryme dolozis ex eo q pñtia xpi post ascensionē caruit. Jō vt refert clemens papa q semper in sinu suo sudarium portabat quo crebro lachrymas tergebat quando dulcis allocutionis ⁊ pñtie dñi memor erat ꝑ nimia amor] dulcedine lachrymas ꝓtinere nō potuit. O peccatores sequimini et hūc penitentē ⁊ lachrymantem si secuti estis deuiantem. Quia dr in cano. de pe. dist. j. c. lachryme. Per Crisp. Lachryme lauāt peccatū quo pudor est ꝓfiteri. q. d. Si aliqđ peccatū est tam magnū q cum pudore confiteatur non est ꝓpterea desperandum. qz per lachrymas illud deletur. Si tñ cōfessio ꝓcesserit. Si fuerit oportunitas alias lachryme nō lauarent. Et petrus solum lachrymis deleuit peccatum. quia fortassis ꝓfessio non erat instituta Sed ꝓchdoloz sunt infiniti pctōres qui licet secuti sunt errantē imitari tamen nolunt et lachrymantez. Petrus dumtaxat trinies dñm negauit. Sicut sibi predixerat dñs. Amen dico tibi anteq̄ gallus cantet ter me negabis Mat. xxvi. Isti autem centies ⁊ fortassis millesies ipsum abnegauerunt q̄uis non verbis tamen factis quotiens enim moraliter peccant: totiens christum negant. et tamen de illo nolunt gemere neqz flere. Hz se iactare potius ⁊ gaudere. ⁊ de his verificatur illud Sapient]. Letantur cū malefecerint et exultant in rebus pessimis Prouerb. ij. Si autem audiunt beatum Augusti. in libro de salutaribus documentis dicentem.

Nec quodlibet scelus coram deo tam abhominabile est q̃ preterita peccata vnicuiq; reminiscendo gaudere ⁊ inde exultare ⁊ in eis semp iacere. De hac etiam poeta. Dupliciter peccat q̃ se de crimine iactat. Quarto colũba aliquando habet hanc ꝓprietatem alias ad rete ducendo. Sicut de hoc refert magister libro proprietatũ xij. Q̃ columba aliquando domatur. et ad deceptionem siluestrium informatur quemadmodum sciunt aucupes. Illa autem cum sic est instructa siluestribus se sociat. Et eas ad rete ducit et vt callidius decipiat rethe cum alijs consueuit subintrare. ¶ Istam proprietatem etiam habuit beatus Petrus. a christo nãq; fuit domatus. et a spiritu sancto in die penthecostes plenius informatus ad colũbas siluestres hoc est infideles capiendas. Jõ illis se sociauit qñ eis predicauit et eas ad rete fidei duxit. q̃ vt legitur Actuuz. ij. Una predicatione tria milia adduxit. Alio autem die duxit ad rete fidei v. milia hominum. vt habetur Actuum. iiij. Vltinam aũt ducerent ip̃os nunc caute ad rete cristi vicarij q̃ cũ eis captiuus fuit nõ semel sz pluries. ¶ Nam vnomodo a theofilo preside Antiochie ciuitatis. de qua captione habetur in kathedra Petri. Alio modo captus fuit ab Herode agrippa. Sed angelus domini ipsum liberauit Actuum. xij. Tertio captus fuit a Nerone. et hoc fuit hodie. Sed illa captio eum non ipediuit quin ad rete fidei adduceret duas columbas spirituales. scilicet Marcellum et Martinianum Paulini militis seruos. Et illi ipsum libere abire permiserit. Vltimo captus fuit a militibus. et prefecto agrippe p̃ntatus vt dicitur ĩ legenda. Ita facere debent predicatores moderni vt ad rete fidei adducant colũbas indomitas scz peccatores. et si necesse fuerit se cum eis capere hoc est occidere ꝑmittant. Quinto columba est auis ꝑtim medicinalis. Quia dicit Constantinus medicus in viatico q̃ hz sanguinem medicinalem q̃ sanguis columbe sb̃ dextera ala extractus et calidis oculis instillat⁹ dolorem mitigat ⁊ pellem sanat. Ita beatus Petrus fuit medicus tam corporis q̃ anime. Naz multis infirmis medelam prestitit cum vmbra sui corporis ipsos sanauit Actuum. v. Etiam mortuos suscitauit vt patet Actuũ. ix. Vbi legitur q̃ in Joppẽ fuit quedam mulier nomine tabita que cum mortua esset miserũt discipuli ad Petrũ rogantes vt veniret et eam suscitaret. Ip̃e autem veniens omnes de cenaculo in quo iacebat eiecit ⁊ ponens genua sua orauit ⁊ conuersus ad corp⁹ dixit. Tabita surge et illa oculos apperuit et continuo resurrexit. Refert etiam leo papa q̃ quadam die misit Petrus duos discipulos ad predicandum quorum vnus nomine Franco alter Maternus est vocatus. Et dum. xx. dies iuissent Maternus defunctus est redijt aut alius discipulus ad Pe. et sibi nunciauit Petr⁹ aũt tradidit baculum suum vt super defunctũ poneret. q̃ cum fecisset qui iam ꝑ. xl. dies mortuus fuerat resurrexit. Ex quibus verbis elicitur q̃ fuit bonus medicus corporũ. mlto aũt melior animarũ quia multis animab⁹ p̃buit salutem vt de illo exponi potest illud Mathei. ix. Non est opus valentibus medicus. Sz male habentibus. Sexto columba instruitur vt sit litteraꝝ gerula. et prouincie ad prouinciam mitis nuncia. quia s̃m naturales columba naturaliter diligit locum vbi primitus est nutrita. et quantumcunq; defertur ad longinquas partes semper reddit ad ꝓpria si sue libertati fuerit restituta. tali columbe solet alligari littera sb̃ ascella et si dimittitur se eleuat in aera. Et nunq̃ cessat donec redeat ad sue natiuitatis prima loca. Sed quandoq; ab hostibus cognoscitur in via et sagitta impeditur. et sic pro litteris quas defert vulneratur. vt dicit magister. xij. li. rerũ proprie. Ista proprietas conuenit beato petro quia fuit instructus a christo vt esset gerulus litterarũ sacre scripture. et ei competit illud Jeremie. j. Ad omnia que mittam te ibis. et vniuersa que mandauero tibi loqueris ad eos Sed q̃ dilexit locum ad quem fuit natus. hoc est celestem hierusalem. Juxta illud Ps̃. xxv. Domine dilexi decorem domus tue. Ideo assumpsit litteras dominicas et portauit de vna prouincia in aliam. de hierusalem in Antiochiam. de antiochia in Ytaliam. vt sic portando veniret ad locum concupitũ: hoc est ad celum. Sed antequã ibidem peruenit cognitus fuit ab hoste christianoruz Nerone: a quo hodie propter litteras sacri euãgelij ⁊ veritatis ẽ occisus. Et quomodo hoc factum est patet in legenda.

¶ Sermo secundus de eisdem apostolis.

Saul et ionata amabiles vbi supra. Dicũt naturales q̃to animal nobili⁹ est ⁊ digni⁹ tanto alia ipsum honorant ⁊ locum dant. q̃ p̃ncipaliter videmus de leone qui ẽ rex animaliuz de quo refert Soli. de mirab. mũdi. q̃ in eo loco vbi voluerit manere nullum animal ꝓ tunc audet apparere. Sed fingunt locum sibi salutarem tanq̃ dignissimo relinquentes. et alia sibi

A mansionis loca vsurpantes. Mozaliter sic est
etiam in sancta ecclesia q̄ quanto persona ē no-
bilioz dignitate tanto etiam alij debent illaz ho
nozare ꝛ sibi locum dare. Sicut docuit sapiens
Catho dicens maioꝛi cede. Sed qz bea. petrus
fuit summus pontifex nobilissimus in dignitate
maioꝛ homine. minoꝛ tñ deo. vt extra de trãsla
ti. prelato. Inter cozporalia. Ad hoc etiam de-
notandum q̄ dñs alijs dixit apostolis Laxate
retia vestra in capturam ad Petrum ait. Duc i
altũ. Ideo decens fuit vt Paulus qui erat mi-
nor in hac dignitate cederet Petro i officio ho-
dierno. et sibi solitarie locum daret. Quapro-
pter Gregozius papa instituit vt dicit Guilh. i
rõnali diuinoꝝ. libro. vij. vt tantũ officium pe-
tri beri est celebratum. quia omnis cantus tam
in primis vesperis matutinis q̄ in missa de ipo
solo fuit. Tum quia ecclesia beati Petri fuit de
dicata. Tum quia ipse prioꝛ fuit conuersione.
Tum quia maioꝛ dignitate. vt habetur. ij. q. vij
Paulus. quia ratione ecclesie tenuit primatum
Sed hodie statuit ecclesia festum beati pauli ce
lebrari qui tamen sicut Petrus beri est occisus
et in mozte ab eo non est diuisus. vt dicunt ver-
ba prelibata. In quibus a duobus commendaꝫ
Prio a vite decuriositate. ibi. Saul ꝛ Jonatas
Secundo a moztis inseparabilitate. ibi. in moz
te non sunt diuisi. De primo est notanduz Ra
banus dicit. q̄ Paulus ante dictus est Saulus
a Saul. i. superbo rege. Sed post ꝓuersionem di-
ctus est paulus quasi paruus a modico ꝛ humi
B li spiritu. Sz potest bea. Paulus saulo regi in
aliquibus cõpari. Primo ꝓpter sancte ecclie ꝓ
ipo petitionẽ faciente. j. Regum. viij. qñ saul pe
titus est in regẽ congregati sunt vniuersi maio-
res natu israhel ad Samuelem ꝛ dixerunt. Ec-
ce senuisti. et filij tui nõ ambulant in vijs tuis ꝙ
stitue nobis regem vt iudicet sup nos sicut vni-
uerse habẽt nationes. Samueli aũt displicuit ꝛ
mo iste ꝛ ꝑdixit eis ius regis filios vestros tol
let ꝛ faciet sibi equites. Sed noluerunt audire
eũ ꝛ dixerũt nequaq̄. rex erit super nos ꝛ pug-
bit ꝓ nobis bella. Et samuel dedit eis Saul i re
gem. Quid per populũ israhel nisi vniuersitas
xpifidelium qui vident deũ per fidem designan
tur. hi congregati sunt vnanimiter in oratioñi-
bus suis ad samuelez q̄ interꝓtatur postulatus
significãs xpm qui ante aduentũ suũ a ꝓphetis
sanctis fuit instanter postulatus ꝛ petebãt ipm
vt daret eis regẽ hoc est ecclie fidelem rectoreꝫ
bea. Paulum qui prius erat ecclesie verus de-
uastator et precipuus qui hoc petiuit fuit btũs
Steffa. qui pro ipo solicite orauit quando lapi
dantiũ vestimenta seruauit. Et pie credendum
est q̄ Paulus precibus Steffani est factꝰ eccle-
sie defensator ꝛ rector. Illud etiam declarat b.
Augꝰ. in sermone de sancto Steffano dicens.
Ut noueritis quantũ valuerit oꝛo sancti steffa
ni. recurrite nobiscũ ad illũ adolescentẽ nomie
Saulũ. qui cũ sanctus Steffanus lapidaretur
oia vestimẽta suabat ꝛ tanq̄ manibus eũ lapi-
dabat. Cui xps dixit ꝓtra talia mala q̄ cõmittis
in me ob hoc quidẽ oliz debui ꝓdere te. Sz stef-
fanus meꝰ oꝛabat ꝓ te. Et infra. si steffanꝰ mar-
tir nõ sic oꝛasset paulũ ecclia nõ hꝫret. Sz iõ de
terra est paulus erectus qz in terra inclinatus
exauditus est steffanus. hec Aug. Ex illo dicto
elucet manifeste q̄ recte sicut Saul petitus. est
in regẽ. Sic Paulus postulatus est in rectoreꝫ
Samuel aũt hoc ē xps vocẽ audiuit postulanti
um. et dedit eis paulũ in rectoꝛem qñ ipm de lu
po fecerat agnum de proditoꝛe seuissimo ꝑdica
toꝛẽ fidelissimũ vt hꝫ Act. ix. Sed qz decz eccle
sie rectoꝛem esse sapientẽ. Ideo xps verus Sa-
muel instruxit eum. Sicut samuel saul de ppl'o
regendo. Jõ dicit ad Gall'. j. Notũ vobis facio
fratres euangeliũ quod euangelizatum est a me
quia non ab homine accepi illud. Sed per reue
lationem Jesu christi. Scõo cõpatur Saul ꝓ-
pter vite perfectionẽ. quia legitur de Saul. pri-
mi. Reg. xij. q̄ in ꝓncipio sui regni ꝛ sue vnctio
nis multũ ꝓfecit in virtute. etiam dicitur ibidez
Saul erat puer vnius anni cũ regnare cepisset.
Quod exponens nicolaus de lyra dicens. hoc
est erat ita innocẽs ꝛ purus a peccato sicut est
puer vnius anni. quia dominus dedit sibi gtiaz
iustificantem ꝛ ipm disponens ad suũ officiũ ex
ercendum. et ipe non posuit obicem diuine sapi
entie et gratie pro tunc licet factus est malus.
Ita beatus Paulus statim in principio sue cõ-
uersionis non modicum profecit in virtute. Sz
multum. quia statim predicauit christum quem
prius persequebatur Actuum. ix. q̄ ingressus
est in synagogis predicabat dominum quoniaz
hic est filius dei. et hoc fuit statim post baptismũ
Et sequitur ibidem. Paulus autem magis cõ
ualescebat scilicet procedẽs de bono in melius
et confundebat iudeos qui habitabãt damasci
affirmans quoniam hic est christus. Q̄ autẽ in
tota vita proficiebat in bono ꝛ salubri fine ter-
minauit ipse testatur dicens. Bonum certamen
certaui: cursum consumaui. In reliquo reposi-
ta est mihi coꝛona iusticie quam reddet mihi do
minus in illa die iustus iudex ad Ebr. iij. vtinã
et nos hunc beatissimum apostolum in hoc seq̄-
remur peccata dimittendo in bono proficiẽdo.
et cursu bono vitam nostram finiendo vt q̄libet
as. Sed verius dicere maledictiones dyaboli-
cas: quibus credunt inesse aliquam virtutem fa
natis. Contra hoc dicit Augus. Et habetur.
xxvj. q. vlt. c. ammoueant Inquit fideles facer-

dotes populos vt nouerint artes nigromanticas incãtationes qui quibuslibet infirmitatib⁹ hoim nihil posse remedij conferre. Iaz nec aĩa lib⁹ languentib⁹ claudicãtib⁹ vel etiã morbidis quicq̃ mederi. sed esse laqueos antiqui hostis q̃ bus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si q̃s hoc exercuerit. si est clericus degradetur. laicus excõicetur. hec Augu. Videant nunc tales infideles incãtatrices q eaz infidelitas nihil proficit ad salutez. sed magis ad perpetuã dãnationẽ. Ideo qui in se extinxerũt lumẽ fidei christiane sunt etiã per mortẽ extinguẽde. Sm q iubet scriptura Exodi. xxvij. Sortilegas ne paciaris viuere super terrã. Sed q̃re tales sunt extinguẽde? quia videnť interduz sanare hoies vt iumẽta. Ad hoc dico q vetule incantatrices: vel etiam quicũq; sortilegi bñdictionib⁹ falsis vel etiã bonis cũ aliquo pacto diabolico expresso vel tacito videntur sanare. nõ est ibi aliud nisi q dyaboli propter taliũ infidelitatem desistunt ab omni afflictione quã miserabiliter inserebant. quod z deus iuste permittit. vt probat hoiem. an potius velit infirmari vel mori. q̃ dyabolicam sic queri ab hoib⁹ sanitatez. ¶ Quinta stella est caritas que fuit i martiribus. quoz caritatẽ extinguere non potuerunt exquisite passiones. vt dicitur Cantl. viij. Et pre alijs habuit virgo maria. De qua dicit Piero. Beata mater dei cui⁹ candoz virginitatis sicut platan⁹ in Jerico specialius effulsit et splendidi⁹ emicuit officio circũdata caritatis ¶ Sexta est humilitas que fuit in confessoribus de quibus canitur. Qui pius prudens humilis pudic⁹ sobrius castus. Hanc excellenti⁹ habuit virgo maria. qz per eã meruit fieri mater dei. z sine qua nullomodo mater dei eẽ meruisset. qđ Grego. in regi. pbat. Quantũcunq; beata vgo casta fuisset. nunq̃ tñ dñm concepisset. nisi summam humilitatẽ habuisset. Ideo de sua humilitate gloziať in euangelio hodierno. Respexit inquit humilitatẽ ancille sue. ¶ Septima stella ẽ exemplaritas que fuit in doctoribus quibus dictum est. Sic luceat lux vestra coz̃ homibus. Matĥ. v. Sed hanc similiter habuit vgo Maria. cuius tota vita inclinata fuit omnib⁹ exemplum sanctitatis. Sed de hoc dicit Amb̃. in li. de virginitate. Per arbitriũ mentis non hoiez sed deũ studuit q̃rere. oĩbus bene velle amatoribus assurgere. equalibus nõ inuidere. iactanciam fugere. rationẽ sequi: z amare virtutem. hec ille. Sed nostre vgines z mulieres: nõ sunt tales bone exemplares. sed male que gestibus suis malis multos maculant. Sed audeãt illud Grego. xj. q. iij. c. precipue. Tot mortib⁹ digne sunt: quot exempla mala in alios transmiserũt.

Octaua stella est diligentia ministrandi. q̃ debet esse in sacerdotib⁹. qz debent esse diligentes circa populũ eis cõmissum. ne alias negligẽtia eoz̃um cadant in distrimen. vt hr̃. xl. di. c. si papa. Sed diligentiã singular⁹ habuit Maria q̃ fuit diligens circa instructionẽ vginũ sibi commorantiũ. Quia Sm Vincenciũ in specu. histo. li. vij. Erat valde solicita z diligens in claustro circa sozores suas ne aliqua ex eis peccaret vel ne iniuriosa existeret. Hanc etiã diligentiam exhibuit hodie elizabet sue cognate. qz ad ipsam hodie preparauit venire. vt ei famulatum exhiberet diligentẽ. vt dicit Amb̃. Et subdit. Discite z vos mulieres sedulitatẽ quã pregnantibus debeatis exhibere cognatis. vt patet in omelia hodierna. Etiã hanc diligentiaz circa christum infantulũ fecit. vt dicit Aug. Firmiter credo q maria mlto tiẽs ỏ nocte surrexit z lactauit infantulũ vt eius vagitũ preueniret. quẽ vagientem sine doloze audire non poterat. hec ille. ¶ Nona stella est deuotio que fuit olim in religiosis. Sed hanc excellenti⁹ habuit Maria. qz spũs semper in celestib⁹ fuit fix⁹. Et hoc probat canticũ deuotissimũ hodiernũ qđ ex ingenti deuotione protulit virgo dicens. Magnificat aĩa mea dñm zc̃. Ideo dicit beatus Bernũ. Sancta Maria sobria virgo deuota. nunq̃ castioz illa nunq̃ deuotioz. ¶ Decima stella est castitas q̃ fuit in virginib⁹. Sed hanc singularius habuit Maria propter quod dr̃ vgo virginũ. ¶ Undecima stella fuit fecunditas que fuit in cõiugatis. Sed hanc specialius habuit Maria que peperit virgo perpetua permanẽda. z prolem ei⁹ẽ super oẽs benedicta. Sm q hic dicit. Et benedict⁹ fruct⁹. v. t. ¶ Duodecima stella est pacia q̃ fuit in viduis. qbus multe molestie inferebanť. Illã aũt excellentius habuit Maria que cũ videret filiuz illudi crucifigi z vndiq; vulnerari. nullũ impacientie signuz oñdit. nec iudeis propter hoc maledixit. Sm q testať Amb̃. in li. de virgi. Nec curuuz in oculis Marie: vel in verbis vel in actu verecundum. vt spẽs cozporis similitudine mentis fieret figura probitatis. Hec igiť virgo benedicta taliter sole pulcritudine amicta. Luna sub pedibus eius calciata. stelliscq; virtutũ decẽter adornata. hodie cognatã suaz elizabet visitauit. z spũsancto sua pñtia adimpleuit. Que cũ repleta esset illud verbũ laudabile z laude dignum humiliter eructuauit dicens. Benedicta tu in mulierib⁹ z bñdict⁹ zc̃.

¶ Sermo secũdus. De eodem festo.

Exurgẽs autẽ Maria abijt in montana cum festi
A natione. Ita scribitur Luc.j. ¶ Dicũt natura
les. Luna inter omnes planetas aut stellas er
raticas est nobilissimi cursus: non eñ tardat in
motu suo. sed citissime vltra alias planetas per
transit suam speram. qđ sit patz. Saturnus cõ
plet cursum suũ in triginta annis. Jupiter i du=
odecim annis. Mars in duob⁹ annis. Sol aũt
ccc.lxv. diebus ꝛ sex horis. Similiter venus et
mercurius. Sed luna in .xxx. diebus. Et causa
istius est non ratione tarditatis motus q alij
planete tardius complent cursum. sed ratione
inequitudinis speraꝝ. Sed luna habet breuissi
mam spera. iõ percurrit oia signa in totidem di
ebus: que sol tm̃ in anno potest omnia pertran
B sire. ¶ Spualiter per lunam glorioſissima vir
go Maria designatur. De qua dr̃ Cantic. vj.
Que ẽ ista que pgredit quasi aurora cõsurgẽs
pulcra vt luna electa vt sol. Cui cõsonat pš. lx=
xxviij. Maria ẽ luna ieternũ perfecta. Et meri
to lune ꝓpar̃. Videm⁹ quidẽ in luna q apparet
quedã macula. ꝛ tñ non est in veritate. Qz ſm
Arist. celũ nõ recipit in se peregrinas impressi
ones. vt dicitur de celo ꝛ mũdo. Et qz luna est
pars celi vtputa luna ꝛ stelle que sunt eusdem
nature cuius est celũ. vt dicit ibidem. Sed hec
macula. vt dicit auerrois super de celo ꝛ mun
do. Surgit ex illo q luna est corp⁹ rotunduz ꝛ
rarum in medio. Et ideo in medio propter ra=
ritatem nõ potest reuerberari lumine solis. Jõ
penetrat ipsuz in medio. ideo ex hoc surgit illa
macula. Marcian⁹ aũt dicit q prouenit cũ ad
terram propinquat: ex cui⁹ vicinitate ꝛ nebulo
sitate trahit quasdam sordes. Qñ aũt ad altio
res ascendit circulos claret nuda: ꝛ nullis ma=
culis obnoxia tunc videt. Ita pulcerrima nr̃a
luna beata virgo in isto mundo apparuit inter
peccatores quasi maculata. que tamen in veri=
tate nullas maculas habuit. nec cogitationib⁹
que semper fuerunt sancte. nec affectionib⁹ que
semper fuerunt munde. nec intentionibus que
semper fuerunt recte. Ita vt de ipsa verificatur
illud Cãtic. iiij. Tota pulcra es amica mea: et
macula non est in te Et illud figuratũ fuit Heñ.
xlij. Quando tempore famis tota terra egypti
fuit tributaria pharaoni septem annis. sola ter
ra sacerdotum: regis priuilegio erat exempta.
Ita etiam tempore famis gratiarum in mundo
quando omnes homines fuerunt tributarij dy
aboli. sola Maria ex puilegio summi regis fuit
exempta. qz non fuit solum de ordine sacerdo=
tum. sed ꝛ regum. ſm q canit ecclesia. Germie
regali nec non pontificali ꝛc. Si enim habuiſſz
aliquam maculã peccatoꝝ. concipere nõ potu
isset regem angeloꝝ. quem nuper iam concepe
rat: ante q elizabet visitauit. Jdeoqz qz fuit ex=
pers mortaliuz peccatoꝝ. ꝛ dignissima ꝛ mun=
dissima omniuz. ideo velox fuit in suo motu ad
omne bonum. ꝛ nullus homo in toto vniuerso.
Ita velox legitur fuisse ad bonum faciendum si
cut Maria domina bñdicta. Quare hoc? quia
habuit speraꝫ breuissimã. hoc est paruam. Velut
veri⁹ dicã nullã ad hec trãsitoria. Jdeo fuit ve=
locissima ad oia bona opera. qđ principaliꝫ pa
tet in euangelio hodierno. quia festinanter ibat
ad elizabet. vt ipsam benigne salutaret Johãnẽ
spũsancto ex presentia filij repleret. Et postea
matrem sibiqz in partu humiliter deseruiret. et
hoc est qđ dicit euangelista. Exurgens maria
In quo tria tanguntur. ¶ Primo v̄ginis salu=
tatio cordialis. ibi. Exurgẽs maria. Scđo io
hannis exultatio incarnalis. ibi. Et factum est
Tertio humilis cõmendatio virginalis. ibi. re
pleta est. ¶ De p̄mo ẽ notandũ q⁹ Pli. in spe.
natur. dicit. q⁹ canicula est huius nature. qñ se
sentit p̄gnatã ꝛ cito pariturã. festinanter vadit
in montana. ꝛ minus timet semitas rectas siue
tritas ab hominib⁹. q̄ semitas a feris cognitas
qz est animal placidissimũ. Et si a cane fugiens
vrgeretur. ad hominem fuget vltro. Et signifi=
cat virginem Mariã. qz cum sensit se pregnatã
a spũsancto. ꝛ in vtero haberet filiũ dei. confe=
stim ascendit in montana ad elizabet salutandã
De qua dicit Bern̄. in ſmone de natiui. Jobis
dicẽs. Ascendit virgo cũ festinatione in domũ
Zacharie ad salutandũ elizabet. portãs in vte
ro filium dei. regez glorie dñm maiestatis leta
ad congaudendũ: ꝓmpta ad seruiendũ: consue
ta ad benedicendum. Occurrit illi Elizabet ꝛ
antiquis sterilitatis. carens opprobrijs amicũ
sponsi preconem verbi felicissimo vẽtre deporz
tauit. Junguntur amplexibus veniunt ad oscu
la. felices vteri regemqz ꝛ militẽ: nisi duo tener
rimi parietes diſiungunt Quis miratur si exul
tet puer: ad tam proxime diuinitatis affatus?
hec illa. Et hoc innuit apostolus. q⁹ sic incipit
In diebus illis quando. s. misit de⁹ filium suum
vnigenitũ in temporis plenitudine. qui fact⁹ est
quo ad corp⁹ ex muliere. vt eos qui erant sb̄ le
ge redimeret. Ad Hall. iiij. Quando celi desu=
per rorauerunt: ꝛ nubes iustuz pluerunt. quod
ſm rectos patres diu fuit desideratũ. Jux illõ
Rorate celi desuper ꝛc. Isa. xlv. Qñ mõtes dul
cedinem stillauerunt. ſm q dixit ppha Jobel.
iij. In die ille stillauerunt montes dulcedinem
ꝛ colles fluent lacte. qñ virgo animo angelo cõ
senserat dicẽs. Ecce ancilla domini. Jaz conce
perat: ꝛ angelus discesserat. In illis dieb⁹ exur

gens Maria de loco cõtemplationis. oronis
z deuotionis. in quo erat clausa qñ angelus si-
bi conceptũ filij dei nunciauit. abijt in monta-
na. s. a nazaret in hierusalẽ. que erat in monta-
nis: sicut z tota iudea. Quia dicit magr in pro
prie. li. xv. Q hierosolia abundat in cedris: pal
mis z cipressis. z nobilissimis alijs arboribus.
insignis plena virẽs malagranatis: z oliuis. q̃
oia solent crescere in montanis. Jõ dicit euan-
gelium. Q maria exurgens abijt in montana.
Mistice intelligitur q Maria que est nobilis
simis his arboribꝰ comparata Juxta illd Eccli.
xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. z
quasi cipressus in mtõe syon. Quasi palma ex-
altata sum in cades. q hic vna cedrus aliaz vi-
sitauit zc. Cum oñe simile applaudet suo sili
ix. ethi. Hoc ex loco a Maria q̃ sedebat in con-
clauí. i. in cõtemplatione discere nos oportet si
volumꝰ vt deus sic nobis inclinet. Quia dicit
Fortunatus in omelia. Nequaq̃ se deꝰ deuote
aie applicat nec inclinat. nisi se totam in cõte
platione erigat z occurrat. Sed sicut Maria
de hac cõtemplatione surrexit se in vita actiua
etiam se exercere voluit. ita non semper oportz
nos esse in orationibus: z cont̃plationibꝰ. sed
interdum actiuam vitam contemplationi pfer-
re. quia actiua vita q̃uis magis laboriosa: z mi
nus secura. est tamen secura. vt ex de renũcia.
c. Nisi cũ pdẽ. Et hoc bene perpẽdens Maria
prudentissima. exurgens de quiete cõtemplati
onis: abijt in montana ad laborem. z hoc cum
festinatione: vt elizabet autique seruiret. Ad̃ p
bat san. Amb. in omelia hodi. dicẽs. Angelus
cum abscondita nunciaret vt fides astrueretur
exemplo femine sterilis cõceptũ. s. virginis nũ-
ciauit. vbi hoc audiuit Maria nõ quasi incre-
dula de oraculo. nec quasi incerta de nuncio.
nec dubitans de exemplo. Sed leta p voto re-
ligiosa: pro officio festina: pro gaudio in mõta-
na perrexit z visitauit elizabet Etiam dic̃ glo.
q̃uis Maria festinanter iuit pro desiderio ser-
uiendi. tñ multo magis pudore virgineo retinẽ
di. qz nõ gaudebat diu videri in publico: nec si-
bi contrahere colloquia viroz. Sic etiaz no
stre virgines faciãt: z sumant exemplũ ab ista v̄
gine pudorosa. similiter z mulieres ne in plate
is sole sine necessitate frequenter currant. z col
loquia cum viris misceant. ne eis cõtingat sic
dyne v̄gini filie iacob de qua legr Gen. xxxiiij.
Q sola egrediebaꝫ de domo: vbi debuisset mã-
sisse tanq̃ verecũda. Ideo exiuit vt videret mu
lieres illius regionis. Sed cũ vidisset eã siche
filius Amor. qui erat princeps ciuitatis: rapu-
it eam per potentiam: z dormiuit cũ ea vi opp̃
mens virginẽ. Ideo tu virgo z tu mulier. Si cõ
tigerit te ire de domo parentũ: aut propria exẽ
plo marie. Nõ stare in plateis maneas: nec cũ
adolescentibus fmones cõmisceas. Quia Eua
cauta cum serpente colloquia habuit. Ideo la-
psa in peccatũ mandatũ fregit. vt hr. Gen. iij.
Jõ fac fm exẽplu Marie z doctrinã Amb. in
omelia q̃ ait. Discite virgines nõ circũcursare
alienas edes. nec cõmorari in plateis: nõ in pu
blico cõmiscere sermones. Maria in domo se-
rata: festina in publico. mansit apud cognataz
suam. hec ille. Sed prochdoloz hoc exemplum
virginis verecundissime multũ spernit a virgi-
nibus z mulieribꝰ impudicis: que dimittũt ho-
minũ edes: z currunt ad theatra: ad spectacu-
la conuersantium. z hoc faciũt frequẽtius in di
ebus festiuis. quod tamen in iure prohibetur.
de cõse. di. j. in. c. q̃ die. Qui die solẽni ptermis-
so ecclesie quentu ad spectacula vadit excõice
tur. Nec tñ tales mulieres inuerecũde cessant
a fmonibꝰ i plateis. Sed cachinnationes cũ vt
ris faciũt. vt in quarto domo aliq̃ audiuntur.
Seneca in epla ad lucillum. Risus tuus sit sine
cachinnatiõe. Sed sic non fecit felicissima v̄go
Maria. que dimissa inhonesta loca: intrauit in
ciuitatẽ iuda. hoc est in hierusalẽ. que interpre-
tat visio pacis. ad domũ zacharie pris Johis
baptiste. Intrauit ad designandũ q loca suspe-
cta non amaret. nec etiã vox eiꝰ nunq̃ audita
est in plateis. Quia fm Amb. in li. de v̄ginita.
Nihil procax in verbis. in actu inuerecundum
non gestus non incessus nõ vox vt ipsa corpis
species ymago fieret mẽtis figura probitatis.
hec ille. Vox aũt virginis que erat consueta ad
salutandũ: elizabet salutauit. vt dicit euãgelista
Ideo dicit Bern. in fmone de nati. Johis. Fe
lix elizabet ad quam mater properat saluatoris
quã salutationis obsequijs celoz imperatrix
honorat. hec ille. Salutauit eñ Maria prior
sicut humilis virgo. z sicut minor maiorem. q
tũc moris erat. Quia fm Amb. Decens est vt
quãto castior sit v̄go: tanto sit humilior. Nouc
ritq̃ deferre senioribꝰ honorẽ: sicut in gra hu-
militatis: in qua ẽ pfessio castitatis erat sublimi
or. Et subdit. Discite eñ v̄gines hũilitatẽ Ma
rie Venit propinqua ad, primã: iunior ad senio
rem. nec solũ venit: sed prior salutauit. Sed q̃
re venit: patet aliqualiter ex iam dictis. vt Eli
zabet in partu ministraret. z grauedine pregnã
ti iuuencula deseruiret. Sic debent facere iuue
nes mulieres. vt humilitatẽ antiquis cognatis i
puerperio seruiant. z eas visitent. fm q̃ docet
Amb. in omelia hodierna. Discite inquit vos
mulieres sancte quã pregnatis exhibere debea
tis cognatis reuerentiaz. Maria que ante sola
in intimis penetrabilibus conuersabatur non

a publico virginitatis pudore: non a studio aspe
ritatis montiũ: non ab officio, plixitas itineris
retardauit. hec ille. O quã beatũ puerperiũ eli
zabet. & beata natiuitas Joh̃. qui dei gr̃a inter
pretatur: ad quod Maria humilis venit. Sed
nũc ad puerperia diuitũ mulier nõ nisi veniũt
superbe mulieres, ad pauperem aũt venire de-
dignantur. Veniunt enim in peplis et vestibus
pulcriorib⁹ quas habent. Ibiq; vna pre alia
apparere vult & videri. & singula gesta tractãt
& exponunt: que etiam turpia sunt: alias inebri
antur & rixanť. Idcirco credendũ & timendũ ẽ
q; Joh̃. dei gratia nascatur q; dñs dic̃ Math̃.
xviij. Ubi duo vel tres fuerint cõgregati in no
mine meo: ego sum in medio eor̃. Hic b⁹ hic cla
ruit. in Maria & elizabz legitur q; repleta ẽ spi
ritusancto Luc̃. j. Sed in cui⁹ nomine iste muli
eres supbe ꝯgreganť: nescio. operib⁹ tamẽ ostẽ
dunt. q; non in nomine domini. qz vbi deberet
esse gratia dei. Ibi portantnr cantri ampli & re
sonant cãtilene theatrales & scurriles. Et si ibi
esset gratia dei ipsam prorsus effugarent. // Et
hoc quo ad primũ. // Quantum ad secundum
breuiter est notandum. Naturaliter scim⁹ q; a
quila vel alia auis habz pullos suos in nido nõ
dum euolatos. si illa volat ab eis: & diu abest.
pulli interim fame angariantur. Si postea mat
venit. pulli in aduentu ipsi⁹ plaudũt & exultant
& signa leticie ſm modulũ suũ exprimunt & ostẽ
dunt. Tũ qz venit illos ad cibandũ. tũ qz venit
ad excubandũ. Moraliter per aquilam x̃ps
dei filius intelligitur ab alto celor̃ descendens
in vter̃ virginalẽ. hic habuit pullos diu dere
lictos. quor̃ aliqui adhuc fuerunt in nido vide
licet lymbo sancti patres. Sed vnus .s. Joh̃es
pullus principalis fuit in nido vteri maternalis
& non euolauit per natiuitatẽ. Ideo qñ christus
venit ad ipsum cibandũ: gr̃a spũssancti signa le-
ticie oñdit. vt in presentia ipsius motu corporis
& plausu manuũ exultauit. Et bene potuisset di
cere verba q̃ dixit virgo Maria. Exultauit spi
rit⁹ meus in deo salutari meo Luc̃. j. Et hoc co
gnouit mater elizabet. Ideo dicit euangelista.
Et factũ est vt audiuit salutationẽ Marie eliza
bet. exultauit infans in vtero eius. Ubi dicit
glosa. qz sensit aduentũ dñi & redemptoris sui.
in cui⁹ presentia exultatio & iocunditas summa
Ideo tũc Joh̃es tristari non potuit. Ideo dic̃
Berñ. in ſmone de natiuitate ipsius. Puer Jo
hãnes multo matre felicior. qui salutãtis maie-
statez agnoscẽs infra tenebras in velamine vi-
scer̃ gaudio gaudet. qz vim beate salutationis
attẽderat. hec ille. Et in hoc miraculo oñditur
christũ per exultationẽ Joh̃is aduenisse qui p̃-
mo sumpsit gratiã aduenientis ſm q; dic̃ Amb̃.
in omelia. Vide distinctionem singulor̃ & vbo
rum, pprietates. vocem p̃or elizabet. sed Joh̃.
p̃ior gratiam sensit. Illa nature ordinem audi
uit. Iste ratione misterii exultauit. Illa Marie
Iste dñi sensit aduentũ. Tunc impleta ẽ predi-
catio angeli qui dixit. Et spũsancto replebitur
adhuc in vtero matris sue. Sed antea non fuit
repletus spũsancto ſm Origenẽ. nisi assisteret
illa q̃ x̃pm gerebat. O si iohanes tm̃ exultauit
qui x̃pm oculis carnalib⁹ adhuc existens i vte-
ro nondũ vidit. Quid tũc illi exultabũt qui de-
um facie ad faciẽ in manifesta revelatione vide
bunt. Ideo dicit ps̃. xlviij. Exultabũt sancti
in gloria. // Quantũ ad tertium est notanduz
Refert Solin⁹ de mirab̃. mundi. Q; elephan-
tes luna crescente petũt amnes & spargi liquo
re solis ortuz salutant. motib⁹ quibus possunt
quo facto ad salt⁹ & habitacula reuertunť
Mistice per elephantes que sunt aialia magna
& benigna. sunt Maria & elizabet recte desig-
nate. qz mie magnitudo & benignitas Marie.
non põt mensurari. ſm q; dicit beat⁹ Berñ. in
quodã ſmone. Quis mie tue o beata vgo lon-
gitudinẽ: latitudinem: profunditatẽ atq; subli-
mitatẽ: queat inuestigare? Nã longitudo ei⁹ vs-
q; ad nouissimũ diẽ inuocantibus eam subueni-
et. Latitudo ei⁹ replet orbem terrar̃. Sublimi
tas eius superne ciuitatis inuenit restauratiõz
Et profundum eius nũc sedentib⁹ in tenebris &
vmbra mortis obtinuit redẽptionẽ. hec ille.
Elizabet etiam dr̃ magna propter magnum p̃-
phetaz: quẽ gestabat. q̃ & maior fuit q̃ prophã
Math̃. xj. Idcirco more elephantũ cõuenerũt
in domo zacharie. qñ nequicia huius mundi q̃
per lunam designatur creuit & abundauit. Et
caritas multorum refriguit. vt dicitur Math̃.
xiij. Sz quia ambe perfuse erãt gratia r̃ liquo-
re. ideo ortũ noui solis iusticie deuote salutaue
runt. Sicut patet manifeste de Maria q̃ dixit.
Magnificat aia mea dñz &c. Similiter elizabz
repleta est spũsancto. & clamauit voce magna
hoc est deuota & magis clamorosa. & x̃pum no-
uum solem salutauit. Sed qz erat plena spũsan
cto cognouit. ſm q; ait Hiero. in li. de p̃rogati-
uis btẽ vginis. Q; magis remunerat deus cul-
tum q̃ matri sue impendit. q; sibijpsi. Ideo pri-
mo laudat & salutat eã dicẽs. Bñdicta tu inter
mulieres. hoc est super oẽs. qz nomẽ tuum lau-
dabunt in secula. Juxta illud Prouerb̃. vltio.
Surrexerunt filie eius & beatissimam predica-
uerunt vir eius & laudauit eam. Et tunc sũbiun
git salutationẽ christi. Benedictus fruct⁹ ven-
tris tui Et capitur hic ſm theologos. & p̃ quia
vel etiam vere. q. d. Vere christus nouus sol
qui iam est fructus ventris tui. est benedictus.

Sermo

Sed diceret quis. Unde sciuit elizabet q̄ v̄go esset prægnās: z habaret fructuz in vtero suo? p sensum nō potuit ꝯgnoscere. qz vix erat vn⁹ mē sis qđ conceperat. z mulieres nō apparēt grauide ifra spaciū vn⁹ mensis. nec eē maria dixit se concepisse. Quia fm Arist. super Math. nec credit Maria ab aliquo posse fidem adhibere mirandis relatib⁹. Ad hoc dicit Bernñ. doctoz. Q̄ per sensum nō potuit noscere ipsam prægnatam. Quia licet corpus xp̄i in primo instāti sue conceptionis: fuit formatum z animatū. tamē infra vnum mēsem nō fuit deductum ad notabilem quantitatem: q̄ mater sua posset prægnans appellare. Quō ergo cognouit? Per sanctum spiritum: quo statim fuit repleta cū v̄go eaz salutauit. nō tn̄ ante fuit repleta quā filius. Sed filio repleto resultabat in parentem. etiā p istū spiritūsanctum. Mariam esse matrem domini cognouit per hoc q̄ dixit. Et vnde mihi hoc q̄ veniat mater domini ad me. q. d. Quibus meis meritis accidit hoc mihi sterili z seni. z fm reputationē boīum maledicte. vt veniat mater dñi mei ad me. s. virgo bñdicta z fecunda. Hoc fm Amb. in omelia nō dixit quasi ignorans Sz qz humanū hoc non merito. sed diuine gratie munus esse cognouit. Ideo dixit. Unde mihi h⁹ ꝛc. Ecce enī vt facta est vox salutationis tue in auribus meis. exultauit infans in gaudio. qz gaudius est mente interi⁹. z exultationē oñdit motu corporis exteri⁹. qz de presentia sponse gaudet amicus sponsi. fm illd Joh. iij. Amicus q̄ stat in gaudio: gaudebit propter vocem sponsi.

¶ Et dicit August. ad dozdanū. Q̄ hec exultatio iohannis potuit fieri duobus modis. Uno mō q̄ iohannes per spūmsanctū cognouit dñm presentem in vtero virginis. Et sic oportet dicere q̄ in eo fuit acceleratus vsus ratiōis. Alio mō q̄ iohannes nō cognouerat saluatoziſ presentiam. Sed mater eius que habebat vsum ratiōis Illa tamē motio pueri z exultatio facta est ad declarationez sanctitatis virginis z prolis. nō tamen determinate asserit August. Sed dic̄ siue hoc modo: siue illo facta sit exultatio ad tribuenda tn̄ est diuino miraculo. qz non potuit fieri per naturā. Alij tn̄ doctozes vt Grego. z ceteri tenent. q̄ facta est p̄mo modo. Et post q̄ elizabet Mariam ex ammirabili vocis z salutationis virtute ꝯmendauit. Cōmendat eam consequenter ex fidei magnitudine dicens. O beata que credidisti qm̄ perficient̄ in te. que dicta sūt tibi a dño. hoc est ab angelo misso a domino q̄ dic̄ per ps̄. lxxxviij. Que pcedūt de labijs meis non faciā irrita. Et tantū de isto.

¶ Sermo p̄mus de sancta Margareta v̄gine.

INuenta vna preciosa margarita. abijt z vendidit omnia bona sua que habuit z emit eam. Math. xiij. ¶ Ad experientiam hoc videmus q̄ si stultus homo vel mercator inuenerit venalem rem pulcram z preciosam ipsam nō curat cōpare. Sed pocī in re vili delectatur. Hic est similis gallo. de quo Esop⁹ talē refert fabulam Quod gallus solicitus pro cibo. vertere cepit simum. z cū sic verteret gēmam inuenit precio sam. quam cū vidisset ait. O preciosa res cur vilescis hic in simo? si sors dedisset te artifici fulgeres ornata auro puro. Sed mihi nō es vtilis sed de tritico plus gauderē. Sic facit quilibz stultus qui de preciosa re non curat. vt vellet ꝯpare eā tāto precio quāto hec valeret. Jō dic̄ Sap̄. Prouer. j. Sapiaz aūt z doctrinaz stulti despiciunt. Sapia p̄ciosioz est cunctis opibus. Prouer. iij. Sed ecōtra prudētes mercatozes rem preciosam care emunt. nec pecunie pcunt nec vellent rem vil⁹ emere quā valeret qm̄ stulti sciāt hoc esse inhibitū in canone. xiij. q. iij. c. Canonū. ¶ Spūaliter per stultū mercatozem Olibri⁹ prefect⁹ intelligitur. q̄ fuit de numero illoz. de q̄b⁹ ait apostolus ad Roma. j. Dicentes se sapientes esse in tpalib⁹. stulti facti sunt in spūalibus. z mutauerunt gloziam incozruptibilis dei. in similitudinē ymaginis cozruptibilis hominis. z volucrum quadrupedū serpentum. Hic more galli vertens in simo luxurie inuenit p̄ciosam margaritā. s. margaretā v̄gine gloſam de qua hodie cantat eccl̄ia. Margare. speciosaz sponsaz christi generosaz veneremur hodie Sed cū inuenisset eā virtutib⁹ adornataz. fide decoratā: sibi cōtrariā respuit. vt verificet illd Math. vij. Nolite sanctū dare canib⁹ nec mittetis margaritas añ porcos. ne conculcēt eas pedib⁹. Fuit enī olibri⁹ preteruus libidinosus. Ideo hec glozioſa margarita nō fuit sibi in matrimoniū tradita. Sed christo prudēti qui eam emit sanguine. p p̄cio: et in fide desponsauit. Juxta illud Ozee. iij. Desponsabo te mihi in fide. z hoc volunt verba thematis. Inuēta vna p̄ciosa margarita. In q̄b⁹. b. margareta a duob⁹ cōmendat. ¶ Primo ex virtutū varietate. ibi Inuēta vna p̄ciosa ꝛc. Secō ab inestimabili preciositate. ibi. Uendidit. De p̄mo ē notandū. Secōm naturales q̄uis vnū aīal est minus altero in corporis quātitate. nō tn̄ interdū est minoris actionis in vtutuz varietate. Sicut h⁹ pbari pōt in natura apis. Apis cū h⁹ naturaz z valde paruuz corp⁹. z tn̄ facit meliorē fructuz

q̄ milly⁹ hñs magnū cozp⁹. Ideo dicit sapiens
Brevis in volatilib⁹ apis ⁊ inicīū dulcoris hz
fruct⁹ illi⁹ Eccī.xi. Idē pz de margarita q̄ licet
inter gāmas ē minima. ē tñ multoz pcioso-
ꝝ magnoz in virtute excessiua. Quia fm Isi. ē
oim gemmaz pciosaz candidaz pcipua.
Sic ad propositū q̄uis .b. marga. puula fuit in
A psona ⁊ teneris in annis. vtputa quindeciz an
noz. tñ multos antiquos pcellit virtutuz va
rietate. vt dicere posset illud apostoli ad gall'. j.
Proficiebā supza multos coetaneos in genere
meo. s. humano. Et etiā supercoetaneos q̄ mul
te virgines fuerunt ⁊ seniozes. que nō fuerūt tā
taruz vtutū sic hec beatissima marga. Ideo ra
tione suarum virtutum de ipsa hodie canitur.
Ibat de vtute in virtutez ardenter sitiens ani-
me salutem. De eius virtutib⁹ scribit quidam
sanctus. Sicut refert Theotin⁹. Beata marg.
fuit timoris ꝓstantia predita: ⁊ religione para
ta. Oōpatione perfusa honestate laudabilis pa
cietiaqz singularis. nec in ea religiōe xp̄iana cō
trariuz odiosa. ⁊ dilecta dño nostro Jhesu xp̄o
hec ille. Propter has ⁊ plures alias vtutes. q̄
bus fulcita erat p optime margarite gēme pre
ciose cōpaī. In hoc q̄ dicit. inuēta vna pcio-
B sa margarita propter tres causas. Qz margari
ta ē pua p oib⁹ alijs gēmis p̄ciosis. Cū em̄ alie
interdū ad manum vel digitoz repiunt quanti
tatem. margarita vltra quātitatē nucis auela-
ne crescere nō repitur. Ut dicit Solin⁹ in li. de
mirabi. mundi. Ita. b. vgo margareta fuit vna
de numero humilium ⁊ pue circa se reputatiōis
Attende ei⁹ paruitatē ⁊ humilitatē. Quia cum
esset filia pulcra summi regis gentiliū patriar-
che. nō extulit sanguinis nobilitatē: nec cozpis
speciositatem. Sicut nūc vgines facere cōsue-
uerūt. Sed humiliter nutrici sue inferiozē se in
dignitate subiecit. ⁊ oues ipsius custodiuit. qz
animaduertit dictum sapiētis: qui dicit. Quā-
to maioz es: humilia te in oib⁹ cozā deo ⁊ inue-
nies gratiam Eccī.ij. Magnam siquidem mar
gareta inuenit gratiam. qz pzo terreno patriar
cha. accepit patrem celestem Jhesuz christum.
qui nunc iubilando sibi dicit. Audi filia ⁊ vide.
Sez celestes chozos ⁊ cantica. ⁊ vide meaz diui
nitatem. in quā angeli desiderant conspicere. ⁊
inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciē
tuam. Ideo beata margareta bene olim figu
rata est per rebeccam. Qz sicut legitur de ipsa
Geñ. xxiiij. Qz erat puella pulcra nimis. Et de
bona sapientia nō tamen se de illis iactauit Sz
humiliter seruo abzabe adaquabat camelos.
Ideo propter hoc copulata est Jsaac. qui fuit
summus patriarcha. Ita beata margareta fuit
huic in illo similis. Quia canitur de ea. Erat e-
nim nimium formosa in vultu scilicet florzuit vt
rosa. Sz fuit multo nobilioz in genealoia ⁊ cla
rioz diuicijs. ⁊ tamen de illis non se presumpsit
Quia sciuit ex instinctu spiritussancti illō Aug.
q̄ scribitur in libzo ad sacras virgines dicētis
Dominica virgo nec sermonis iactantia. nec di
uicijs: nec generis nobilitate. se debet extolle-
re. Sed in humilitate ⁊ paupertate spūssancti
a christo accepta. debet quantum vixerit pma-
nere. Attende etiam paruitatem huius nobilis
sime margarete. Cum em̄ Olibzius prefectus
ita eligeret. Ut si libasset ipsam ducere vellet
in vxorem. vbi magna fuisset magnam q̄s glozia
mundi habuisz. Ipsa tanta glozia oblata se nō
extulit. Sed potius virginitatis humilitatem
vsq̄s ad mozte contēni eligens custodiuit. vt
dicere possz cū ppha p̄s. lxxxiij. Elegi abiect⁹
esse in domo dei mei. magis quā habitare in ta-
bernaculis peccatoruz. Sic nos obijcere opoz
tet superbiam ⁊ sequi humilitatem. si volumus
dyabolum sic effugere. ⁊ in domo dei habitare.
Vide prudentiā cerui. De quo referunt natura
les. Qz ceruus habet magna cozna. que ipsuz C
impediunt per nemus transeuntē. Ideo si vult
effugere venatozes dum transit per siluam coz
nua supza dozsum consueuit declinare. vt sic in
cursu non impediatur nec a canibus capiatur.
Ita nos si volum⁹ p nem⁹ hui⁹ mūdi transire a-
bijciam⁹ cozna superbie ⁊ humiliter incedam⁹
Quia dicit Hyla. super Matheum. Quz hostis
noster antiquus humilitatē sibi dominari con-
spexerit. de alijs vicijs hominez temptare non
presumit. V Secūdo margarita est candida et
pura. ⁊ precipue omniuz gemmarum candenti
um. vt ait Jsido. Ita beata margareta fuit can
dida per mentis mundiciā. vt dicere possit illō
q̄ dixit Zara Thobie. iij. V Mundam seruaui
animam meam ab omni concupiscentia. qz
sciuit q̄ virginitas secundū Bernhardum est si
gillum. ⁊ annulus castitatis gemma virtutum.
germana angelozum: lux anime: lampas eccleſie
semita securissima celestis patrie. Idez pz in au
tentica. C. de noxalib⁹ act̄. l. sanxim⁹ vbi dr̄.
Sola castitas ⁊ mundicia cū fiducia est placa-
bilis deo. Sed heu tam pauci homīes tam vi
ri: q̄ mulieres. hanc nobilissimaz margaritam D
in candoze puritatis secuntur. Quia fm sapi
entem. Quis potest dicere munduz est coz me
um: purus sum a peccatis. Prouerbiozum. ij.
Sed iacent in tenebris peccatoruz. Nec de
hoc candoze scire volunt. ⁊ signuz est quia sem
per fuerunt in carcere peccatoruz. Et nun-
quam perfecte aspexerunt lumen scripturarum

Sermo

Cuius exemplū ponit.b. Greg. in ꝓncipio.iiij dyalo. Si mulier prægnās mittat in carcerē. ibi q3 puer parit. natus puer in carcere nutriat et crescat. Et si forte mater que hunc genuit Solez: lunā: stellas: mōtes: cāpos: aues: volucres equos currentes nominet. Ille vero q̄ in carcere natus est: nihil aliud nisi carceris tenebras scit. Hec ille. Per mulierē prægnātez possum⁹ intelligere ecclesiā. que duplices ponit pueros aliquos in lumine scripturaz. et illos faciliter inducere pōt ad imitandū puritatē christi qui est ver⁹ sol iusticie. similiter lumē: et sic de alijs. Quia tales sciūt mala que inducūt immūdiciā et bona que inducūt mundiciā. De q̄ dic Amb. in hexame. Mundicia mentis sola meretur deuz in se recipere. Cui consonat Grego. Cū summa felicitatis dulcedine christus mūde aie applicatur. Sed a feda mēte in infinitū elongatur Alios aūt pueros ponit in carcerē peccatoz. sicut sunt luxuriosi et immūdi. qui sunt in immūdicia enutriti. nihil aliud sciunt: nisi q̄ sciūt manere in angulis tenebrosis. cū mulierib⁹ impudicis et opa nepharia exercere. et cum in actu nō pñt de illis loquunt. et nōnunq̄ hoim vulnerāt cozda bonoz et castoz. Recte em̄ faciūt sicut structio. De quo refert Solin⁹ in li. de mirab. mūdi Senescēs structio dū ferrū edere nequit. rostrū tm̄ studet acuere contra ferrū. Ita illi dūmodo nō possunt immūdiciā exercere: vel saltē locum non habere. ozа sua maledicta acuūt in verbis luxuriosis et fetosis. vt ō illis bñ verificari posset illud ps̄. v. Sepulcz patens est guttur eorū ꝛc̄. Si illis mater ecclesia noiaret solē iusticie xp̄m. q̄ est candoz lucis eterne: et speculū sine macula. et lunā. i. Mariā purissimā. q̄ est sole splēdidioz Sap̄. vij. Similit de stellis. i. puritate angeloz. vel noiet cāpos: boc ē sanctas v̄gines lilijs v̄ginitatis ruta castitatis pulcerrime exoznatas. et sic de alijs non placet eis. sed multū displicet et dicūt. Dic nobis placita: et audiem⁹te. Sed qz ecclesia suadet mundiciā dicēs Beati mundo coꝛde: qm̄ ipsi deum videbunt. Math̄. v. Et nō placet eis: ideo non audiūt ipsaz. Sed dyaboluz q̄ dicit eis placida Sap̄. ij. Venite vtamur bonis: et fruamur creatura taz q̄ in iuuentute celeriter venite cozonemus nos rosis anteq̄ marcescūt. et nullū pratū sit q̄ non pertrāseat luxuria nostra. Sz audiūt illi aplm ad Hebreos. xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit dñs et cōdemnabit. Tertio margarita inuenit in mari. qz quedaz pisces noīe ostrea cōcipit roze exquo fiūt margarite. quas ꝓicit i pfundū maris. Sz sapientes inq̄sitores bas p modū educūt ad portū. sicut legī in li. gēmaz. Ita beata Marga. inuenta est in mari tribulationū et passionum. cui tota immersa fuit vt sibi cōpeteret illud ps̄. lxxvj. In mari via tua et semite tue in aq̄s multis. et vestigia tua nō cognoscent. Sz xp̄s ver⁹ margaritaz inq̄sitoz descendit ad ipsaz in passione adiuuādo. Sed et hodie de mari tribulationis. ipsam manu sue potētie et ministerio angelozum ad portuz eduxit eterne salutis. Ideo potest dicere ad christum suuz sponsum hoc. Tenuisti manum dexteram meā et in voluntate tua deduxisti me. et cum gloria suscepisti me. Et tm̄ de ꝓmo. Quantum ad secundum est notanduz. Sapiens mercatoz sicut patuit in arenga. si viderit rem in mercimonijs expositaz ad vendendū que est ꝓciosa multum pro ea exponeret anteq̄ ea careret. si saltē ipsius opus haberet. Ad quod probanduz refertur in apiario. de quodam nobili abolescēte qui patre mortuo successit in regno. Et factum est vt nundine fierent in sua ciuitate. ad quam venirent mercatores: inter quos venit quidem senex. quez videns rex: interrogauit quid vena le haberet. Cui ille. Sapientiā habeo. Sz audiens rex: gauisus est. qz sapientia pertinet ad polū regendū fm̄ sapientem. Rex insipiēs perdet populū suū. et ciuitates inhabitabunt̄ p sapientes Eccl̄i. x. Et qz sapiētia est res ꝓciosissima. fm̄ illud Prouer. iij. Sapientia ꝓcediozа est cūctis opib⁹ et oīa que desiderantur non valent ei cōpari. Ideo dixit rex ad senē. Quantū dabis m̄ centum marcas? Et ille. Unum dicaz tibi inquit pro ꝓcio dicto. qđ si dū tenueris per illud regeris et reges. Et ait rex: dic. Et dixit senex. Nemere inquit nihil loquaris: nisi cogites quid sequatur. Quo rex audito pecuniā sibi tribuit. Imperauit p quā populū suum in omni iustícia gubernauit. et seipsum a morte liberauit.

Spūaliter per sapientē mercatorē christus intelligitur. qui ē eterni patris sapientia Ipse em̄ vendit et emit. vendit nanq̄ regnū celoz omnibus emere volentibus. Ideo ad terrā nostram venit et venale exponit dicens. Venale habeo quid regnum celozum. quod emitur per paupertatem. regnū laboze requies: dolore gaudium morte vita. hec ille. Attende attentius. si vis emere regnum quod est valde glozioſum. sicut canitur. O quā glozioſum est regnū in quo cum christo gaudent omnes sancti. necesse est te dare diuicias quas diligis: ipsis pauperibus quorum est regnum celozum Math̄. v. Et hic continue in bonis operibus laborare. Sicut docet apostolus. ij. Chor. ij. Laboza sicut bonus miles Jhesu christi. Et sic requiem obtinebis. Necesse etiam est hic pati tristiciam et dolorem Quia fm̄ Hieronimum. impossibile est delicijs vel gaudijs ad delicias eternas peruenire.

Ideo dixit christ⁹ Math.v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Oportet etiā vltimo mori pro christo si necesse fuerit. vt per mortem vita habeatur. Jō dicit Joh.xij. Qui odit animā suā in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam. Alias em̄ tam carā rem emere non valemus. Ita etiam christus vendidit regnū celoꝝ huic beatissime v̄gini margarere In hoc ꝙ dicit vē didit oīa que habuit. ⁊ bene regnū celoꝝ dicit̄ omnia. Quia ſm venerabilē Boetiū li.iiij. ꝓsa ij. Beatitudo est status oīm bonoꝝ aggregatione profectus. ⁊ hoc solum habetur in celo. Sed vide diligentius in passionali ꝙ ista prudens emptrix his quattuor regnuz celoꝝ emit ⁊ inuenies. Elegit em̄ voluntariā paupertatez spernens patris diuicias: vt solum regnū obtineret. Fuit etiā in labore mitis. custodiendo nutricis sue oues. post sustinēdo tortores. Ut bene posset dicere illud ps̄.lxxxvij. Ego em̄ in laborib⁹ sum a iuuentute mea. Et hoc fecit vt possideret requiem opulentam. De qua dicit dn̄s. Isaie.xxxij. Sedit populus meus in pulcritudine pacis. ⁊ in tabernaculis fiducie in requiez opulenta. Fuit etiā in dolore. vt patet in corpore lacerato. vt dicere possz illud ps̄.lxviij. Ego sum pauper ⁊ dolens. salus tua deus suscepit me. Et hoc fecit vt gaudiū haberet. De quo dicit Isa.lij. Gaudium ⁊ leticiam habebunt. ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Fuit etiā hodie demū occisa: vt vita eterna frueretur. Et nō fuit miꝝ ꝙ tanto precio regnum reloꝝ emit. Quia christ⁹ eam multo precio pri⁹ cariori cōpauit. Sicut ⁊ oēs hoīes. ſm ꝙ innuūt verba hec. ⁊ emit eam Nam diuinitatē accepit pra ea Juxta illud Isaie.lx. Erit tibi dn̄s deus tu⁹ in lucē sempiternā ⁊ deus tuus in gloriā. Secundo dedit aīam pro ipsa Juxta illud Isaie.xij. Reliqui domum meam dimisi hereditatem. Dedi dilectaz aīaz meā in manus inimicoꝝ. Et hoc testat̄ Jobis. xv. Filius hoīs venit dare aīam suam in redemptionē pro multis. Super quo dicit Orige. Animam suam dedit in mortem. vt ⁊ ipsum credentes: ⁊ se sequi volētes: ab eterna liberaret morte. Et tm̄ de illo.

Sermo secūdus. De eadem v̄gine.

Virgo venerāda in magna stans constātia. Ita canitur in hodierno officio. Plini⁹ in specu. natu. sic inquit. Muscatum est nux cuiusdam arboris in India ⁊ nobilissima. Et habet has v̄tutes. Quia naribus applicata cerebꝝ ꝯfortat. faciem discoloratam valde colorat. in cibo qꝫ modice sumpta capiti iuuamen prestat. Sed excessus eidem dolorem accumulat. quia est penetratiue nature. Spūaliter per hanc arborem nobilissimaz intelligitur christus qui est hec arbor. quam vidit quedam inclusa in tempore consecrationis succidere de calice in altari. Hec primo flores candidissimos protulit. quos capita hominum volatilio subito decerperunt. Secundo protulit virides. Tertio autem roseos procreauit. vt in miraculis inuenitur. Ab hac arbore veniunt flores virginei. Quorum vnus principalis fuit beata margareta. que bene dicitur venire a christo. Nam virginitatis florem ab ipso habuit. quem sine ipso nullus potest habere. ſm illud sapiē. Non possum esse continens nisi deus dederit. Sap̄.viij. Hic flos fuit candidus per virginitatem. Ideo dicitur a margarita que ſm Isido. omnium gēmarum est candidissima. Fuit etiā viridis in v̄tutum operatione. ſm ꝙ de ipsa canitur. Ibat de virtute in virtutem ⁊c̄. Tertio facta est rosea per sanguinis effusionē. quem intantuz effudit. vt riui in terram fluxerunt. Sed per muscatuz intelligitur sua castitas. que in ipsa cerebꝝ mentalis intelligentie confortauit. Quia dicit Fontin⁹ in descriptione vniuersi. Q̄ v̄gines q̄diu virgines sunt: tenerior ē in eis intellect⁹ ꝙ patet in ipsa. ꝙ astuciam dyaboli intellexit. Et caput eius contriuit. Juxta illud Gen̄.iij. Ipsa conteret caput tuuz. ⁊ tu insidiaberis calcaneo ei⁹. Ipsa etiam castitas faciem eius peroptime colorauit. Ut canitur. Erat enim nimium formosa in vultu scilicet floruit vt rosa. Quia ſm Salustium in Jugurtino bello. Casti homines diu effigiem preferunt iuuentutis. Sic be. margareta recte in verbis premissis dicitur. virgo veneranda. In quibus verbis duo tanguntur. Primo mentis ⁊ corporis virginitas. Secūdo tangitur per[illegible]ne ⁊ vite honorabilitas. Tertio passionis stabilitas. Primo commēdatur beata virgo margareta propter mentis corporisqꝫ virginitatem. cum dicitur Virgo. Pro quo sciendum. Apes ſm Ambrosium in hexameron. Corporis virginalis habent integritatem. Nullo enim concubitu miscentur. nec libidine resoluuntur. Nec post quaciuntur doloribus. Et tamen maximum filiorum examen constituunt. Nam cum alie volucres vix in anno singulos edent fructus apes geminos creant. ⁊ duplici ceteris fecunditatē preponderant. Spūaliter ꝑ apes. v̄gines pure mēte ⁊ corpore designant̄. q̄ licet nō ꝯmiscent̄ cōcubitu. tamen fructum maximū spiritualium fructuum generant. propter quod ⁊ fructū centesimū

Dicuntur ferre de numero illaꝝ fuit bea. margareta que naturas apiũ sagacissime est secuta Dicũt enim naturales cũ Amb. in hexame. Qꝛ apes eligunt sibi regem magnitudine: ꝛ specie magis insignem. quia si rex precipuus fuerit in mansuetudine eum clariozem habent. Itaqꝫ regem electuꝫ diligunt affectu naturali. ꝛ summa defensione defendũt. Et pro eo perire paruum putant. Ita beata margareta spreuit olibrium prefectum ꝛ elegit regem regum dominum dominantium qui ſm ps̃. xlvij. Magn⁹ dñs ꝛ laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto ei⁹. Qui est speciosus forma pre filijs hoim ps̃. xliij. Qui clarissimus in mansuetudine ſm q̃ docuit. Math. xj. Discite a me qꝛ mitis sum ꝛ humilis corde. Ideo refert theotin⁹ in legenda Qꝛ prefectus olibrius quesiuit. Quem deum colis: vel quẽ adoras? Rñdit. Deum omnipotentem inuoco. ꝛ Jhesum christum filiuꝫ ei⁹ qui meam virginitatem custodiuit immaculatã ꝛ illesam. Et potuit bene dicere illud quod canitur de virginibus. Regnũ mundi ꝛ omnem ornatum seculi contempsit propter amorem dñi nostri Jhesu xp̃i. Pro ipso etiam pugnauit contra dyaboluꝫ ꝛ olibriũ a quib⁹ multa sustinuit obprobria ꝛ cõfusionez. vt dicere possit ad xp̃z regem suuꝫ illud ps̃. xlviij. Qm̃ propter te sustinui obprobriũ opperuit confusio faciẽ meã. Nam illa facies que prius flozuit vt rosa. in passione facta est vt sanguinosa. Et pro ipso rege suo perire corporaliter estimauit. secũduꝫ q̃ legit in legenda vbi dixit. Xp̃us seipsum pro nobis tradidit in mortẽ. ꝛ ego pro ipso mori non dubito. qꝛ me suo signaculo consignauit. Et nos exemplo suo huius apis sagacissime margare. sanctissime querere nobis debemus regem magnum christum ꝛ diligere ipsum. Ad qõ faciendum monet nos Auguſt. dicẽs. Elige tibi illuꝫ amicũ pre oib⁹ amicis tuis regẽ christum. qui cum omnia subtracta tibi soli fidem seruabit in die sepulture cum amici tui recedent a te ille te non relinquet. sed tuebitur te a rugientibus p̃paratis ad escã: ꝛ perducet ad ignotã regioneꝫ ad plateas celestis bierusalẽ: vbi collocabit te cũ angelis ante faciem sue maiestatis. vbi est cumulus felicitatis: supereminens glozia: superabundans leticia ꝛ oia bona. hec ille. Secundo apes virginee aerem mundum ꝛ serenũ diligunt. quia tũc plus de roze inueniunt: tempora autem pluuiosa eas impediunt. Odozes etiam fetidos: ꝛ ceteros fumos maxime fugiunt ꝛ odiunt. sed in rebus odoziferis iocundantur. Ita beata virgo margareta serenitatem interne cõscientie dilexit. Juxta illud ps̃. xliij. Omnis glozia eius filie regis ab intus. Quia scuit conscientia bona. ſm Hugo. li. primo de anima. Est titulus regionis: templuꝫ salomonis: ager benedictionis: ozrtus deliciarum: gaudium angelozum: aureum reclinatozium: thalamus regis: aula dei: habitaculum spiritussancti: liber signatus in die iudicij appetendus. Hec ille. Ideo odiuit loca fetida peccatozum. ſm illud. ps̃. xxv. Odiui ecclesiam malignantium: ꝛ cũ impijs non sedebo. Si enim sedere voluisset cũ impio prefecto Olibrio: bene habuisset in eius domo. ſm q̃ dixit tortor. Crede margaretha prefecto: ꝛ bene tibi erit super omnes puellas. Sed noluit. fugiens more virgineaꝝ apum malozum ꝛ fetentium consortium peccatozum. Ita ꝛ nos curare debemus de serenitate interiozis conscientie. Quia ſm sapientem. Secura mens quasi iuge conuiuiũ Prouerbior. xv Et si illam habemus de vituperio curare non debemus. sicut dicit Augustinus. Et habetur. xj. q. iij. ca. Quid obest homini. Qꝛ de illa tabula eũ vult delere humana ignorãtia. Si de libro viuentium eum non delet iniqua conscientia. Tertio apes virginee diligunt sonuꝫ naturalem: siue dulcem: siue etiam instrumentalem. Ideo dicit Aristote. in libro de animalib⁹ Quãdo apes de alueario volauerint. si rector auium voluerit eas reuocare. debet cantilenas dulces cantare: ꝛ suauen sonum facere: quibus citius attrahuntur. Sic beata Margareta apis virginea multum dilexit dulcem sonum eloquiozuꝫ dei q̃ patet. Quando nutrix sibi expo fuit: quare deus pati voluisset: et crucifixus esset. Ideo potuit dicere illud ps̃. cxviij. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domie super mel ozi meo. Ideo cum dulci cantu angelozum ad celeste alueare introducta est felicissime et attente. Et quia fuit nõ mixta concubitu olibrij. Ideo ſm naturam apum magnum spiritualiuꝫ filiozum examen constituit. Quia vna die quinqꝫ milia virozum domino generauit mulieribus ꝛ paruulis exceptis. Ita vt de ipsa posset dicere illud Ysaie prophete. ix. Multiplicasti gentes. Sed non magnificasti leticiam. Nam quãdo per ipsam crediderunt: olibrius non est effectus letus: sed iratus. Quare iussit tortorez: vt ipsam decollaret. Et tantũ de primo. Secdo commẽdatur beata margareta a persone ꝛ vite honestate. cum dicitur. Veneranda. Ubi est sciendum. Aristotelis quarto ethicoꝝ dicit Qꝛ solus bonus ꝛ virtuosus honorandus est. quia prauus honore non est dignus. Et ponit rationem ibidem dicens. Honor est premium virtutis. Ideo homo si bene et virtuose vixit ẽ dignus honore. Sin autem dignus vituperio. quia per solam virtutem ad honoreꝫ peruenit.

Spiritualiter p hec animalia intelligunt peccatores aut peccata. Quia sicut illa suprādicta animalia capita debilia habent ⁊ lesis capitib⁹ moriūtur que etiam lesio per leuem punctura fieri potest. Sic peccatū mortale est adeo debile q cū leui displicentia necat ⁊ fit nihil. Teste Cesario in dyalogo qui ait. Nullū peccatum est mortale si displicet ⁊ nullū veniale si placet. qz fm Aug⁹. de vera religiōe. Et ponit. xv. q. j. c. qō aūt. Non est pctm̄ nisi sit voluntarium. et si displicet volūtas imutatur: ⁊ sic peccatū necat qō figuratū fuit in peccato Dauid qui adulterium perpetrauit ⁊ militem suum fidelem vriā. pditorie interfecit. vt habetur. ij. Regum. xi Veniens aūt ad ipm natan. ppheta. pponēs sibi parabolā. Ex q̄ correxit eū qui dixit vnicū verbum Peccaui. Cui natan. Transtulit dñs pctm̄ tuū nō morieris. sed filius tuus qui tibi natus ē morietur. Idem de publicano Luc. xviij. Et quia peccata sunt tam debilia ad occidendum. tamē si peccator venerit in pfundum extrahi pt difficulter. Quia fm sapientē. Peccator si in pfundum venerit pctō ꝓtēnit Prouer. xviij. Quid ꝓtemnit. dicit Glo. lyre. Deū cui⁹ monita interiora ⁊ documēta pdicator ꝓtemnit. i. non audit. Contemnit etiaz seipm quia p quolibet vili dat aurum. p obulo vt luxuriosus. p delectabili momentaneo ⁊ sic de alijs. Qō valde grauiter pnt capi nisi venerit sonus dine pdicationis sonantis eterna premia vel tonitrua seuere cōminationis sonantis eterna supplicia. Tūc exeūt peccata de conscientia sicut dracones ⁊ fpentes de cauerna. qō figuratū ē Apoc. xij. vbi legit. q facte sunt voces ⁊ fulgura. ⁊ ecce visus ē draco magnus habēs septē capita: hoc est septē capitalia peccata: hec bestia est maria Magdalena. de q̄ dñs eiecit septē demonia Mar. vl. Sed postquaz audiuit vocem dulciter predicantis. pñiaz agite appropinqbit enim regnuz celoz Math. iij. Sil'r austeritatē tonantis nisi pñiam egeritis omnes pibitis Luc. xiij. Stati exiuit de pfundo vicioz ⁊ intim̄ exarsit in dei timore q omnia membra que pus ad vanitates et peccata extenderat postea illa xpo seruiebāt cōplens dictū Pauli dicentis. Sicut exhibuistis membra vestra ⁊c. In quibus duo tanguntur. Primo excedentie memoratio dolorosa. ibi. sic exhibuistis. Scdo pñie recōpensatio fructuosa ibi. ita nūc ⁊c. De pmo notandū. Dicunt naturales cū Amb. in exame. Q apis est valde diligens i officio seu obsequio sui regis. et si aliquo modo ꝓtra ipm excesserit aut ei nocuerit adeo ꝓtra se irascitur q seipam tamdiu punit quousq mozitur. vel saltē ab alijs apibus necat. Idē refert Albertus de pfis. q tales hoies si excedunt ꝓtra ipoz regē seipos puniūt vel adiudicatuz regis moz suspendūtur. Moraliter per apē hic signatur maria magdalena. quia recte sic apis multos habet pedes per quos se inuoluit. Ita maria magdalena multos habuit malas affectiones ad peccata que actu perpetrauit. qō testatur Greg⁹. super illo verbo Marc. vlti. Surgens ihesus mane pmo sabbati ⁊ apparuit pmo Marie magda. de qua eijcerat septez demonia dicens. Maria septē demonia habuit que vniuersis vicijs plena fuit. Fuit etiā valde diligēs in obsequio diaboli quia multas animas pnta uit sibi quas a summo rege auertit. Ideo dicebatur ante conuersionem magna quasi manēs rea per obligationem ad penam eternam. Ido circa hec bene api cōpatur que se tot sceleribus turpibus pedibus inuoluit vt peccatrix publica amissio noie. ppzio dicebaē vt habetur Luc. vij. Sed diceres Quare tamē ipa intantū vituperatur cuz fuerit mulier ⁊ a pluribus dicatur virgo fuisse. Sed lasciua dissoluta ⁊ supba. Ad hoc dico q non sibi hec ad vituperiū nec contumeliā. Sed ad eius extensam cōmendationē et dine miscōie magnā exaltationē quia magis est de stercore aurū fabricare purissimum. et ex eo monile fabricare pciosissimū q̄ de auro existente monile facere ita hic. Si deus fecit tam pciosissimuz monile ex tam fetidissima peccatrice magis certe fuit q̄ de alio mundo siue munda. nec dico q fuit virgo cum multi sancti doctores videnē incōtrariū sonare. quoz vn⁹ ē leo

papa tractans illud Matth.xxvi. Tunc abiēs vnus de duodecim dicens .ante ꝓditionis tps meretrix super caput eius vnguētum fudit z qñ ꝓstituta lupanar exiuit. Tunc discipulus ille ie benna intrauit. Cui consonat Aug⁹. in li. de cō flictu vicioꝝ z virtutū dicēs Meretrix illa bta omni genere fornicationū fuit plena. Ad idē est Crisꝰ. in li. de Juda traditore qui dicit paulo an te. meretrix ꝯbito pudica processit z ꝓfunda ab rupta peccatis serenitatis portū agnouit. quā do illa mercedem sui corporis abdicabat. Tūc ille preciū sanguinis sui mgri postulabat .hec il le. Nec dico q fuit meretrix qz multe ppt dissolutos mores dicūtur meretrices q̄uis ope non perpetrent luxuriā. Sed hoc dico q̄uis peccatrix magna tñ veniam inuenit. et optimā partez ¶ nūc elegit. Sicut scribitur Luc.x. Sed idcirco quia accessit multipliciter contra regē dñm more apis se puniuit. Nam memorans peccata sua magna z excessus graues dolorose in mente anxiebatur: et potuit dicere cum Manasse.ij. Paralipo.xxxiij. O dñe peccaui super numerū are ne maris z multiplicata sunt peccata mea z nō sum dignus videre altitudinē celi pre multitudine iniquitatis .quia irritaui iram tuam et malum coram te feci. Potuit etiam dicere cuz filio prodigo vel parabolis Luc.xv. O pater peccaui in celum z coram te: et nō sum dignus vocari filius tuus fac me sicut vnum ex ministris tuis. Et vere feliciter hec mulier memorata est tam flebiliter sua peccata .Quia dicit sapiens. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur scz in viam salutis. Qui autem confessus fuerit z relinquit misericordiam ꝙsequetur Prouerb.xviij. Perpendit etiā damnū qđ incurrit. Jō potuit dicere illud deuoti Amādi qđ ponit in horalogio sapie. li.j.c.iiij. Quis det mihi mēbranas celi habentes latitudinem: attramentum maris: excedēs q̄titatē. et calamos tot quot arboꝝ folia z prato ꝝ gmina vt pstringere possez dolorē simulq; damnū irrecuperabile qđ incurri. qz dilectum meū pdidi scz per pctm̄ .hec ille. refert mgr. xij ꝓpietatum. Et cyconia qñ ex multitudine senij sentit se grauatā aquā marinā amaram intra rostrū recolligit q̄ per stercora in ventrē mittit: q̄ aqua mollit cibi cōpacti duriciā. et mordicādo intestina superflua eijcit z expellit. Ita fecit beata Maria Magda. Quia sentit se grauatā multitudine peccatoꝝ vt cōuenienter dicere posset cum Ps̄. xxxvij Quoniā iniquitates mee supergresse sunt caput meū Jō ab his purgaret: recepit aquā amaram cōtritionis dolorose .qz erat plena vt dicere potuit illud Ruth.j. Ne vocetis me noemi. i. pulcram: sed vocate me maram. id est amarā. quia valde amaritudine repleuit me oīpotens. ecce q̄tum dolorem z amaritudinē habuit in se felicissima peccatrix ꝓ peccatis. Ne ista amaritudo largissime lachrymas expellerz quibus pedes dñi abundantissime lauaret. Et q̄tum se mētaliter puniuit nullus exprimere sufficit nisi ille qui abscōdita cordis nouit. Nos igitur peccatores vel peccatrices: si cum ipa volumus gratiam inuenire oportet nos sicut ipsam mentaliter nos punire qñ excessimus gram per peccata. Sed ꝟm Aug. in ꝟmonibus cōmunib⁹ ꝟmone. xliij. Impunitum nō potest esse peccatum: nec decet: non oportet: nec est iustū. Et qz non p̄t esse impunitum puniatur a te ne a deo puniatur. hec ille. Oportet ergo etiam vt cum illa fleamus ꝟm qđ nos ammonet ecclesia dicens. Ploremus coram dño cum Maria vt veniam mereamur cū illa. Et merito facere oportet ꝓpter quattuor que ponūtur in canone de pe. di. j. c. Si petm̄ dauid Prio qz iniuste peccādo deum qui est summū bonū z creatorē nr̄m offendimus. Secūdo q nos peccatis vltiōi obtulim⁹. et in illis diu pmansimus Tertio q nō solū peccauimus. Sed interim bonis oīmbus z virtutibus negligenter spoliamus Quarto ꝓximū nostrū malo exemplo corrupimus. Et tantū de ꝓmo. Quantū ad scōm est notandū ꝟm Arist⁹. ¶ in li. de animalibus. cyconia cū adultera fuerit statim volat ad fontem post coitus se lauando ne veniens ad masculuz fetorē adulterij sentiat et ipsam rostro transuerberet z occidat. et nisi hoc faciat ipam sine dubio ꝙuocatis alijs iugularet. Sicut hoc ꝓbat Alexander in li. de naturis rerū dicēs. Cyconia adultera se lauabat pt⁹ coitū. et hoc quidam miles considerans balneum impediuit. Veniens autē cōpar cyconie ipsam adulteram impediuit. Inde igitur exiēs adduxit cyconiarū coborrem sociāq; deplumauit z lacerauit. et alteram sibi insodalem sociauit. Per cyconiam mystice intelligitur Maria magda. qz sicut cyconia tpe veris venit. sic ipa venit tpe gre scz ad fontē gre z miscōie ad christū vt se lauaret. De qua ꝓpheta Jere.iij. Fornicata es cū amatoribus multis ꝟm certos doctores corporaliter vel etiam spūaliter per peccata a deo recedendo. Jō dic̄ Aug. de ꝙflictu viciorū z virtutū. ecce Maria Magda. in numer⁹ fornicationū sordibus inquinata ad fontez pietatis anxia currēs dñi vestigia lachrymis rigans est mūdata. de hac idē etiā in alio loco dic̄. veit ad fontē miscōie xp̄z añ clemētis dñi vestigia nihil p̄ verecūdia ore deprimēs. Sz p exteriora obsequia bñficia sue dilectionis feruorē intimans. ac si ipis loq̄retur vbis. O dñe Jesu clemētissime tu q̄ oīa scis z cordis inspector es verus qui nō vis mortem peccatoris. sz vt conuertatur z vi-

uat tu ipe intelligis quid mei deposcant singultus qđ lachrỹme ab imo erupte flagitẽt qđ meus amarus exoret gemitus peccatrix sum ĩmũda: siue oĩm criminũ labe polluta. Qui ꝓcordat Juno. iij. in sua summa. venit inqt cum fonte lachrymarũ ad fontẽ miſericordiarũ vt cũ largo fletu largã miſcẽdiam eius ipetraret. hec ille. Ecce q̃ fructuosa fuit hec recõpensatio magda. qz dicit Aaſſio. sup p̃s. ¶ Hic verã agit pñiaz qui sic mala p̃terita deplangit ⁊ futura non admittit. Jdeo dicit Greg⁹. in Omel. hodierna. Cogitãte mihi de marie pñia libet magis flere q̃ aliquid dicere. cui⁹ enĩ vel saxeũ pectus quẽ huius peccatricis lachrỹme ad exempluz pñie nõ emolliant. cõsiderauit itaqz quid faceret super cõuiuãtes ingreſſa nõ iuſſa venit inter epulas lachrymas obtulit. diſcite quo dolore ardz q̃ flere inter epulas non erubeſcit. Subdit. q turpitudinis sue maculas aſperit lauanda ad fontẽ miſcõie ꝓcurrit ꝓuiuãtes nõ erubuit. Mã ſeipam ĝuiter erubeſcebat intus nihil eſſe credebat q verecũdareꝫ foras. liquet fratres qz illicitis actibus mulier ꝑus intẽta vnguẽtũ ſibi ꝓ odore carnis sue exhibuit. Qđ ĝ turpiꝫ ſibi exhibuerat hoc iã deo laudabiliter offerebat. oculis terrena ꝓcupierat. Sed hec iam ꝓ pñiam cõterens flebat. Capillos ad cõpoſitionẽ vultus exhibuerat. Sed iam capillis lachrymas tergebat. ore ſupba direrat: ſed hec in redemptoris veſtigia figebat Quot ergo habuit in ſe oblecta mẽta tot de ſe iuenit holocauſta. ꝙuertit ad numerũ vtutũ: numerũ criminũ vt totũ fuiret đo in pñia quicquid ex ſe deũ ꝓtemꝑerat in culpa Et ſbdit Orig. Aures ꝑus delectabantur auditu vario vel bonoꝝ derogationib⁹. Sz nũc cõuertit eas ad verbũ dei audiẽdũ. qz frequenter ad pedes Jeſu ſedebat ⁊ verbuz eius audiebat. Luc. x. Jn lingua turpia ⁊ vanitates ꝓferebant nũc ꝙuerſa eſt ad benedicendũ ⁊ verbũ dei prędicandum. Fuit etiã doctrix ⁊ apl'oꝝ apl'a quos omnes in fide dubios in morte chriſti ad fidem ꝙuertit. Pectus qđ ꝑus oznauerat nũc deo dedicat. Manus q̃s ꝑus ꝑtenderat nũc ad elemoſinas extenderat ⁊ ad lauandum pedes chriſti Pedes in quibus ad vanitates inceſſerat nunc ad ſequenda veſtigia dñi ꝓpararauerat ⁊ vltra. totũ corpus ad pedes domini ꝓſternebat qđ ieiunijs ⁊ macerationibus ⁊ caſtigationibus caſtigauerat. Hec ille. Ecce q̃ bene aduertit illud ſapientis. Per que quis peccauit per hec ⁊ punietur. Et ſimiliter hic doctrinã Pauli. Sic exhibuiſtis veſtra membra ſuire tc̃ Sed đ. quare ita pleniſſime penituit Maria magda. et nõ ſic
§ iã faciũt peccatores dicẽtes. nõ poſſum penitere qz nõ ſolus pecco ⁊ quocũqz venero ſocios habebo etiã ſi ad infernuz venero. O pctõr nõ gaudeas de hac ſocietate. qz dr̃ in cano. ij. q. j. c. multi. Et eſt Aug⁹. Ne inqt gaudeãt pctõres qz plures inueniũtur eis ſiles nã ꝓpterea ñ minus ardebũt. qz qlibet dãnat⁹ vna ſceda ẽ in inferno. Et ſic̃ ex additiõe ignis creſcit: ſic ex peccatoribus pena dãnatoꝝ. Ad q̃ſtionẽ dico. Q illa felix mulier ita tam ſolenniꝫ penituit. Dico qz triplex damnũ purgauit. qz peccatũ fm Ceſariũ in dialogo ꝑuat hoiem oĩi bono qđ ꝓmeruit qđ bonũ xp̃s nobis fecit ⁊ cõmunioni fideliũ. Secundo penituit ita perfecte ꝓpꝫ amorẽ quo coꝛ eius repleuerat. quia ſicut ignis facit calefieri ollas ⁊ bulire. ſic ignis amoris facit bulire lachrymas ⁊ ſonare deuotionẽ. Tertio penituit ꝓpter penas inferni quas ſciuit eſſe fm dictum euangelij. Jbunt mali in ignẽ eternum. Math. xxv. O peccatoꝛ ſi ad eternitatez pena rum inferni oculos attolleres ſine dubio vitam emendares. Nam ſic legitur feciſſe quidam vanus ioculatoꝛ. de quo in libello de dono timoris. Hic q̃uis eſſet vanitatibus ſeculi dedit⁹ ſermel tamẽ audiens in eccleſia de penarũ eternitate ⁊ cũ iocaretur cogitare cepit. O ſi cõtinue in lecto molli iacere deberes. et inde nũq̃ recedere nõ poſſes ſuſtinere quõ ergo penas inferni que ſunt perpetue ſuſtinebis. Et hac conſideratione ꝑterritus omnia reliquit ⁊ factus eſt monach⁹. et poſtea magn⁹ vir ⁊ eps mire ſctitatis.

¶ Sermo ſecundus De eadem.

Qui abundauit delictũ ſupabundauit ⁊ gratia ad Romanos. v. Ariſto. in li. đ animalibus ſcribit cuiſdam animalis naturam noie abiles. Primo habitat in aquis ſalſis marinis. et in his tanq̃ ſibi ꝙuenientibus delectatur. poſtea autẽ ſpes eius ĩmutaꝫ et fit altera ⁊ exit aq̃s illas ſalſas. tanq̃ ãmodo ſibi ꝓtrarias ⁊ nutritur in terra. nec vlterius intrat illas. Sp̃ualiter per hãc beſtiã quilibet peccatoꝛ deſignaꝫ qui ꝓpter peccata ſua magis mereꝫ dici beſtia q̃ hõ. Qđ ꝓbat Boeti⁹ li. iiij. ꝑſa. iij. dicens. Euenit vt quẽ trãſformatũ vicijs videas hoiem eſtiare nõ poſſis Sz ꝙcludit ita vt q̃ ꝓbitate deſta hõ eẽ deſinit cũ in diuinã naturã eſſe nequit vertiꝫ in beluam Hec ille. qđ patuit in rege Nabuchodonoſoꝛ. đ quo legitur Danieꝫ. iiij. et ponitur tranſumptiue ĩ canone. xxiij. q. v. c. remittũtur. ℣. Hinc notandum. Hic enim in coꝛde ſuperbiens dicebat. Nõne hec eſt ciuitas magna babilon quã edificauit ⁊ domũ regiam. Statim deus mutauit rationalem eius mentẽ ⁊ induit fozma beſtialitatiſ vt ab hominibus fugeret ⁊ cũ beſtijs viueret. h hoies beſtiales viuẽt ⁊ habitant cum prędicto

aiall in aquis marinis voluptatū que q̄uis dulces eis videnť.tamē finis est amarus.Fm qđ te statur Sapiēs Prouer.v. Fauus distillans labia meretricis hoc est carnalis voluptatis .Fm Glo.Pascasij.et nitidus oleo guttur eius. Nouissima aūt eius amara quasi absintheuz. Ideo debent q̄i peccatores bas aquas maris exire. et speciē bestialitatis econtra mutare per penitentiam in speciem humanitatis vt possint habitare in terra viuentiū. Ita fecit Maria Magdalena.et exemplum p̄nie tribuit que p̄us totaliter immersa fuit aquis voluptatū z culparum in quibus diutius habitauit vt dicere potuisset cū p̄s. ¶ Circūierūt me aque multe vsq̄ in aiam meā.Similiter illud .p̄s .lxviij.Saluum me fac deus qm̄ intrauerunt aque vsq̄ ad aiam meā.Pe sunt aque pessime z amare q̄ fuerūt in Jericho q̄ interp̄tatur luna z significāt mūduz in quo adhuc heu sunt aque ille amarissime: z pessime aque voluptatū in quibus imersa fuit Magda.Sicut adhuc illis multi imerguntur. Sz sicut Elizeus Jericho aq̄s dulcorauit. iiij. Regū.ij. Immittēdo sal in vas nouū .Sic deꝰ misit spiritum sanctū in cor marie z illas aquas voluptatis mutauit in aquas sanitatis. Ideo potest dicere illud p̄s.xvij .Misit de celo scz spm̄ sanctū z assumpsit me scz in suā sponsam et assumpsit me de aquis multis scz variarū fornicationū fm Au.z mltarū voluptatū. Et postq̄ igit̄ btā peccatrix exiuit aq̄s voluptatū vlteriꝰ nō intrauit.statū suū mutauit vt q̄ plena peccatis erat p̄us postea abūdaret in gratijs . Jō beatus ad laudem ip̄ius hec v̄ba sunt assumpta. vbi abundauit delictū. In quibus verbis statꝰ denis.ibi.vbi abundauit delictū. Scđo ad statuz iustificationis.ibi.superabundauit z gr̄a. De p̄mo quo ad statū transgressionis immūdiciā culpe vt dicit.vbi abundauit delictū. Circa quod notandū.miserabilis statꝰ bꝰ mlieris p eccatis colligitur ex tribus. P̄rio ex peccati vilitate. Videamꝰ enim q̄ prudēs ingeniosus pictor pulcrā fac̄ imaginē ex oīm pte bñ dispositā z ornatā in oibus corp̄is lineamētis nll̄m bñs corrigibile z defectū: ad q̄m si venit inuidus pictor z supbus videns eā tā pulcre exornatā inuidet illō et nōnūq̄ lutū,p̄icit sup ip̄az z totalr coinq̄nat z deformat.quo quidem luto imago ad nihiluz rediget̄.nisi p p̄iorē pictorē mundaretur. Modaliť per ingeniosuz pictorē deus op̄s desig̃tur qui sua,puidentia firmamētum depinxit clarissimis sideribus.celū empirreum angelicis spiritibus aiaz hois hāc etiā ornauit ad suā imaginē capacē v̄tutibus.de hoc dic̄ Bern̄ .aia insigni ta dei imagine decorata. sil̄itudo deputata cuz angelicis spiritibus .depicta fide:redēpta x̄pi sanguine capax beatitudinis.heres bonitatis. pticeps rōis.Et sb̄dit.agnosce o hō q̄ nobilis est aia tua z q̄ grauia fuerūt eius vulnera .pro q̄bus necc̄e fuit dn̄m vulnerari. totus siquidem iste mūdus ad vnius aie p̄ciū estiari nō p̄t Non enī,p toto mūdo deus aiam suā dare voluit quā p aia humana dedit. hec Bern̄ .Vide hō q̄ ingeniosus est ille pictor qui aiam tuā tam pulcrā decorauit.qz fm Hugo. Pulchrā eam decebat esse que ad sui regis talamū introducenda erat Sed hanc pulchritudinē aie nō perpēdens maria magda.Sic nec heu alij peccatores .iō veit secūdus pictor diabolus q̄ est inuidus z supbꝰ fm q̄ dicit Bonauētura .sup.ij. sn̄iaz. Mens diaboli duobus vicijs scz superbia z inuidia est possessa.hic,piecit lutū septē pctōz mortalium sup ip̄ius aiam q̄ eaz turpiter defedauit. Quia dicit Aug. Sicut lutū fetidū,piectū sup pulcrā imaginē ip̄am fedat z deturpat ita pctīn animā maculat z deformat. Ideo potuit dicere illud. Treno.j. Vide dn̄e z p̄sidera qz sum vilis .hoc etiā obijecit Hugo de san.vic. Vide inq̄t q̄d fecisti dereliquisti sponsum tuū z cū alijs ꝓstituisti amorē tuū.corrupisti virginitatē tuā dispersisti ornamētum tuū tam vilis z tam turpis facta es q̄ iam sponsi amplexibus digna non es. Sponso tuo ō tantis bñficijs nō gratias egisti meretrix facta es z p̄e nimijs fornicationibus tuis larata sunt vbera tua rugosa facies tua gene macide languētes z stupētes oculi labia palloze obducta crura exsiccata v̄tus ꝓfracta oīmbus amatoribus odiosa.pulcra facta fueras eꝰ munere.feda facta es in tua iniquitate.hec Hugo de q̄libet aia peccatrice. Fuit enī maria magda.facta longe a deo nō solū in aia. sz i specie corporea q̄ quidē fuit occasio peccādi.qz dicit. Sap̄.Prouer.xi. Circulꝰ naribꝰ in rōnibꝰ suis mlr pulcra z fatua qz sus nō p̄cit circlo aureo. Sz ponit ad lutū.Sic mlr pulcra z fatua quāte pulchritudinis fuerit ad luxurie voluptates cōuertit sicut ip̄a fecit.qđ testat Jnno. papa in Fmone. Rogat iesuz dicēs maria mag .respicies que mulier erat in ciuitate peccatrix ad quā patebat accessus z nullus ab ea repulsam passus ē Sed dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit mulum.hec ille. Quia christus pictor ingeniosissimus lutuz abstergit qđ diabolus in eam p̄oiecit. Et hoc cum calidis lachrymis que de oculis eius p̄ofluxerunt tam largiter vt etiam pedes eius lauaret Luc̄.vij. Ideo o homo si cōsideras lutum peccatoz a diabolo ,piectū sup animam tuam pete dn̄m p̄o lachrymis q̄ oēm immūdiciā aie abstergūt.Fm q̄ dicit Cassidorꝰ super p̄s. xli. Fuerunt mihi lacryme mee z̄c.

Sermo.

Actus ⁊ cibus animarū: corroboratio sensuuꝫ absolutio pctōꝝ. refectio mentiū ⁊ lauacrū cul parū. hec ille. Secūdo cognoscitur status eius fuit miserabilis ex peccati enormitate. Dicunt medici. Si lepra faciē hoīs occupauerit non solum nocet vultui ipm enormē faciendo: sꝫ etiaꝫ interficit totū corpus ⁊ oīa mēbra corrūpendo. Ita peccatū mortale ꝙ est lepra aie ipsius tollit ⁊ corrūpit. excecat enī oculos ⁊ visum ne errorē suū cognoscat ⁊ horrorē extremi iudicij expauescat. qz excecat eos malicia eoꝝ Sap. ij Tollit etiā auditū ne voci dei obediant. Qz dic draco ille antiquus humani generis inimic⁹ Lucifer ad quemlibet diabolum. Excecat corpopuli huius ⁊ aures eius ne forte auribus suis audiant ⁊ corde intelligant deum ⁊ conuertantur Ysa. vi. Tollit etiam discretionis odoratū reddens ei suaue qđ est fetidum ⁊ amarū qz fetorez nō sentiunt peccatores suoꝝ peccatoꝝ. Sꝫ potius in eis delectātur sicut sus inuolutus luto. Tollit etiam spūalem gustum ne mēs possit spiritualibus cibis delectari. Jux̄ illud Ps̄. cvi. Omnem escam abhominata est anima eoꝝ tē. Aufert etiā spūalem tactū quia q̄tumcūqꝫ peccatores diuinis instructionibus aut ꝑmonibus diuinis moueanē. et tanganē nō tū sentiūt. Sed ad bonas affectiōes q̄si insensibiles fiūt. Jō dr de illis Job. j Jumēta hoc est hoīes bestiales vsu rōnis carētes cōputruerūt in stercore suo. id ē in fetore suoꝝ pctōꝝ. Considera an pctm nō in illa Maria magdale. fuerit. Fuit enī intm excecata ꝙ creatorē suū nō agnouit nec etiā potuit audire verbū tē. Ideo venit celicus medicus ⁊ lepram cordis ipius abstergit ⁊ oēs sensus reformauit. At que ꝑus nō poterat audire verbum dei. sedebat quottidie secus pedes dñi audiendo verbū illius Luc. x. Tertio miserabilis status huius mulieris peccatricis ex peccatis sterilitate ostenditur. Dicit Ji. li. xij. c. iiij. Q. i illo loco vbi habitat basiliscus oia desiccat fructus ⁊ herbas steriles facit ⁊ exurit nō soluꝫ tactu verū etiā sibulo ⁊ flatu circūadiacentia oia destruit ⁊ corrūpit. Ita pctm per basiliscū designatū vbi abundat in aia bomis oīia virentia opa bona desiccat ⁊ infructuosa quo ad vitam eternā facit. Sicut patuit i Maria magdalena que in statu culpe nullā fecūditatē bonoꝝ operū attulit nullū ymbreꝫ spūalis gr̄e recepit: nec dicere potuisset cū Ps̄. cxlij. Ania mea sicut terra sine aqua tibi. Sed ꝑm Aristo. li. animalium Basiliscus occiditur a mustela qđ est aial puuꝫ nā munit se ruta ⁊ intrepide inuadit ipm ⁊ occidit. Ita humilitas Marie magda. quādo venit et se humiliter non ante pedes sed retrostrauit veniam postulando lacrymis occidit in ea peccatū vt ammodo fieret fructuosa vt habeť Luc vij. At hoc quo ad ꝑmū. Quātū ad scām declarat statū ipius iustificationis: ⁊ tangit gr̄e abundantiā. Cū additur. supabūdauit ⁊ gratia Pro quo notandum dic Halie. li. iij. secretoꝝ. Corpora frigida que sunt caloꝝ emunita quādo igne accēduntur tunc feruētius diutiusqꝫ in caloꝝ ardoreqꝫ sb̄sistunt. qđ patet de quodam lapide pretioso qui abescon vocatur qui est ferrei coloris. De quo refert Soli. de mira. mūdi. ꝙ cū semel accenditur ab igne omnino extingui non potest. Sed sp ignē retinet ⁊ conseruat. Ita peccatores qui sunt frigidi dūmodo caloꝝ accēdūtur ab igne spūssancti. feruentius ardent i amore ⁊ gr̄a dei quā illi qui semper calidi fuerunt in gratia ⁊ nūq̄ peccauerunt. Qđ ꝓbat b. Greg⁹. sic inquiēs. Plerūqꝫ illi qui nullis se oppressos peccatorum mollibus sciunt: stant quidē in via iusticie. Sed tamen ad celestem patriam anxie nō anhelant ⁊ plerumqꝫ pigri remanent ad exercendum bona precipue qui securi sunt ꝙ nulla cōmiserunt mala grauiora. At econtra bi nō nunq̄ qui se aliqua mala aut illicita gessisse meminerint ex ipo suo doloꝝ ꝓpuncti ad maiorez dei amorē marcescunt. et quia errasse se considerāt dāna precedentia luc sequentibus recompensant. hec ille. De hoc etiaꝫ dicit Amb. in li. de paradiso. magis postq̄ peccauimus scelera nostra ꝓgnoscimus errores erubescim⁹ q̄ ante peccauimus pctā nō esse putaueramus. et declarat illud dicens Maria magda. qz post culpas perpetratas turpitudinis sue maculas aspexit ad fontē miscōie currēs lauādo ꝓuiuantes non erubuit. Nam qz interius se ipam grauiter erubescebat nihil q̄ verecūderetur foris credebat hec Amb. Ex hoc patet ꝙ iam totaliter fuit accensa in amore dei. ⁊ āmodo nūq̄ extincta fuit. Sꝫ h dic Greg⁹. sup illo vbo Job. xx. Maria stabat añ monumentū inq̄t. huⁱ⁹ mlieris mentē q̄tavis amoris accēderat q̄ a monumēto domini discipulis etiaꝫ recedentib⁹ nō recedebat quē nō inueniebat. Flebat inquirendo ⁊ amore eius accēsa ardebat desiderio. q̄ta etiā vis mētem eius accenderant ostendit Origē. in Ome. super illo verbo Johannis. xxi. Ubi posuisti eū tollam. quid est bone Jesu. ꝙ Maria dixit ego eum tollam. Joseph timuit et nō fuit ausus tollere corpus tuum de cruce nisi nocte. et nisi peteret hoc a Pilato. Maria autem nocte ne postulať. Sꝫ audacter postulat dicēs Et ego eum tollam. O maria si forsitan corpus Jhesu positum est in atrio principis sacerdotum. // Ubi Apostolorum princeps Petrus se calefaciebat ad ignem: quid factura es ego eum tollam. O mu admirabilis huius mulieris audacia.

lier non mulier. et si ancilla ostiaria interroga-
ret te quid facis: ego eã tollaz. O inestimabilis
mulieris amor nullum excipit: nullum antepo-
nit sine timore dicit absolute, pmittit dicito vbi
posuisti eum z ego eũ tollam. O mulier magna
est fides tua z magna ꝑstantia tua. hec Orige.
Sed quia dic̃ Greg⁹. in Omel. sup Johez. xiij.
Signũ dilectionis est exhibitio opis. Jo ꝓ opa
exteriora ipa ostẽdit q ipm dilexit veraciter z
ꝑncipaliter ꝓ opa pietatis qui cristũ induit mẽ-
tis. Jux illud Prouer. vlti. Bissus z purpura i-
dumentũ eius. Ipm corporaliter pauit. qz Jo-
hãnis. xi. legitur. q Martha z Maria magda
lena fecerũt ei ꝓuiuiũ. ipm etiã receperũt hospi
cio Luc̃. x. Cum Martha sorore eius ipm i tri-
bulatione visitauit. quia cum maria matre ste-
tit iuxta crucẽ Johis. xix. Ipius obsequium se-
pulture prebuit. Quia Marci. vl. Maria mag
dale. et Maria Jacobi z Salome: emerũt aro-
mata vt venientes vngerent Jesum. Refert eti-
am Josephus. et ꝑm alios Ezechias q totaliꝫ
erat in amore dei z gr̃a dei accensa q post ascẽ
sionẽ dñi q̃diu vixit oĩe solatiũ humanũ decli
nauit: nec ẽ tedio pñtis vite aliquẽ virũ respice
re voluit vt dulcedine solius dñi frueret. Jo de
ipa potest exponi illud Ezech. xxxvi. Terra il-
la inculta facta est quasi ortus voluptatis. qz ꝑ
statu culpe fuit terrenis affectibus: z carnalib⁹
voluptatibus occupata. Sed in statu gr̃e facta
est ortus voluptatis in quo creuit flos viue pre
dicationis. qz ꝑstãtissime verbũ dñi predicauit
Flos olei misc̃die qz xp̃m pauꝑm vnguento vn-
xit Luc̃. xvij. Similiter flos rose martirũ. et li-
cet nõ per sanguinis effusionẽ tñ in mente ꝓ di-
lecti cõpassionẽ xp̃i z aiam ipius maria magna
pertrãsiuit. Ita vt etiã de ea põt dici illud Luc̃.
ij. Et tuã ipius aiam pertrãsiuit gladius sc̃z cõ-
passionis. Quia dicit Orig. in Omel. q spirit⁹
marie magda. erat tam in corde xp̃i q̃ in corpe
suo. creuit vna in hoc orto flos lilij virginũ nõ
carnalis: sed spũalis qz amorẽ suũ nõ ad ange-
los spargendo diuidere voluit sed toto corde z
integritatis amore ad sponsum velociter anhe-
lauit. Creuit flos humiliũ. quia etiaz humiliter
retro pedes dñicos ꝑstrauit. Creuit z demum
flos spice oĩm ꝑfectionũ. quia optimã ptem ele
git que nõ auferetur ab ea Luc̃. x.

De eadem Sermo tertius.

Rogabat iesuz quidã phariseus vt manducaret cũ
illo. Ita scribit Luc̃. vij. Albert⁹ in. iiij. sue sum-
me dicit. q ventus aquilonis est fortissimi flat⁹
eradicans arbores z edificia fortia reijciẽs eã
abscidit pluuias et claudit pozos terre. Cuius
rõ est. qz aquilo est frigidus multũ z generatur
in loco multũ frigido z inhabitabili. qz ibi nul-
lus ꝓpter frigiditatẽ potest habitare. Sed ecõ-
tra ventus meridionalis est calidus: et pluuia-
rũ multiplicatiu⁹. qz aperit pozos terre. Dic q
materia p̃t eleuari z in pluuiã ꝓuerti. et sic põt
terrã fecũdare vt dic̃ Auicẽna. in li. de elemen-
tis. Spũaliter ꝓ aquilonẽ intelligit diabolus ꝺ
quo dr̃. Jere. j. Ab aquilone pandetur omne A
malum. qz oĩe malum peccati ab ipo ꝓcedit
Dic est fortissime nature. Juxta illud Job. xli.
Non est potestas super terrã que cõparet ei. qz
fortis est nec vllum timet ergo qñ flat ꝓtra ho-
mines qui ei nõ resistũt illos deicit in locũ lux-
urie vel peccati sicut fec̃ regi Dauid quẽ ꝓiecit
in stercus adulterij. vt br̃. ij. Regum. xi. Simili
ter Salomon quẽ iecit in amorem alienigena-
rum mulierũ. iij. Regũ. xi. Idez fecit marie ma
gda. q̃m ꝓiecit in ꝓfundũ luxurie z alioꝝ pctõ-
rũ vt ꝓueniẽter dici potuisset illud. Ps̃. lxviij.
Infixus sum in lymo ꝓfundi z non est sba. Rec-
te sicut arbor qñ a vento deijcitur que ꝑius flo
rida fuit: indispositus fit z marcescit. Abscidit e-
tiã diabolus pluuias lachrymarũ quia vbi ẽ in
mente pctm̃ criminale homo nõ potest flere ꝓ
delictis. qñ aũt flat auster hoc est gr̃a spũs san-
cti tũc multiplicantur pluuie lachrymarum. qz
dicit Leo papa in ꝑmone. ab ipo spiritusancto.
sunt lachryme penitentiũ. qõ patuit in Dauid.
q̃a flatus spũ sancto vberrime fleuit ꝓ peccat⁹.
Juxta illud Ps̃. vi. Lauabo per singulas no-
ctes lectũ meũ lachrymis meis stratũ meuz ri-
gabo. Jo dic̃ alibi. Flauit spũs eius z fluẽt aq̃.
Idẽ patet de maria magda. q̃ in pctõ fuit tã fri
gida. q deflere nõ potuit: qñ ãt in ea flauit gr̃a
spũssancti vberrimas lachrymas effudit. Jo
canit eccl̃ia hodie dicens. Flauit auster z fuga-
uit aquilonẽ qñ lauit coz marie penitent⁹ ymbze
spũssancti. z hoc pz in euangelio hodierno. In
quo q̃dem ꝑncipl̃r. iiij. describũt. ꝺo xp̃i a pha
risco inuitatio. ibi. rogabat Jesum. Secõdo pcti a
maria deploratio. ibi. et ecce ml̃ier. Tertio pha
risei ꝓtra xp̃m murmuratio. ibi. videns autem.
Quarto ml̃ier⁹ penitẽtis excusatio. ibi. rñdens
iesus. De ꝓmo est notãdum q sapiẽtes hoies
medicos fideles z mgr̃os ꝓsueuerũt ml̃tipl̃r ho B
norare Jã eis reuerẽter inclinãdo z salutando
z a via corã eis declinãdo. z qñq; ipos ad men-
sas inuitãdo qz p̃cipiẽ hoc a spũsancto ꝓ os sa-
pientis Eccl̃i. xxxviij. Honora medicũ ꝓpt necc̃i
tatem corporis tui. etenim illum creauit altissi-
mus. Ita refert Josephus de seipso in cronicis

q̄ quodam tpe Vespasianus accepta licentia a Tyberio in Judeam que romano rebellauerat imperio est ꝓuectus ad quandam ciuitatem nomine Jonapam i qua Josephꝰ erat p̄nceps pr̄i mitus est aggressus. q̄m cum lucratus esset. venit ad ip̄m Josephus dicens Impator romanꝰ interijt ⁊ senatus te in impatorem elegit. et cuꝫ sic loqueretur venerunt legati romanorum ip̄m q̄s in imperium sublimatum asserunt. et eum romam deducunt. et ille reliquit titum filiuꝫ suum in obsidione hierlm. Audiens aūt Titus patrē sublimatū in infirmitatē cecidit quia cū curatus esset per Josephū ip̄m inuitauit ⁊ in suam amiciam recepit. ⁊ omnes ꝓpter ip̄m honorauit q̄ cū eo venerūt. Ita etiam fecit p̄nceps ille pharisеorum Symon quē xp̄s summus medicus a lepra curauit. Ideo volens facere sibi retributi onē ⁊ bonorem ip̄m inuitauit. fm q̄ dicit euangeliū: rogabat Jesum quidaꝫ pharisеus scꝫ Symon leprosus. qui licet fuerat mundatus tamē vt ait Jero. Adhuc retinuit nomē vt diceretur leprosus hic ꝓpter beneficia sibi exhibita rogabat iesum vt manducaret cum illo. et ille ingressꝰ domū pharisei discubuit. Querit h̄ Hlo.

¶ Quare dominus rogari voluit cum tamen ad Zacheum seipsum inuitauit dicens. Luce. xix. Zachee festinās descende. Rn̄detur q̄ fideles medici ceteris paribus potius infirmos visitāt q̄ sanos. quia nō est opus valentib⁹ medicus. sed male habentibus Math̄. ix. Sed q̄ Symō reputauit se sanū Zacheus aūt estimabat se infirmū. iō nō rogatus venit ad ip̄m: et ip̄e fec̄ ei ꝙuiuiū. Sic xp̄s multotiēs venit ad nos nō rogatus q̄ sumope scit salutē hoim. Jō dic̄ Apocalip. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso. scꝫ per infirmitates ⁊ āmonitiones. Si quis mihi apparuerit intrabo ⁊ cenabo cum illo. et nos debemus ei apperire dicētes ingredere benedicte dn̄e q̄d fozis stas Gen̄. xxiiij. et hoc quo ad primum.

D Quantum ad secundum est notandum Aristi. p̄mo metheroꝝ dicit. Q̄ fontes vel fluuij sic generantur. Naꝫ q̄ñq̄ terra est pozosa: in quibus pozis sunt vapoꝛ ⁊ aer qui ꝓpter frigiditatē terre ꝙuertuntur in aquam. quo facto intrat alius vapoꝛ ⁊ aer ne remaneat vacuū q̄ ⁊ natura nō pmittit. ⁊ sic iterū in aquā ꝙuertūtur. ⁊ sic deinceps. Inueniens autem illa aqua exitum p meatus ⁊ si est magna dicitur fluuius. si parua tūc fons appellatur. Ita etiam generaliter aq̄ contritionis in homine peccatoze. Nam malus homo ē vtiq̄ aliquo modo pozosus: hoc ē hꝫ vtiq̄ aliquid boni. quia fm Aristo. iiij. Ethicoꝝ. Purum malum seip̄m destruit. q̄d probatur exemplo de Maria magda. que fuit mala quo ad statum culpe. Sicut tangit euangelista dicens. Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ⁊ vt volunt doctozes: etiam foznicaria vt supra fmone. j. Sicut exhibuistis membza primo. Idem ꝓbatur in exemplo Legiē q̄ fuit q̄dam mgr̄ nomine Johes de flandria. ⁊ sacre theologie pzofessoz. Hic predicauit Parisius eā foze carnē corruptā qui fuit cōpulsus p mgr̄os tanq̄ eroneū reuocare. ⁊ nō mirū q̄ fuit talis q̄ habuit occasiones ip̄am incitandi. Nam fuit pulcra de qua dicit Sap̄. Circulus aureus in manu⁹ suis mulier pulchra ⁊ fatua Fuit ⁊ diues ⁊ abūdans que abundantia occasio peccati est. fm illud Ezech̄. xvi. Hec fuit iniquitas sodome sozoris tue saturitas panis ⁊ abūdantia vini Fuit ⁊ ociosa q̄ etiā est occasio pctoꝝ. Jō sequitur. Ezech̄. ibidem. Ocium ip̄ius ⁊ filiarū. Et q̄uis ip̄a fuit mala fm Gregl. vniuersis vicijs plena tamē habuit aliquid boni. et hoc fuit q̄ sequit vt cognouit q̄ Jesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrum q̄ fm Jñ. libzo. xvi. c. v. Est genus marmozis in quo vnguēta seruāntur diucius incozrupta. et hoc genus lapidis Jo portaē q̄ fm dyascoꝝ dicitur valere ad amiciciam obtinendam. Sic ip̄a per hoc designans q̄ amiciciam christi voluit obtinere. hoc autem alabastrū impleuit p̄cioso vnguēto. quasi dicens. Scio q̄ habet pedes immūdos quia vadit discalciatus ⁊ habet pedes scissos a vento. Ideo vnge eos vt citius ad pietatem moueas. Et q̄ ita fuit pozosa habens in se illud bonū. Jo ꝙ ritussanctus generauit ymbzem fontem q̄ lacrymarum quo etiam pedes Jhesu lauaret. Q̄ figuratum est Gen̄. ij. vbi legitur. q̄ fons ascendebat de terra irrigans vniuersam terre superficiē Et est notandum. q̄ maria magdalena multuz p̄ciosioza fercula ad ꝙuiuiū portabat q̄m pharisеus. Nam a pharisеo est inuitatus marie fercula saturatus. Primū ferculum fuit p̄pozie infirmitatis ⁊ peccatoꝝ cognitio. q̄ notatur cū dicit euangelista. vt aūt cognouit q̄ Jhesus accubuisset i domo symonis lepzosi attulit vnguē tum fm Hlo. Maria deliberauit intra se. Ecce enī tu es peccatrix immūdissima. et diu iacuisti in peccatis. vidisti Jesum intrantē in domū Symonis qui ob hoc venit peccatozes saluos facere dimittit ⁊ pctoꝛes dulciter recipit. modo obtulit se mihi certe non recedam ab eo. Sed ibo ad eum ⁊ ponā me in manus misericozdie sue. Ideo dic̄ b. Aug. Nouit q̄to mozbo labozauit ⁊ iō illū ad sanandū eē ydoneū ad quē veniebat infallibl̄r p̄sumebat. accessit immūda. et recessit purgata. accessit eg̃ ⁊ recessit sanata. Jō nos ꝓ p̄iam fragilitatē ꝙgnoscamus Non sunt illi de q̄bꝰ Bern̄. in p̄ncipio meditationū multi multa sciunt. et seip̄os nesciunt alios inspiciūt. et seip̄os

sos obliuiscũtur accedamus cum maria ad cri
stum quia nobis esse alibi malũ est. Quia dic̃ b.
Aug⁹. in li. soliloq. Scio quia maluz est pzeter te
dne. conferam me ad te vbi bene mihi sit de te.
Scdm fuit confusio que tangit̃ ibi. et stãs retro
nõ in facie. talis fuit ꝓfusio publicani Lu. xviij.
Hec ẽ ꝓfusio adducens gr̃iam z gr̃am Eccl. iiij.
Ideo super cõuiuantes ingressa est. Nec ꝓpter
hos penitere erubuit tamen indignam se consi=
derans ad pedes retro stetit. Et potuit dicere.
Hester. j. Dne deus ꝓfundoz leuare faciẽ meam
ad te qz multiplices sunt iniquitates mee. banc
erubescentiam dz hr̃e quilibet penitens qz dicit
btus Aug⁹. Laborat penitens patiendo erube
scentiam. quia magna est pena. et digna est mia
Jõ melioz est modica amaritudo in faucib⁹ q̃m
eternũ tozmentũ in viscerib⁹. Bern. in ꝓmone
Melius est nũc erubescere cozam paucis q̃ co
ram multis deo angelis z hominibus. Tertiuz
ferculum magna humiliatio que innuitur ibi. se
cus pedes nõ ad caput. Sed cur se sic humilia=
uit quia magnum pondus pctõz ipam ad t̃raz
premebat. ꝑm Matheũ euangelistã habuit sep=
tẽ demonia. et illa exibant ab ea ante pedes Je
su. Juxta illud Abacuc. iij. Egrediatur diabol⁹
ante pedes eius. considerauit enī q̃ terrena cõ
cupierat z viros incaute inspexerat iõ per peni
tentiam ꝓterens flebat vt dicit Greg⁹. in ome.
6 Considerauit etiã q̃ ante ꝓuersionem fuit tene
brosa. frigida. immũda z insipida. Lachryma
aũt est clara. humida. calida. et salsa. iõ habuit
lachrymas claras vt tenebrosam illuminaret.
Lachrymas humidas vt immũdã abluer et. ca=
lidas vt frigidam inflãmaret. salsaz vt insipidã
sale diuine sapie condiret. De his lachrymis di
cit Crisꝰ. Sicut vehemens ymber cuz ꝓrumpit
etiã fit serenitas. Sic lachrymis effusis appa=
ret trãquilitas z perit caligo. Quartũ ferculuz
fuit humilis satisfactio. cũ dicit. et capillis ter=
sit. Quia ꝑm Greg. capillos vultus exhibuerat
Sed iam capillis lachrymas tergebat. Quitũ
ferculum vehemens dñi dilectio. Cum dr̃. oscu
lata est pedes eius qz vana ozc loquẽdo pecca=
uerat z supba dixerat. ideo nũc se deuotã exhi=
bebat. fuit enī hec osculatio in signũ recõciliati
onis. quia fuit dei inimica. osculabaṫ pedes Je
su in signũ q̃ fuit deo recõciliata. illi etiam eum
osculantur qui ꝓpus inimici effecti. postmodũ p
penitentiam sunt ad pacem reducti. Se xtuz fer
culum fuit inenarrabilis eleuatio. cum sb̃ditur
et vnguẽto vngebat. qz multotiens se in cozpo=
re inũxit. Ideo illud nũc deo exhibuit. Illis fer
culis Maria xp̃m pauit licet tp̃m pharizeus in
uitauit. Ideo dicit Greg⁹. in Omelia. ad phari
sei prandium dominus discumbebat. et aput pe
nitentem mariam multis epulis delectabatur.
Apud phariseum veritas pascebatur foris. sed
aput peccatricem conuersam intus pascebatur
Sed modo nostre matrone seipas magnifican=
tes habent alium modũ confitendi. veniunt enī
sine matura deliberatione. et quasi cũ risu. nec
verecundantur cum veniunt ad sacerdotez. nõ
se humiliant. Sed lateri suo se associant ac si fa
bularentur. [illegible] hoc ad secundum. Ad tertiũ po=
nitur inuitationis murmuratio. cuz additur vi
dens aũt pharisseus qui vocauit eum ait intra
se. hic si esset ꝓpheta tc̃. habuit enim phari b
seus similitudinem capze. De qua dicit Plin⁹.
in speculo naturali que vultum habet placiduz
humanum z amabilem. Sed intus mozdentem
quia semper homini insidiaṫ vt ipsum perimat:
et occidat. Ita ipse christo in apparentia placi
dum z amabilem faciebat. interius autez stimu
lum detractionis. quia ipsum arguebat. Scdm
qd̃ dicit euangelista. ait intra se. Si hic esset ꝓ=
pheta: sciret vtiq; q̃ et qualis tc̃. quasi diceret.
Ignarus est. Nescicns eam esse peccatricem. q̃
tamen est publica meretrix. Et eius peccatum
tota ciuitas cognoscit. Ideo dicit Augustinus.
O pharisee domini inuitatoz et irrisoz. quanta
tua presumptio: que reficiendum inficit. non re
spiciens Marie amaritudinem que multo ex=
cellentius te eundum pascebat. Contra hunc
etiam inuehitur. q̃ huius mulieris minime efflu
unt illi oculi lachrymas qui quondaz effluebãt
lasciuijs. et nunc conuertuntur ad fletum. Qui
quondam ad luxuriam. olym capillos compo=
suerat ad decozem varijs ligaturis aptauerat.
vt intuentium prouocaret affectus. Sed ecce
spargit eas vndiq; ac perfudit. et capillis lacry
mas tergit quos in capite delinire solebat vn=
guẽtis. hec ille. // Quantum ad quartum poni
tur mulieris excusatio cum dicit euãgelista. Re
spondens Jhesus scilicet ad cogitationem vt se
plus quam prophetam ostendit dicens. Symõ
habeo tibi aliquid dicere ait Ille. magister dic.
Et dixit dominus. Duo debitozes erant cuidã
feneratozi. id est vsurario. Iste feneratoz secun
dum Glosam significat christum qui in baptis=
mo gratiam dat. In iudicio autem requirit eaz
tanquam soztem. et bona opera vltra soztem
Ille etiam pro culpa mortali in hac vita perpe
trata: et non deleta exigit penam eternam. Isti
ergo feneratozi debemus quicquid sum⁹. ꝑma.
Petri. primo. Empti enim estis precio magno.
Secundo quicquid habemus. secundum illud.
prima Chozinthiozum. quarto. Quid habes
q̃ non accepisti. Si accepisti quid gloziaris: q̃=
si non acceperis. Ideo sequitur vnus debebat
denarios quingẽtos. z r̃cat mariã magdalenaz

que duplo plus peccauit q̄ Symon quia scilicz quiq̄ginta est ꝓportio de duplo ad quingenta. Ideo dicit alius scz Symon debebat quingentos denarios. Non habentes ergo vnde redderent donauit vtrisq; scz debitoribus quia peccatores nō habent vnde deo reddant cum gratiā dei amiserūt ꝛ consequēter omnia bona que ad vsum debitum receperunt: possunt enī etiā peccare per se sed nō de peccatis per se resurgere vt innuit ps̄. lxxvij. Homo est spūs vadens scz in peccatum. et nō rediens scz per se de peccato. Jō oportet ꝙcurrere misericordem dei donationē qđ innuit hic. Donauit vtrisq;. i. misericorditer dimisit. Quis ergo eū plus diligit. hoc est diligere debet. Rñs Symon dixit Estimo q; is cui plus donauit. at ille rñdit. Recte iudicasti. q. d. bene rñdisti q; Maria plus me diligit q̄ tu quia illi plura peccata indulgeo Hre. in Omel'. cū sua snīa phariseus ꝙincit̄ funē portat cum quo ligatur plus tenebatur peccatrix diligere ex dimisso: plus aūt phariseus ex cōmisso. qz sibi cōmissa erat maior ꝙscia legis. oīes aūt homines tenentur deū diligere ex dimisso. ex quo oēs peccauerunt et egent gratia dei. ad Rom. iij. Saltem omnes predestinati, similiter ex cōmisso quia commisit vnicuiq; quinq; talenta. Math̄. xxv. Et sequitur conuersus dñs ad mulierem dixit Symoni: vides hanc mulierem. q̄si d. corpe consideras: si nō corde. ꝛ redarguit ip
J sum ex triplici defectu pietatis dicēs. Intraui in domū tuaz sicut humilis ad detractorē aq̄m pedibus meis qui erant fessi non dedisti. hec autem lacrymis rigauit pedes meos ꝛ capillis suis tersit. q. d. sic te in ope pietatis excellit. Secundo redarguit eum ex defectu charitatis dicens. Osculum mihi nō dedisti qđ est amicicie signū. hec aūt ex quo hoc est a tempore in quo sedi non cessauit osculari pedes meos. Tertio redarguit eum ex defectu mie dicēs. Oleo caput meum nō vnxisti: pedes meos illa vnxit. ꝓptera. i. ꝓpter opa que mihi exhibuit. ꝛ quia se humilem ꝛ contritam ostendit remittūtur. id ē dimissa ei ostenduntur peccata multa quoniam dilexit multum. i. ostendit dilectionis signa mlta. Qui aūt minus dimittit̄. i. Symoni minus diligit q̄ maria. dixit aūt ad illam. Remittūtur tibi peccata tua. Super quo dicit Jero. ad rusticum monachū. Meretrix pedes saluatoris lauat. et crine detergit. ꝛ in typo ecclesie meretur audire. Dimittūtur tibi peccata tua. Phariseī superbia ac iustīcia perijt publicani humilitas confessionem petijt. hec ille. Et ceperunt qui simul accūbebāt dicere intra se: quis est hic. qui etiaz peccata dimittit. quia ignorabant ipm eē verum deum. sed solum purum hominez iudicabant. Ideo dixit ad mulierem. Fides tua scz caritate fundata ꝛ firmata: te saluam fecit. vade i pace Rogemus.

De sancto Jacobo Sermo p̄mus.

Accessit ad ihesuz mater filiorum zebedei cum filijs suis. et petens aliquid ab eo Mat. xx. Di- B cunt naturales. q; arbores que non mouentur per ventum non faciunt fructum qui ad mensas possunt portari dominorum honorabiliter. Q̄z ſm plini. in spec̄. histo. Arbores non mote vento illo anno reddūtur penitus infecunde. Sz eo anno quo multi perflauerint venti fertilitas mlta arbores comitat̄. Cuius rō est: quia ventis q̄tiuntur. per quā concussionem fertiles reddunt. Moraliter per arbores intelligūtur homines. Juxta illud Innocencij li. de vilitate conditionis humane. li. j. vbi dicitur. hō est quedam arbor puersa: cuius radices sunt crines trūcus ē caput cū collo. stipes. pectus cū aluo. rami sunt palme cū tibeis. frondes digiti sunt cū articulis hec ille. Mar. viij. Videbo homines vt arbores bic arbor nō facit fructū eterni regni meritorijū nisi quaciat̄ vēto tribulationis ꝛ passionis. ſm qđ dicit b. Aug⁹. Nequaq; ad regnū celoz puenire se iudicet. qui hic in arena tribulata turbedie nō conditur tribulatione. nec mēbra xp̄i se iudicent q̄ caput suū spinis coronatū in passionib⁹ non secuntur. Cui consonat Actuū. xiiij. ꝓ multas tribulatiōes optet nos intrare in regnū celoz. qđ figurat̄ Exodi. j. vbi legit̄. q; filij israel anteq; intrarēt in terrā ꝓmissionis multipliciter fuerūt tribulati a pharaone in egipto. Et hoc cōsiderabant glīosi apli ꝛ ꝓncipes terre Jacobus ꝛ Johes. Sed adhuc carnales petebant q; regno. anteq; paterentur ꝛ ventis tribulationū quaterentur. Ideo rñsum est eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem rē. q̄si diceret Per calicem passionis peruenitis ad gaudiū celestis regionis. Et hoc dicit euangelium in quo ꝓncipaliter tria describuntur. Primo in discreta petitionis ꝓpositio. ibi. Accessit ad Jesum. Secundo illius digna reprehensio. ibi. nescitis. Tertio quibus regnum celoz̄ paratur ostensio. ibi. sedere autem. De primo est notandum ſm Aristo. j. de aīalibus duplicia sunt aīalia. aliqua diligunt societatem. vt sunt cerui et oues. De ceruis dicit Jsi. li. xij. quando trāseunt flumina simul solent ire ꝛ natare. et vt fertur meris eoz se imponūt De ouibus dicit Aristo. octauo libro de aīalibus si remanserit vna sola

et fuerit impregnata facto tonitru abhorrz fo-
sitan p timore. Jō bonū est vt in vnū congregant
Econtra sunt animalia alia q̄ societatē nō dili-
gūt sicut sunt aquile z solitarie esse volunt et re
gnare vt regine. Ita etiam moraliter discipu-
li christi fuerunt duplices. Aliqui diligebant so
cietatem. et tā q̄ oues timorose simul manebāt.
quales fuerunt illi. de quibus euangelium dicit
audientes. x. indignati sunt de duobus fratrib⁹
Illi etiā post passionez christi erant congregati
ꝓpter metum iudeoꝝ vt habetur Joh. xx. Alij
aūt vt Jacobus z Johes velud aquile societa-
tem fugiebant. et bene cōparantur aquilis. q̄ sic
aquile alti⁹ ceteris auibus volant z maiorē so-
nū faciunt in volatu. Sic illi duo discipuli Jaco
bus z Johes altius volauerūt in doctrina. Si
cut canitur de Johe. Volat auis sine meta. Et
de Jacobo dicit Beda sup Johem q̄ tam alte
intonuit q̄ si aliquantulum altius intonuisset.
totus mundus eum capere nō potuisset. Jō dr̄
filius tonitrui rōne sonorose predicationis qua
malos terrebat. pigros excitabat. oīes altitu-
dine sua in admirationē q̄uertebat. et ideo dici
tur Jacobus maior. Idcirco etiam more aḋla-
rū volebant soli cū christo regnare. nec cū alijs
br̄e societatē. patet ex illo qō Mr̄. viij. legitur
q̄ Johes z Jacobus filij zebedei accesserūt ad
Jesum dicentes. Mgr̄ volumus quodcūq; pe-
tierimus facias nobis. ꝺbus dixit quid vultis
vt faciam vobis. et dixerunt da nobis vt vnus
ad dexterā tuam. et alius ad sinistram tuā sede-
amus in gloria tua. quia audierunt pauloante.
q̄ vellet pati z tertia die resurgere z ip̄m crede-
bant post mortē regnaturū hic. Ideo cupientes
prē ceteris ei esse collaterales informauerūt de
petitione matrē vt p eis intercederet. Ideo dic̄
euangelium. accessit ad Jesum mater filioꝝ ze-
bedei cum filijs suis. et hec fuit Maria salome
que vt ait Crisᵹ. Reliquit virū zebedeum ꝓpter
amorem castitatis. Et cum accessisset ad eū pri-
mus adorauit anteq̄ petitionē ꝓposuit. q̄ mo-
ris apud antiquos erat q̄ quando aliqs ad q̄-
sonam nobilem venit. p aliquibus petendis pri
us ei reuerentiā exhibuit cadens in terram. Si
cut legitur. j. Reg. xxv. Q̄ prudens abigayl ve
niēs ad regē Dauid petitura. p Nabal viro suo
anteq̄ ꝓposuit petitionē surrexit z adorauit. p-
na in terra dicens. Ecce famula tua sit in ancil-
lam vt lauet pedes ſuoꝝ dñi mei. Quo facto. p
posuit petitionē. Ita fecit hic mater filioꝝ zebe
dei que ip̄m prius humiliter adorauit. vt ipsam
citius exaudiret et postea petiuit. Jō sequitur.
et petens aliq̄d ab eo. Sed quia diuicie z bono
res mundi nihil sunt. et adducent ad nihiluz. ip
sa autem petiuit aliquid vt dicit euangeliū Jo-
hannis Crisᵹ. super Math̄. Non dicemus q̄ re
cte peteret hec mulier. sed dicemus q̄ non ter-
rena: sed celestia filijs suis optabat. Non enim
fecit sicut cetere matres que corpora natorum
suorum amant. animas autem condēnant desi-
derant illos valere in hoc seculo vt ostendāt q̄
corporum sunt parentes non animarum. Et sc̄
dit. Estimo aūt q̄ hi fratres cum audissent dñz
de passione z resurrectione sua loquentem cepe
runt dicere eum esse regem vt fideles. Ecce rex
celestis ibit ad regna tartarea vt regem mortis
destruat. cum aūt victima fuerit consummata.
quid aliud restat nisi regis gloria sb̄sequat̄. Er-
go quid faciemus fratres qui non possumus re
gni ip̄ius esse participes scimus quia inuidus ñ
est: quia enī se donauit hominibus qm̄ regni so-
cietatem dabit petentibus se. Negligentia rep̄-
henduntur vt dantis minima nō dubitentur. iō
sb̄miserunt matrem que si reprehensibilis inue
niretur citius veniam meretur. Ipe sexus muli
ebris excusat errorem. hec ille. Sed d. tñ dictū
est supra q̄ discipuli per se ad ip̄m accessissent.
Hic aūt dr̄ q̄ matrē sb̄misissent: ergo contrarie
tas. Ad hoc rñdit Aug⁹. in li. de concordia eua
gelioꝝ q̄ mr̄ ex consilio filioꝝ accessit. et volū
tatem ip̄orum ad ip̄m detulit. Et dicit regla iu-
ris. ex̄ de regu. iur̄. li. vi. c. qui facit. Qui aliq̄d
per alium facit est ac si faceret per seipm. Ideo
dicit Marcus eos ad x̄pm accessisse quā q̄ mat̄
in veritate accessit. et nō ip̄i: timebantq; ne alī-
os discipulos scandalizarent. Tum quia p ma-
trem citius impetrarent. Tum ne notam ambi
tionis incurrerent. Ideo accessit mater dicens
illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei. i. vt collate-
rales. et maiores sint. vnus ad dexteram tuaz
et alius ad sinisteram tuam in regno tuo. hic di
cit Glosa. Bonū desiderium sm̄ q̄siderata peti
tio. et iō nō ꝓpositū. non voluntas culpat̄. Sz
ignorantia. Si impetrare nō debet simplicitas
tamen non meretur confundi. quia omnis mat̄
desiderat filijs suis tria scilicet quietem. diui-
tias z honorem. q̄ patet in Rebecca Geneſis.
xxvij. Que diligenter laborauit vt filius eius
Jacob primogenita optineret. Idē patet ō ber
sabee. tertij. Regum. primo. Ubi sic legitur se-
nescente Dauid filius eius Adonias surrexit
viuente patre dicens. Ecce regnabo post patrē
Quod audiens mater Salomonis predicta ac-
cessit ad regem Dauid. et procidit ante ip̄m re-
uerentiam sibi exhibendo. Cui rex. quid vis in-
quit. Ad quez illa. Dñe mi rex. Tu iurasti mihi
per dominum deum tuuz. q̄ Salomon filius tu
us regnaret post te. et ipse sederet in solio tuo.
Et nunc regnat Adonias te ignorante. Ad te
tamen adhuc respiciunt oculi omniū ex israbel

Sermo.

eozũ oratiõibus adiuuatur. Si tñ presbyter vl' alij religiosi ducerent bona sua vt mercimonia ad vendendum tunc a teloneo minime sunt immunes. C. de vict. l. ex pstatione. Et qđ dictũ ẽ de sacerdotib⁹ est ꝛ intelligendũ de militibus. qz illi sunt pro bono cõi quare merito a donis cõibus sunt exempti. C. de vict. cõmissis omnib⁹. Etiã scias q̃ telonea noua instituenda non sunt nã qui ea exigunt sine ꝓsensu pncipũ aut reguz si moniti non desistant cõione careant christiana. vt patet de censi. ꝛ exactio. innouamus. l. iij p Innocentiũ tertiũ. q̃ soli reges aut pncipes istituere habent nouozum teloneozũ potestatez ꝛ solũ intelligiẽ de rebus que gerũt ad vendendũ qui enĩ faciunt portare vinuz vel bladũ ad suum vsum ꝛ familie non tenenẽ ad pedagia vel telonea. Etiã si contraria cõsuetudo esset vt dic̃ Posti. qz nõ sunt danda telonea nisi de reb⁹ q̃ causa negociationis deferunẽ. vt. ff. de publi. c. de vic. concoz. ber. Sed quia nõ recte seruanẽ telonea fm ea ideo cõmittunẽ peccata quib⁹ anima ifirmatur. qua infirmitate ꝛ alijs duabus Matthee um dñs eripuit qñ eũ misericorditer ispexit ꝛ ad se vocauit dicẽs. Sequere me. nõ tñ icessu pedũ verũetiã icessu moꝝ. sicut exponit Beda sĩ omeľ. Et hoc fm eundem diuina prouidentia fieri disposuit vt nullum enormitas peccatozũ suoꝝ desperandum venia reuocaret. Ideo dicit beatus Aug⁹. Nemo a dei pietate diffidat. qz maioz est misericordia ei⁹ q̃ nra miseria. Quisquis g̃ ad deum toto corde clamauerit exaudiet illũ qz misericors ẽ. Et sic q̃ misericordiẽ vocauit btñ Matthеũ cupiditatib⁹ ꝛ lucris inhiantem multo magis te suscipiet ad ipsum fugientem ꝛ clamantez Ideo ꝓtra desperãtes de dei gra exclamauit beatus Berñ. in sermone. O res inq̃t ꝓfusa. o res monstruosa pctõꝝ desperantiũ de dei misericordia cũ oĩa pcta originalia venialia ꝛ mortalia ab origine mũdi cõmissa diuine misericordie cõpata sunt q̃si vna gutta aq̃ q̃ pelag⁹ toti⁹ mare cõtinet. ꝛ illud aduertit Matthe⁹. ideo surgẽs secutus est eum. Circa qđ notandũ aliq̃ sunt impedimenta impediẽtia xp̃m seq̃. amoz diuitiaꝝ. parentũ ꝛ sollicitudo. de quib⁹ dicit Luc̃. ix. q̃ quedam dicit ad christum. Sequoz te quocũq; ier]. Qui dñs. Vulpes foueas habent ꝛc̃. Dic autẽ ad alterũ. Seq̃re me. At ille. Dñe pmitte me pmum ire ꝛ sepelire patrẽ meũ. Et alter dixit. Dñe sequar te sz pmitte me pmũ renũciare bis q̃ domi sunt. Acce sollicitudo. Sz hec p̃dicta Matthеũ a seq̃la xp̃i nõ retrahebãt nõ amoz diuitiarũ. qz statim relictis oĩb⁹ secut⁹ ẽ eũ. Luc̃. v. Nec etiaz amoz parentũ vel amicozũ. nõ enĩ sic̃ Elize⁹ dixit qñ vocat⁹ fuit ab Helia. Ozo inq̃t te osculer pmũ p̃rez meũ ꝛ mrez meã ꝛ sic seq̃r te. iij. Reg. xix. Nõ etiã sollicitudo tpaliuz retraxit. qz moz vt ipsum christ⁹ vocauit continuo reliq̃t teloneũ nec dños suos timẽs rõnes vectigaliũ imperfectas reliq̃t ꝛ christo pfecte adhesit. Sz d. quare sz pri⁹ fecit signa ꝛ sanauit socrũ Petri febricitantem tangens manũ ei⁹. Matth̃. viij. ꝛ paralyticuz quẽ miserũt per tectum ante ipsum. Matth̃. ix. Mar. ij. ꝛ Luc̃. v. Ad hoc dicendũ. Ex quo xp̃s est cognitoz cordiũ ꝛ voluntatũ vocat q̃n sentit hominẽ dispositũ ꝛ abilem. Sed in vocatiõe aliozum Matthe⁹ fuit indispositus ad vocationem. ideo etiã dicit Simon de cassia. De⁹ q̃ hoiez ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ suã fecit. put ab eĩno putat ꝛ ꝓnoscit vocat. Etenĩ cũ toto genere hũano abegit. saluatoz enĩ noluit venire in primo secũdo tertio ꝛ quarto anno vel millesimo anno. Sz in sexto ibi gen⁹ humanũ fuit abile. Hec ille. Et illa est ratio q̃re aliq̃ vocanẽ alij nõ. qz quos vidit dispositos vocat aliquos in iuuẽtute vt sanctũ Nicolaũ Titũ Barbarã Agnetẽ. ꝛc̃. Alios vo in senectute. de quo btũs Gregoriꝰ. xxix moral. dic̃. Misericors de⁹ qui pctã hoim tollerat ꝛ cũ tam vicinũ finẽ respicit plerũq; mentes peccantium imutat. Et subdit euangelista. Et factũ est discũbente eo in domo. s. Matthei. quia vt dicit Luc̃. fecit ei ꝓuiuiũ magnũ in domo sua. vbi dicit glo. Ille qui pri⁹ faciebat ꝓuiuia publicationis postea fecit christo ꝛ discipulis. Istud aũt conuiuium fecit in signum separationis. qñ enĩ duo amici debẽt ab inuicẽ separi ꝓuiuiũ faciũt. Duo amici erãt Matthe⁹ ꝛ mũd⁹. volẽs aũt Matthеus ab amicitia mũdi separi hmõi ꝓuiuium exercuit Matthe⁹ igit̃ publicanus inimicitias cũ christo habuit cũ officiũ habebat qđ sine pcto fieri non poterat. tum qz publice peccabat. Sz nũc xp̃o pfecte reconciliatus ei ꝓuiuiũ in signũ eterne degustationis fecit. ideo dicit glo. sup illud Luc̃. v. Fecit ꝓuiuiũ ꝛc̃. quia domicilio xp̃m recepit interius maximis exuberantiũ pascit delectatiõibus voluptatum. Fecit inq̃t ꝓuiuiũ magnum nõ solũ rõne voti. quia cũ magno affectu ꝛ desiderio christũ recepit. Sz etiã fuit magnũ rõne inuitatoz̃ q̃ fuerũt christ⁹ ꝛ discipuli. ꝛ non solũ illi sed ꝛ multi publicani ꝛ peccatozes venientes discumbebant cũ eo ꝛ discipulis eius. O quanta humilitas. o mirãda benignitas q̃ rex celi fõs mũdicie ꝛ speculũ sine macla dignaẽ cũ publicanis comedere ꝛ accedere se hos permittit. Idcirco Berñ. sup Can̄. j. Omnino inq̃t ꝓpter mãsuetudinem q̃ in te p̃dicatur currim⁹ post te dñe Jesu christe audim⁹ q̃ nõ spernis pauperẽ. nõ enim horruisti ꝓfitentẽ latronẽ nõ lachrymãtẽ peccatricẽ nõ supplicãtẽ chananeã nõ deplẽtẽ publicanum nõ sedentem in teloneo non supplicantez

publicanum non negantem discipulum non persecutorem discipulum nō ipsos crucifixores tuos in odore horū vngentorū tuorum currimus. Tunc sequit̄ ꝺm ꝓncipale. Et videntes pharisei qui semp christi facta male interpretabant̄ et q̄ christus fecit peccatori in bonū ipsi verterūt in murmur t in malum t venenū. Ideo dicebāt discipulis eius scz Jesu. Quare cū publicanis et peccatoribus māducat magister vester? Ad hāc certe interrogationem potuissent discipuli rndis se. Ideo fecit vt ꝑ exemplum sue conuersationis vos traheret ad terminū conuersionis. Et ē notandum q̄ pharisei habuerunt quadruplicez infirmitatē. vna fuit murmurationis qua murmurabant contra aperte bona cōtra quā dic̄ Sap. j. Custodite vos a murmuratione t detractione pdite lingue. Alia erat infirmitas psumptionis q̄ presumpserunt reprehendere maiores et meliores se. s. christū eo q̄ peccatores recipiebat t discipulos qui cū peccatoribus comedebant. Tertia erat elationis quia se iustos credebant t alios tanq̄ pctores despiciebāt. sicut illi Luc. xviij dixit dns ad quosdam tc̄. Quarta erat infirmitas temerarie suspicatiōis. suspicabāt enī t iudicabant Matthey adhuc esse publicanum quem banc peccatorē quem elegerat in eccl̄ie doctorē

A Adhuc ipsum esse auarū t cupidū quez elegerat in martyrem precioſuz. ideo christus excusat ipsum t alios pctores. non est opus valentib⁹ medicus sz male habentibus. sup quo dicit Aug⁹. Aliud est sanū esse aliud insanabilem. qui san⁹ est non eget medico qui egrotat cū spe sanabilis est sed qui egrotat cū desperatione insanabilis est.

b Ex quib⁹ verbis Aug⁹. habet̄. q̄ quidā sunt sani quidam infirmi sed sanabiles. Alij infirmi t incurabiles. Sani aūt nō egent medico nisi forte ad sanitatis conseruationem. Sanabiles egent ad te. plōgationē. Sani sunt viri sancti. isti egēt medico quantū ad sanitatis conseruationem. Non eni egent medico quantū ad curationē a mortali peccato aut culpa egent autem quātū ad ꝓseruationē in gratia. Sanabiles autē sunt pctores penitentes isti indigent medico quātū ad curationem culpe t quātū ad gratie impetrationez. q̄ eam nō habēt incurabiles aūt non indigent nec quantū ad curationē culpe q̄ ipsam curationez nō requirunt. indigent tn̄ quantū ad plongationem t expectationem t penitentiā. ꝺm illū Esa. xxx. Expectat dns vos vt vri misereatur. Sup quo dicit Aug⁹. Nolite negligere q̄ te de⁹ pius expectat. q̄ quāto diutius expectauerit vt emēderis tanto grauius iudicat si neglexeris. Subditur in euangelio. Euntes dicite quid est. s. illō qō scribit̄ Osee. vj. Volo misericordiā t non sacrificium. q. d. ꝺm Chryſ. Cur accusatis me q̄ peccatores corrigo t emendo ergo deū t patrē incusate. Sicut eni ille vult emendationē pctoꝝ sic t ego. Nō eni veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. hoc dicit Hilarius omnib⁹. Tu dñe venisti. t quo dicit non veni vocare iustos sed peccatores. sed veni ꝓpter homines. q̄ nemo iustus fuit in mundo. quia oēs peccauerūt t egent gratia dei. Alij. sic exponunt. Non veni vocare iustos. s. tm̄ sed et peccatores. Raban⁹ autem sic exponit. Non veni vocare iustos. s. falsos qui de sua iusticia gloriant̄ vt pharisei. sed eos qui se peccatores recognoscunt.

Sermo de scō Mauritio t socijs eius.

Beati qui persecutionem patiunt̄ ꝓpter iusticiā qm̄ A ipsoꝝ est regnū celoꝝ. ita scribit̄ Matth. v. Dicunt naturales q̄ aurū inter oia metalla meliores t plures patit̄ malleationes ita tn̄ vt sine ruptione in tenuissimas laminas dilatar̄ t in ignē licet ponit̄ non tn̄ corrumpit̄ t consumar̄. Sed si quid habet impuritatis t scorie deponit̄. ideo inter omnia metalla apud seculares melius metallum t beati⁹ appellar̄ t possessores suos beatificat. Juxta illud ps̄. Beatū dixerūt populū cui hec sunt. s. ciſtas habentes plenas argēto et B auro. Mystice ꝑ aurū intelligunt̄ bti martyres Recte enim sicut sine auro nullus in regem coronabit̄. q̄ paupes nō habentes aurū nec argētum nō assument̄ ad regendū regnū. Si aūt auꝝ habuerint quātūcūq̄ viles sint regna impetrabunt. Sic̄ refert̄ de apostata Juliano q̄ per auꝝ qō cuidā vidue fraudulenter abstulit imperium adeptus est. Sic etiam sine suffragio martyriuz adipisci possum⁹ nequaq̄ corona regni celestis Qō testat̄ Eusebius in ꝺmone. Honorandi sunt martyres tota mentis deuotione sine quoꝝ meritis suffragio t fauore nemo eterna coronabit̄ gloria t honore. Cui alludit Cassio. sup ps̄. Nemo ꝓpria virtute sisti poterit in celestib⁹ nisi sanctorū martyrū precibus adiutus. Etiā videmus q̄ alias in curijs dñorū nō pōt quicq̄ impetrari sine difficultate. Si portat̄ aurū impetrat̄. ideo dicitur vulgariter. Da munern summis. es wirt wol schlecht das da krumpt ist. Munera si nō das. es wirt wol krumpt das da schlecht was ideo sancti martyres impetrant nobis in celesti curia qō nobis precibus nostris nō possum⁹ impetrare. Ideo dicit btūs Amb. in li. de offi. Dedit nobis dns de⁹ martyres vt q̄ nr̄a virtute et

meritis nō valem⁹ saltē eoꝝ meritis impetrare valeam⁹. Isti igit sancti martyres int oēs alios magis sunt tribulati ⁊ malleati ⁊ ad decorē templi celestis coaptati. sic figuratuz ē. iij. Reg. vj. vbi legit q̄ Salomon añq̄ templū edificaret fecit p̄i⁹ aptare lapides q̄ eēnt necessarij templo ꝑ structura. ⁊ cū edificabat null⁹ son⁹ audiebat malleoꝝ. eo q̄ extra templū erāt lapides secti ⁊ politi. Sic martyres quos diuina puidentia elegit ꝑ structura celestis regni p̄i⁹ hic malleo tribulationis poliunt. ita vt nō fiat ibi neq̄ luctus neq̄ clamor nec vllus dolor. Apoc. xxj. Et etiā hi in igne passionis adurunt nec p ipatiētiā consumuntur. ita vt de ipsis dici pōt illud Sap. iij. Tanq̄ aurū i fornace pbauit electos dñs ⁊ tāq̄ holocausta accepit eos. ideo bñ dicunt bti sicut illi beatissimi martyres Mauritius ⁊ socij eius. de quibus assumptū ē hoc vbū thematis. Beati q̄ psecutionē patiunt. In quo q̄dē p̄ncipalit duo describunt. Primo martyrij cā p̄ncipalis ibi. btī q̄ ꝛc. Scdo p̄mij pausa eternalis ibi. qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Circa p̄mū Hugo i didasco. li. iiij. dicit. Vent⁹ sedul⁹ si pflauerit ipsam terrā constat q̄ hoc anno fertilitas ꝓsequit. Cui⁹ rō ē. qz ventus pozos ꝛre apit ⁊ fructiferā facit vel etiā tunc terra oēs eos quos in se habuit vapozes p vētū emisit. q̄b⁹ emissis fertilitas sequit frumētoꝝ. ⁊ sic terra tūc a vulgarib⁹ dicit btā. vt sic impleat illud Deut. xxviij. Bñdict⁹ tu in agro ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ terre tue ⁊ bñdicta hozrea tua. Mystice p vētū tribulatio ⁊ psecutio designat. Et hoc ideo quia scim⁹ naturaliter q̄ arbozes ⁊ herbe odozifice ventis agitate moꝝ qualemcūq̄ habēt odorem ostendunt seu emittunt. ideo petiuit sponsa Salomōis Cañ. iiij. Veni auster perfla hortum meum ⁊ fluent aromata illius. Sic boni christiani flante vento persecutionis bonū de se emittūt odozem confessionis ⁊ laudis. sicut patet in sanctis martyribus Mauritio ⁊ socijs eius qui instante persecutione Diocleciani ⁊ maximū suauissimū odozē emiserūt confessionis non ē in nobis formido ⁊ perditio. sed christi fidem confitemur ⁊ hanc nullatenus deserimus tibi debemus militiam. o impator illi innocentiam a te laborīs stipendiū ab illo vite sumpsimus exordiuz vt dicit beatus Eucharius lugdunensis archiepiscopus. Et subdit. Constantes omnia ꝑ ipso tormenta suscipere parati sumus ob eius fidem quoniam agitati vento persecutionum odorifera odozem dederunt. Ideo dicit Gregorius. Sicut vngenta redolere latius nesciunt nisi cōmota. ita viri sancti omne quod de virtutib⁹ habent seu redolent in tribulationibus ⁊ persecutionibus innotescere faciunt. Et subdit. Sic granum sinapis nisi conteratur nequaq̄ vis virtutis eius cognoscitur. Sic vnusquisq̄ vir cū non pulsatur letus aspicitur. Si qua vero illum tribulatra persecutionis opprimat moꝝ qualis sit ostenditur. Nam quod in tranquillitate a domino pcipitur in tribulatione manifestatur. Hec Gregorius. Secundo sicut ventus nonnunq̄ magna deijcit edificia ⁊ ea fundit⁹ euertit ⁊ arbozes eradicat. Ita persecutio aliquando viros magnos a fide abstrahit qui a fide secedunt christiana. Sicut de hoc legitur in vitaspatrum libro. iij. Cum sanctus Macharius heremum perageret inuenit ibi tugurium ⁊ arbozem palme ⁊ virum stantem cuius capilli erant sibi indumentum et manum ad celum extenderat ⁊ orauit. completa igitur oratione cognouit Macharium esse hominem ⁊ tenens manum interrogauit cuz dicēs Charissime quomodo huc venisti viuit ne aliqs in mundo christianus? Quia tempore suo cum esset in mundo tanta erat occisa multitudo christianozum q̄ non crederet q̄ aliquis viueret in hoc mūdo. Cum autem Macharius eum expediuisset q̄ populus quotidie acciperet incremen tum. Econtra interrogauit quare illuc puenisset dixit ei. Ego episcopus eram et persecutione facta mihi multa supplicia erant illata ⁊ cuz ferre non possem beu idolis sacrificaui. ꝛ postmodum ductus penitentia dedi meipsum ad sacrificādū in hoc heremo ⁊ fui hic quadraginta annis in cōfessione ⁊ obsecratione ad deum ⁊ certitudinem indulgentie hactenus non accepi tamen isto anno sum consolatus. Sed iste ventus passiōis nō potuit seducere aut deijcere a fide hos sanctos martyres quin capitibus truncarentur manib⁹ trucidarentur ⁊ pedibus equozum conculcarentur quia sciuerunt q̄ pati fm quendam doctoꝝ est tam nobile q̄ nullus dignus est nati nisi solo christus qui innocenter patiebatur. Nullus etiam dignus est pati nisi qui ex corde desiderat. etiam pati tam bonuz est q̄ nemo persoluere potest quia facit hominem dignum totius boni terrestris pariterq̄ celestis. Ideo legitur q̄ quidā doctoꝝ inter se disputabant ⁊ quilibet hāc virtutem extollere nitebatur. Primus dixit. Si patuit celestis in celo habuisset. filio suo melius aliquid vtiq̄ in terra dedisset sed dedit ei pati. fm illud Luc. xxiiij. Sic opoztuit christum pati et ita intrare in gloriam suam. Ex quo ostendit q̄ passio sit optima in hoc mūdo ⁊ q̄ prevalet gaudia mundana. Secundus dixit. Si Maria sanguilentas lachrymas pro vno peccatoꝝ fudisset non tantum deo placuisset sicut tollerantia tribulationum quam habuit ⁊ vere sic est. quia pati est tam nobile q̄ patientes pro iusticia beatificantur. ⁊ deus nihil aliud potest dare pro eo nisi se ipsum. quod ꝑmisit Abrae Gen. xij. Ego

ero merces tua magna nimis. Sed cum pati sit tam nobile queritur quare nos non possum⁹ pa ti. huius triplex est ratio. Primo quia paruam dilectionem habemus ad deum ꝛ magnã ad nos metipsos. Secundo quia raro cogitam⁹ de fructu ꝛ vtilitate ipsius pati que daturus est nobis deus. Tertio etiam quia raro cogitam⁹ q̃ christus sustinuit. Sed hodierni sancti martyres pl⁹ deũ q̃ semetipsos amauerunt alias psecutiones passi non fuissent. Cogitabant etiã de fructu quẽ dominus datur⁹ esset eis. hoc est seipsum. Etiaꝫ considerabant que christus sustinuit p eis. ideo omnes persecutiones patienter sustinuerunt. qz dicit Gregorius. Si christi passio ad memoriam reuocatur nihil est tam asperum quod non equo animo tollat. Qui ꝓsonat Christe. sup Matth. Si pressurã mundi pateris passionẽ domini memoria sic mansuetus patiensq; eris. Modo ad p positum quia venti persecutionum ꝛ tribulationum perflauerunt has terras bñdictas. hoc est corpora terrena hoꝝ scõꝝ martyrũ. ideo nobis magna fertilitas est secuta. Recte enim sicut in anno in quo multi venti perflant terrã multi fructus generant qui sunt hominibus infirmis ꝛ debilibus in solamen quia recreant eos. ita ipsi p eorũ passionẽ q̃ corpa eoꝝ multiplicit ꝓsumma uit inita solamina deferre debilibus ꝛ tribulatis meruerũt. Refert etiã beatus Eucharius qui vitã eorũ ꝓscripsit. q̃ quedã mulier filiũ suũ abbati non asterij tradidit in quo scõꝝ martyrũ corpa requiescũt in breui defunctũ irremediabili luctu plangebat. Qui apparens beatus Mauriti⁹ cur filiũ suũ sic fleret quesiuit. Que rñdit. q̃diu viue ret a lachrymis non cessaret. Qui ille. Noli iam eum flere vt moztuũ sꝫ scias eũ habitare nobiscũ Quod si probare desideras cras ꝛ omnib⁹ diebus vite tue. Si ad matutinas surrexeris vocez eius inter monachorũ psallentiũ voces audire valebis. quod illa semp fecit ꝛ vocẽ filij sui cum monachis semper discernens audiuit ꝛ ꝓsolata multipliciter fuit. Idem narrat q̃ rex gutturanicus misit quendã pbyterũ vt sibi de sacrosanctis ipsorũ reliquijs apportaret. Qui cum relite piret capsam cũ reliquijs fluctib⁹ apposuit et ꝯ mox tranq̃llitas magna secuta fuit. ꝛ hoc ad pmũ. Quãtũ ad scm ponit pausa pmij eternalis cũ subiũgit. qm̃ ipsoꝝ est regnũ celorũ. Ubi est notandum fm doctores triplex est regnũ. Primũ est fideliũ aiarũ. s. regnũ aie. ꝛ illud ẽ pacifi carũ vbi rõ impat ꝛ caro obtempat. de quo dic btus Aug⁹. sup Job. Recta domus vbi vir imperat ꝛ femina obtempat. Rectus g̃ homo vbi ipse impat caro seruit. ꝛ illi bñ dicuntur reges fm q̃ dicit Prosp in suis sententijs. Non caret regia potestate q̃ corpori suo nouit rõnabilit imperare. ve dñatoꝛ est terre q̃ carnẽ suã regit legibus discipline. Illud regnũ non est discordiũ q̃ in suis animab⁹ sunt discordes alioꝝ enim aias regere nõ valent. quia omne regnũ in se diuisum desolabit. Luc. xj. Scõm regnũ est fideliũ ꝯgregatorũ. s. regnũ ecclie ꝛ illud est p gratiã vocatorum. quia nemo assumit sibi digne honorẽ ecclesie seu dignitatẽ nisi q̃ vocat⁹ est a deo tanq̃ Aaron fm Apl'm ad Heb. v. ꝛ habet. viij. q. j. in scriptur'. Ibi addit q̃ loc⁹ regiminis ecclie negand⁹ ẽ desiderantib⁹. sꝫ offerend⁹ est fugientibus. Sꝫ prochdolor hoc regnũ vim patit a tyrannis a potentibus ꝛ diuitibus qui intrant per potentiã contra canones modo pecunijs modo per carnem ꝛ sanguinem modo per seruitia ꝛ sic quasi violenter amodo rapiũt. illud Matth. xj. Tertium regnum est celestiũ gaudiorum. ꝛ illud est solũ ꝓpter iustitiã psecutorũ ꝛ passorum. fm illud Matth. v. Beati estis cum vos maledixerint homines ꝛ persecuti vos fuerint gaudete ꝛ exultate qm̃ merces vra copiosa est in celis. non enim estimare debet aliquis vt sine pati regnum celorũ possit intrare cũ dicat veritas. Beati q̃ persecutionem patiuntur propter iusticiam qm̃ ipsorum est regnum celorum. Huius figura habetur. j. Reg. xviij. ꝛ infra. q̃ Dauid non potuit regnum israel obtinere nisi per magnas persecutiones quas sustinuit a rege Saul. his finitis tunc fuit in regno stabilitus. vt patet. ij. Reg. j. ꝛ infra. Ita etiam fm beatum Augustinum. Neq; ad regnum celorum se iudicet peruenire hic qui in area triture non tunditur tribulatione deliberent ergo illi bene qui sine pati volunt regnum celorũ intrare vel possidere. ideo fm Anselmum. Non repellas flagella dei a te si nõ vis repelli ab hereditate sua. Patientes enim volũtarie pro christo veri dicuntur domini ꝛ eorum festum congrue dominorum nuncupantur. vt dicit Gregorius in omel. super illo verbo. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ꝛ sic isti beati martyres sunt dñi. ꝛ reges dicunt quia regnũ celorũ suo sanguine acquisierũt ꝛ nũc hereditarie possiderũt in quo fm Augustinum in sermone. de vocatione est tantũ gaudiũ quod fide non attingitur spe non comprehenditur charitate nõ capitur desideria ꝛ vota transgreditur acquiri nõ põt estimari nõ potest. In hoc ẽ gaudiũ sine fine eternitas sine labe ꝛ serenitas sine nube. Sed nos miseri minime hec perpendimus ideo parua pati pro christo ptimescimus cõtra quos dicit idẽ Aug⁹. contra faustũ. o hõ insensate miser et infelix qui pro tanta beatitudinis gloria sustinere modica pertimescis cum tamen mille milia martyriorum genera ferre deberes

Sermo

anteq̃ ab illa felicitate excideres.

De sancto Wenceslao sermo. j.

Constituit eũ dñm dom⁹ sue t p̃ncipẽ oĩs possessi onis sue. ita scribit̃ ps̃. cviij. Rex sapiẽs q̃ habet multos milites in domo sua nõ oẽs eq̃lit̃ remu nerat t exaltat sz aliquos facit cancellarios ali os dapiferos ceteros cubicularios nonnullos marscalcos si aliquẽ autem viderit p̃udentiozẽ t ad regimẽ domus sue abiliozẽ hunc p̃incipez aliozum constituit t rectozẽ faciẽs fm consiliuz poete consulentis. vñ versus. Quẽ videris gnarũ rectozẽ pone tuarũ. Quare hoc: certe ideo. quia bonus rex in multis abundat diuitijs si nõ habz sapientem domus sue p̃uisozẽ oĩa sunt inozdi nata t vltimate dissiparẽt. ideo dicit Prouerb. iij. Sapientia p̃ciosioz est cũctis opib⁹ t oĩa q̃ desideranẽ huic non valent compari longitudo dierum in dextera eius t in sinistra illius diuitie t glozie. Et illud sagaciter olim perpendit Pha A rao rex egypti. de quo legit Genẽ. xlj. q⁹ quodaz tempoze vidit somniũ putabat eni se stare super flumen de quo ascendebant septẽ boues. s. vacce pulchre t crasse nimis t in loc̃ palustrib⁹ pasce bantur. Deinde alie septẽ veniebant que p̃ozes deuozabant que erant macre nimis t in locis pa lustrib⁹ pascebanẽ. Euigilans aũt Pharao per territus est t accersiuit oẽs sapientes eis somni um enarrans sed nõ erat qui interp̃taretur. Ex dicto autem pincerne eductus est Joseph de car cere t huic narrauit rex somniũ. Ille autẽ tanq̃ sapiens exposuit somniũ dicens. Septez boues pulchre septem anni sunt future fertilitatis t̃. Et septẽ macre anni sunt septẽ future famis que consument omnia p̃ioza. Ideo, puideat sibi rex sapientem virũ qui p̃esit terre egypti. qui cõsti tuat p̃epositos p regiones t quintã partez fru ctuum per septem annos fertilitatis congregat in hozrea, p̃pter futurã famem. Et sequit̃. Placu it regi consiliũ t dixit. Nunquid inuenire poteri mus talem virum qui spiritu dei plenus sit. ideo tu eris sup domũ meam t ad mandatuz tui oris cunctus populus obediat. Ecce Pharao tanq̃ sapiens rex qui multos milites habuit in domo sua nullũ rectozẽ curie sue nisi sapientez Joseph exaltauit. Mystice dñs noster Jesus christ⁹ est rex regum t sapientissimus in quo sunt oẽs the sauri sapientie t scientie absc̃diti. Col. ij. Ideo si quis indiget scientia postulet ab eo. q̃ dat om nibus affluenter vt dicit̃ Jaco. j. Iste sapientissi mus rex christus habet multos milites in curia sua hoc est in mũdo sed nõ equaliter eos exaltat sed dat vnicuiq̃ vt vult. Nã aliquos facit cancel larios sicut euangelistas t doctozes qui scripse runt secreta sua. alios aũt dapiferos sicut p̃dica tozes qui ferũt spiritualit̃ dapes verbi dei. Nõ nullos vero cõstituit cubicularios. s. religiosos contemplatiuos qui semper i cubiculo regis cõ uersantur. quia eozum conuersatio in celis ẽ. ad Phil. iij. Reliquos aũt fecit marscalcos aut sta bularios sicut papas t epos qui debent custodi re stabulum ecclesie ne lupus rapiat oues. s. fide les. Ideo dicit apostolus ad eph̃. iiij. Unicuiq̃ vestrũ data est gratia fm mensurã donatiõis xpi qui dedit quosdam apostolos quosdam prophe tas alios euangelistas alios pastozes t doctoz res ad sanctozum consummationem. Si autem christus viderit aliquem p̃udentiozem ad regi men seculare hunc facit dñm terre t p̃incipẽ re gni secularis. sicut fecit beato Wencesl. quem p pter suam p̃udentiam fecit p̃incipem terre bo hemozũ vt per p̃udens regimen populi hm⁹ re niret ad regna celozum. sicut volunt verba the matis p̃eassumpti. Constituit eum dominũ do mus. In quibus quidez duo describunt̃. Primo iurisdicte traditio potestatis ibi. constituit eũ. Se cundo celice acceptio hereditatis ibi. t p̃inci pem oĩs possessionis sue. Circa p̃imũ est notan dum. dicunt naturales q⁹ natura solet p̃stitue re in reges hec animalia i q̃b⁹ plures sunt p̃fectiões aut naturalia. s. que sunt magis sapientioza libe rioza mitioza obedientioza t iustioza. Sicut vi detur in leone qui fm Isiõ. li. xij. est rex animali um quadrupedum t est sapiens cuius sapientia patet in suscitatione suozũ catulozũ quos p tri duum rugitu magno dicitur suscitare t est libe ralis cui⁹ liberalitas patet in soli. de mirabilib⁹ mundi. q⁹ predam suam quam rapit solus come dere erubescit. Sed a remotis sequentibus alijs animalibus de ipsa gratia liberalitatis eis p̃ez derelinquit quod de alijs animalibus non vide mus. t est animal mite t misericoz. quia dicit Isiõ. li. xij. q⁹ natura eius circa hominem ẽ ma gna t mirifica t misericoz. quia cozam se p̃stra tis parcit nec hominẽ nisi in magna fame come dit t occidit. Est t obediens quia fm Solin. vbi supza. quando videt catulum ante se verberari statim timet t obedit. Est t deniq̃ animal iustuz quia verberat sibi resistentes sed parcit vt dictũ est que sunt se cozam ipso p̃sternentes. Spiri tualiter christus qui est naturalis dominus toti us nature constituit beatũ Wencesl. in p̃incipẽ terrestrem omnia hec perfecta t alia ad p̃incipẽ spectantem in se habentem. Primo enim more leonis habet sapientiam que valde necessaria ẽ p̃incipibus t ciuitatum rectozibus. q̃ ciuitates inhabitabunt̃ p̃ sensuz p̃udẽtiũ. sz rex insipiens

perdit ppłm suū. Eccī. ix. ideo hāc sapientiā didi
cit a ꝑmo etatis sue exordio. sicut refert Jaco.
ianuen. z nō segniter agens in aggressis cito sup
senes z se docentes intellexit. ita vt dicere possit
cum ꝓphęta. Super senes intellexi. quia man
data tua custodiui. Similiter potuit dicere illud
Sap. viij. Puer ingeniosus z sortitus sum aīam
bonam. quia omnia lecta cū sensu mystico com=
mendauit. Hanc sapientiā ostendit in hoc ꝙ no=
luit idola surda z mutā adorare. ideo hui⁹ sancti
pueri Vuencesl. ꝓcessit figura in Tobia. de quo
legit. Tob. j. cū oēs irēt ad vitulos quos ꝑiero
boam rex israel fecerat sol⁹ Tobias fugit ꝓsor=
tia hoim pergens in hierusalē ad templū dñi isrl
bumiliē orauit. Ita btūs Vuencesl. cū oēs irēt ad
imolandū idolis que colebat mr ei⁹ neꝗssima cū
sibi adherentib⁹ solus fugebat ꝓsortia eorum et
pergebat occulte ad ecclesias q̄s pater eius cō=
struxerat noīe vratislan⁹ z adorauit dñm Jesuz
christū. vt dicit ꝑfatus Jaco. ianuen. in legenda
Idcirco sua sapientia longe lateqz excessit sapiē
tiam Salomonis. de qno legit. iij. Reg. iiij. Cuz
senuit Salomon dedit dñs sapientiā Salomoni
z scientiam z precedebat ei⁹ sapientia sapientiā
omniū orientaliū qui ꝼm glo. studebant in cursu
astrorū z egyptiorū. s. qui studebant in phisicis
Sed tñ hac sapientia ipse est abusus. q̄ sicut ha
betur. iij. Reg. xj. Cū senuit Salomon deprauа
tum est cor eius ꝑ mulieres z templa idoloꝝ fa=
bricauit z ea similiter adorauit ne offenderet mu
lieres. Sz non sic beat⁹ Vuencesl. qui maluit ha
bere iram maledicte sue mr̄is z idolatrie q̄ dese
rere cultum dei veri z opprobria ab ea sustinuit
ideo dicere potuisset cū ps̄. qm̄ ꝓpter te dñe su=
stinui opprobriū opperuit confusio faciē meā ex
traneus factus sum fratrib⁹ meis. ꝛc. quia fra=
ter suus iniqu⁹ Boleslan⁹ alē Layn ipm ob hoc
odiuit z occidit. Scdo btūs Vuencesl. habuit li=
beralitatē que debet esse innexa ꝓncipibus. quē=
admodū ondit Tyt⁹ impator. de quo refert Sue
ton⁹ ꝙ ꝓuniū fecit z nullū añ se in liberalitate
sibem habuit neminē añ se sine mūere discedere ꝑ
misit z cū morerer mlta suis domesticis remisit.
Nō inquit a ꝓncipe oportet quēq; tristē recede
re. Sic beatus ꝓnceps conuiuia fecit paupibus
z nullū a se sine munere abire ꝑmisit. quia fuit al
ter Job de quo legit Job. iij. Si nō negaui semp
volebāt paupes z oculos vidue expectare feci. si
comedi buccellam panis solus quia mecū ab in
fantia creuit miseratio. Ipse enim indigentias
pauperū suis diuitijs supplebat. Infirmos in ꝑ
ꝓria ꝓsona visitabat nudos tegebat peregrinos
suscipiebat insepultos manu ꝓꝑria sepeliebat.
De nocte etiam surrexit lignaqz collegit in dor=
so suo ante domos pauperum collocauit. vt de
ipso exponi possit illud ꝓuerb. vlti. Manum
suam opperuit inopi. z rursum de nocte surrexit
z dedit predam domesticis suis. Sic aūt nō faci
unt nūc moderni nr̄i ꝓncipes q̄ rapiunt z oppri=
munt paupes quos tñ ille nobilissim⁹ ꝓnceps cō
solabaī z alebat. ideo audiāt illō Esa. xxxiij. Ve
q̄ predaris q̄ ꝑdaberis. q̄ demōes rapiūt eorū
aīas. sicut testaī Haymo sup Apoc. opprimunt
z demones ei⁹ mentē qui nūc paupem oppresse
rit z egentem. Oppressio enim paupis est offen=
sio christi. Tertio beatus Vuencesl. more leonis
fuit mitis z misericors que etiam bñ conueniūt
principi. ꝼm illud ꝓuerb. ij. misericordia z ve
ritas custodiūt regē z roborabiī clemētia thro=
nus eius. ipse enim fuit alter Moyses q̄ erat vir
mitissimus. Numeri. xij. Quis enī btūs Vuencesl.
erat excellentior respectu aliorum tñ eorum in=
urias sustinuit patiēter z ꝑ maxia mititate mul=
tos captiuos liberauit recte imitans naturā leo
nis. de quo refert Jsīd. li. xij. q captiuos repara
re ꝑmittit q̄ñ enī obuiā habuerit aliquē de capti
uis hunc vt ferī non ledit sed libere in patriam
ire sic ꝑmittit. Ita btūs Vuencesl. cū ad huc in p
senti foret multos de carcere eripuit z libere ab
ire ꝑmisit carceres destruxit z oīa patibula. aī=
aduertens illud Matth. vij. Nolite iudicare et
non iudicabimini. Et illō Luc. vj. Nolite ꝓdem=
nare vt non condemnemini. Referī in legenda
q̄ post mortem eius p̄ciosam plurimi rei vincula
ti in fetore cuiusdam carceris iacuerunt constri
cti z nullius solatij spē babuerūt. sz mortis hor=
rorem semp cū gemitu expectabant z quadā nо=
cte inter angustias positi venit eis in mentez vt
sanctū Vuencesl. ꝑ auxilio sibi dando imploza=
rent. Idcirco dicebant. Dñe de⁹ ꝑ merita z ora
tiones sancti amici tui Vuencesl. nos in pñti tri=
bulatione digneris liberare. Ecce affuit eis p̄si=
dium martyris inuocati. nā nocte sequēti dū oēs
foris placida quiete pausarent. z bi solum mise=
ri q̄d reqes eēt nescirēt. primū q̄si sonū tintinna
bulum in auribus eoꝝ insonuit. deinde lux cunctis
miranda ī carcere refulsit z subito vinculū quo
omnes inclusi tenebantur velut arcus se incur=
uauit z mox omnes pedes suos a neruo extra=
xerunt. ꝓfortati igitur clamabant. Dñe de⁹ no=
ster Jesu christe assis nob fuis tuis in te ꝓfiden
tibus per merita sancti Vuencesl. ꝑ tui honore
nois ab impiorum est manibus interempt⁹ mox
affuit virtus christi z vniuscuiusq; torques ceci
dit ꝓfracta de collo ad terrā. z exeuntes de car=
cere nullo obstaculo retinente ambulantes per
girū dei mirabilia z sancti Vuencesl. enarrabāt
ex q̄ q̄dē narratiōe glia martyris vndiq; est di=
tata q̄ etiā gētib⁹ minime latuit. Idcirco ꝓtigit
quēdā paganū in carcere detineri qui sciens mi=

titatem sancti Uuences. ex relatu illorum dixit. Si deus sancti Uuences. ⁊ christianorum me ab hac miseria sua bonitate liberabit credã in christum Jesum ⁊ baptisma suscipiam. Vix ille v̄ba compleuerat ⁊ ecce oĩa vincula ferrea ceciderũt quẽ custodes plures meritis beati Uuences. liberatũ cõprehendentes repetitis vinculis religauerunt. sed totiens iterato fracto vinculo cõpñcti dimiserunt liberũ. ⁊ ille vota mox adimpleuit. Aliud exemplum legit̃ ꝙ quidã p̄nceps quẽdam in carcerẽ misit ⁊ ille frequẽtibus suspirijs dñm deprecans ait. Dñe deꝰ ꝑ merita sci Uuences. adiuua me. quadã igitur nocte ꝯtigit vt int̃ angustias obdormiuit. statim igit̃ expgefactus extra ciuitatẽ in media platea ⁊ neq; erãt cõpedes eiꝰ in pedibꝰ eiꝰ neq; torques ĩ collo neq; cathene in manibꝰ. ⁊ egressus ad vicariũ suũ narrauit ꝙ dei virtute sit mirabiliter liberatus. vicarius aũt agnita dei v̄tute ⁊ potẽtia bti Uuences. reum donauit libertati. Quarto btũs Uuences. habuit obedientiã que etiã necessaria est p̄ncipi vt ip̄e obediat suis supioribꝰ sic̃ vult sibi obediri a suis inferioribꝰ vt Leo papa. ij. q. vj. Qui scit vt deo principalit̃ obediat. quia dicit btũs Augustinꝰ li. ij. ꝯfessio. ⁊ habet̃. viij. di. qua ꝯtra mores. sicut inquit. In potestatibus societatis humane maior potestas ad obediendũ p̄ponit̃. ita deꝰ oĩbꝰ. Nõ perpendens beatus Uuences. cuz eẽt sub ptãte aue sue sancte ludibile ei humiliter obediuit. constitutꝰ aũt in principẽ deo fuit subditus ⁊ obediens cũ oĩa ꝯtemneret ꝓpter eum sicut canit ecclesia. Humilis in gloria fuit pauper in diuitijs mundi refutans gaudia castus in delitijs. ideo recte est alter Abraam de quo legitur Geñ. xij. ꝙ possessio eius erat multa nimis tamẽ his omnibus dimissis mãdato dei obediuit ⁊ de terra sua egressus fuit ⁊ postea mandato suo obediens filiuz suũ imolari voluit. Geñ. xxij. Ita beatus Uuences. tanq̃ p̄nceps abundãs mlta habuit. oĩa tñ ſm desideria dimisit vt impleret illõ ps̃. Diuitie si affluant nolite cor apponere. ⁊ postea voluntarie corpus suũ ꝑ martyriũ deo obedienter imolauit vt adimpleret illud prophete. Imola deo sacrificium laudis. Quinto beatus Uuences. habuit iusticiã que etiã necessaria ẽ p̄ncipi. quia ſm sapien. Prouerb. xv. Qui sequitur iusticiã diligit̃ a deo. Est aũt iusticia malos punire ⁊ diligere bonos. Hanc habuit beatꝰ Uuẽces. ⁊ austeriter correxit malos idolatras dicẽs. O insensati hoĩes ⁊ filij sceleris semen chanaan et nõ iuda qui vos fascinauit obedire veritati sed vos non queritis ea que sunt salutis. Sinite seruos christi sine idolis vestris nõ seruiã. hactenꝰ ꝓhibuistis me xp̄o seruire fidelesq; oẽs de terra expulistis. Nõ erit ita amplius sz dño deo libere seruiemꝰ vt dicit Jacobꝰ ianuensis. Sed bonos diligebat eis necessaria largit̃ ministrando ita vt de eo exponi põt illõ ps̃. cxj. Dispersit dedit paupibꝰ. Infirmitates eorũ supportãdo vt vt adimpleret illud apl̃i. Alter alteriꝰ onera portate. sic adimplebitis legẽ christi. ad Gal. vj. qr multotiens infirmis pauperibus ligna in ꝓprijs humeris portauit. hec qñq; debet habere q̃libet princeps vel rector vniuersitatis. Sicut probat Augꝰ. sermõe de dedicatione ecclesie loquẽs ad principes dicens. Estote proni ad misericordiã ⁊ nolite esse faciles ad rapinam. facultas vestra ñ sit violẽta dignitas vr̃a nõ sit supbia. ptãs vr̃a non sit iniusta. Hec ille. Sed qr btũs Uuences. hec rennuit. ideo christus ipsuz dñm domus sue constituit ⁊ nunc principem omnis possessionis sue in celesti regno vbi tanq̃ p̄nceps potens residet oĩaq; bona dñi felicit̃ possidet. ⁊ quõ illud ꝓmeruit vide in legenda.

De dedicatione templi sermo.

Sapientia edificauit sibi domum ⁊ excidit ĩ ea colũnas septem Prouerb. ix. Dicunt naturales mũda aĩalia desiderant inhabitare loca pulchra. sicut patet de ouibꝰ auibus ⁊ colũbis que libentiꝰ habitãt in loc̃ pulchris q̃ immũdis. Quare Pe. de cres. li. ix. ꝯsulit ꝙ loca seu stabula ouiũ sepiꝰ debent mundari. qr fimus non solum lanam sed ⁊ vngulas corrumpit ⁊ scabiosas facit. Idẽ in eodem ait ꝙ locus colũbarꝝ debet sepius purgari ⁊ vndiq; decorari nam in pulchro loco sicut ⁊ homines auidius cõmorantur. De apibus dicit Aristo. li. x. aĩalium. ꝙ mirabiles faciunt sibi cellulas in quibus mella cõponunt Mystice ꝑ hec animalia intelligit̃ dñs noster Jesus christus qui seipsum agno comparat Hiere. xj. Ego quasi agnus mãsuetus q̃ portatur ad victimam. Et Esa. liij. dicit de ipso. Sicut ouis ad occisionem ductus est ⁊ quasi agnꝰ corã tondente se nõ aperuit os suũ. ⁊ Cañ. ij. cõparatur turturi dicens. Sponsa vox turturis audita est in terra nostra. Et Cañ. v. Oculi eius sicut columbe super ruinas aquarꝝ que lacte sunt lote ⁊ resident iuxta fluenta plenissima. hic christus mitissimus agnus ⁊ columba simplicissima in domibus ornatis libentius q̃ in immũdis desiderat commorari. quia vult vt templum suum mundum teneatur. quod patet ex hoc ꝙ sinebat vas immundum ferre per templum. Marci xj. Ideo propheta in spiritu intelligens dixit. Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue. Ideo domus dei in qua

vult sacramenta mentaliter habitare eo mundi⁹ conseruet̃. Juxta illd̃ in ca.x.q.j.scõꝝ. Per Calixtũ papã q̃ dicit.ecclesias a laicis incastellari aut in seruitutem redigi autoritate apostolica ꝓ
B hibemus.vt dicit glosa. De ecclesijs nõ debent fieri propugnacula aut in eas impelli pecora nisi ꝓpter hostium incursus. incendia repentina. aut alias necessitates vrgẽtes propter q̃s oportet refugiũ habere ad illas. Sic tamen vt cessante necessitate res de ecclesijs ad loca propria et pristina reportentur. vt habetur de custo.eccle. c.reliquie.quia ecclesia ẽ summo domino ⁊ deo dedicata.ideo ab omnibus immunditijs debet esse aliena. Et hoc perpẽdit Salomon.iij.Reg̃. vj. Qui edificauit templum dño mire pulchritudinis ⁊ magnitudinis ⁊ texit tabulis cedrinis. parietes fecit de eisdem.oraculum illius habebat.xx.cubitos longitudine ⁊.xx.altitudine et xxx.latitudine.⁊ vestiuit illud auro purissimo. affixitq̃ lamina clauis aureis ⁊ nihil erat ĩ templo qd̃ nõ auro regeret̃.ideo bñ possunt de templo sumi predicta verba. Sapientia hoc est sapiens Salomon edificauit sibi.s.deo domũ in quibus duo tanguntur.primo domus dei magnificentia ibi. Sapientia edificauit.secundo eiusdez sufficientia ibi.excidit in ea colũnas septem. De primo est notandum.reges seculares ⁊ p̃ncipes multas domos sibi facere ⁊ construere permittunt nec in vna contenti esse volũt.quia in diuersis suis ciuitatibus diuersas constituũt domos ⁊ interdũ quot sunt ciuitates tot habẽt domos ⁊ habitationes quare non oportet eos intrare hospitia aliena in quibus essent insecuri ꝓpter intoxicationes ⁊ venena vel in qnibus minus bene tractarent̃. Ideo legitur.iij.Reg̃.viij.de Salomone qui in ciuitate hierusalem varias habuit domos decenter ornatas.s.propriã ⁊ domum vxoris sue ad quã sepius causa solatij transiuit ⁊ postea edificauit mella. Sicut dñs noster Jesus christus ꝑm ps̃.est rex magnus sup omnem
K terram ⁊ princeps pacis.Esa.ix.Cuius delitie sunt esse cum filijs hominũ. Prouerb̃.viij. quia ⁊ seruis suis in hoc peregrinationis exilio degẽtibus suam presentiam in consolationem ꝓmisit dicens.Matth̃.xxviij.Ego vobiscum sum vsq̃ ad consummationẽ seculi.edificauit sibi varias domos in quibus dignatur nobiscum habitare Prima est ecclesia materialis constructa ex lapidibus que suo sancto nomini dedicatur. de hac dicit dominus.Matth̃.xxj.⁊ Marci.xj.Dom⁹ mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus. Et Joh̃.ij. Nolite inquit facere domum patris mei speluncam latronum ⁊ domum negociationis.quia in hac domo nõ est negociandũ sz deus adorandus.ideo figuratur per templum

quod vidit Alexander rex magnus.sicut legitur in sua historia. Cum iret repugnare totum mundum venit quodam tempore ad quendam montem sub quo erat ripa in qua pendebat cathena aurea ⁊ ipse mons habebat gradus bis mille et quingentos.ascendit autem Alexander in montem cum aliquantis militibus ⁊ inuenit ibi palatium in quo erat templuz aureũ ⁊ in medio erãt cimbola ⁊ campane auree ⁊ lectus cum p̃ciosissimis lectisternijs in quo iacebat homo magnificentissimis indutus alba veste bombicio ornata ex auro ⁊ lapidibus preciosis ⁊ circa euz vinea aurea.quod cum vidisset Alexander nihil nocuit huic templo.sed adorauit hominem. Per hoc templum aureum signatur ecclesia ⁊ domus dei que aurea dicitur.non auri materialis sed magne charitatis quam christus ad ipsam habuit. ita vt diceret cum ps̃. Zelus domus tue comedit me.tantam nãq̃ dilectionem habuit ad ip̃az vt faceret flagellũ de funiculis ⁊ vendẽtes oues ⁊ boues ⁊ columbas eijceret et menses nũmulariorum euerteret.vt habet̃ Joh̃.ij. Si per cimbola aurea intelliguntur predicatores ecclesie ⁊ doctores ꝑm Uuilhel̃.in rationali diuinorum li. primo .quia sicut cimbola ⁊ campane fideles ad ecclesiam excitant sic predicatores ad fidem inuitant. Lectus aũt preciosissimus est altare cuz albis corpalibus qd̃ est ornatũ varijs albis pannis ⁊ appendijs.in quo iacet ille homo magnificentissimus christ⁹ Jesus de Maria virgine natus. Sicut fit in missa quando sacerdos ꝯsecrationis protulit verba.⁊ hic verus homo est indutus veste alba purissime castitatis ⁊ innocentie cum sit candor lucis eterne ⁊ speculum sine macula. Sap̃.vij. Per vineam autem auream intelligitur omnis congregatio fidelium deum nunc in spiritu videntium.de qua dicitur Esa.v. Vinea domini exercituum domus israel est.et hec vinea est aurea propter charitatis vnionem et fert botros bonorum operum que per lapides designantur. Ad hanc domum siue templum debet ire quilibet christianus ⁊ nihil aliud ibi facere nec vacare alicui alteri nisi orare.qꝛ dicitur ĩ cano.xlij.dist.c.oratorium.ꝙ ibi nec quicq̃ geratur q̃ ꝙ diuinis mysterijs conueniat. Cui con P
sonat Aug⁹.ibidem in oratorio preter orandi et psallendi cultum penitus nihil agatur vt nomini huic ⁊ opera iugiter impensa concordent. vt videlicet ibi adoretur ille homo magnificentissimus Jesus christus in sacramẽto.⁊ hoc legitur fecisse Tobias qui fugit consortia hominum ⁊ ꝑgens in hierusalem ibiq̃ dominum deum humiliter adorauit. Tob̃.j. Sed heu quidam intrant ecclesiam non vt adorent sed vt res ibi positas furtim vel verius violenter rapiant ⁊ asportent

Et de his dicit Guilhelm⁹. sup Nay. in de sacrilegio. sibi tales violenter frangunt hostia ecclesiarū vel fenestras vt res inde auferant. Si publice fuerint denunciati ab ecclesia incidūt excōmunicationē maiorē a qua solus papa pōt absoluere ꝛ nō ab alio cui nō est cōmissum ab eodē Secus si hostio aperto intrarēt licet inde aliqd asportarēt nō incidūt in ei⁹ excōicationē maiorem sed minorem vt. xvij. q. iiij. si qs fur. Etiā sicut ait Guilhel'. incidit in cano. sicut publicus effractor dūmodo fuerit denunciatus ꝛ a solo papa absoluendus. vt habet' in cano. xvij. q. ij. de viro. illi qui cōmittunt sacrilegium auferēdo res ecclesie vel etiā ecclesiam violando septē annis debent penitere eo modo q ex his septē tres annos complent in pane ꝛ aqua ieiunando. ꝛ p̄mo extra cimiterium ecclesie existant. secundo anno stent ante fores ecclesie. tertio anno ingredientes ecclesiam sed non cōmunicent corpus christi. Alijs vero annis carnes non comedant nec vinū bibant. sed tū hoc p̄supposito q p⁹ oīa ablata restituant. quia dicit Aug⁹. ꝛ habetur de re. iu. Peccatū non dimittit' nisi ablatum restituatur. Ibi dicit glosa. Joh. an. quātū qs agat penitentiā si nō restituat quod abstulit nihil agit si saltem ablatum restitui potest. Si aūt euidenter est inops q restituere nō potest tunc bñ dimittitur peccatū venia sed non obligatio. Et si ad pinguiorem fortunam euenerit tenetur vt habetur xxvj. q. vj. si quis. Isti igit' sacrilegi. s. rerū ecclesie ablatores multum timere habent penaz que accidit Antiocho regi scelerato. de quo legit'. j. Machab. j. q intrauit in templum in hierusalez cum magna superbia ꝛ tumultu ꝛ abstulit ab illo altare aureum ꝛ cōminuit omnia ꝛ accepit aurum ꝛ argentum ꝛ occultos thesauros quod tū dominus non permisit impunitum. Sed vt legitur. j. Machab. vj. Percussit eum dominus infirmitate graui. ꝛ dum sic iaceret in lecto dixit. O reminiscor malorū que feci in hierusalem qū abstuli omnia spolia argentea ꝛ aurea que erāt in ea. ꝛ nunc cognoui quia ꝓpterea inuenerunt me hec mala. ꝛ ecce perio p̄ tristicia. Quidam ecclesiam intrant non vt deum adorent ꝛ scōs honorent sed vt amasias suas videant ꝛ nō vt christum placent suis orationibus sed vidieantur a mulieribus ꝛ eas suo visu alliceant impudice. et tū de mulieribus econuerso qō tamen pudendū est dicere ꝛ cōmune verus est q iam istis temporibus nō est aptior locus ad p̄candū q̄ domus dei deputat⁹ orationi. ideo de illis conqueritur dñs Matth. xxj. Vos fecistis domū meā domū latronū. hoc est demonū qui tunc conuenūt ad perficiendum hoc opus istius luxuriosi ꝛ mechi Quidā aūt intrant domū dei non sicut Petr⁹ et Jhēs. sed vt ostendant subtiles cantus vocū ꝛ fracturas vt placeant hoīb⁹ q cōiter fit in declamationibus contra quos dicit Hugo i li. de claustra. Quid pdest dulcedo voc' sine dulcedine cordis. frangis vocem frange ꝛ voluntatem. seruas consonantiam serua ꝛ concordiam. Et de eorū cantu dicit Augustinus. Plus placet deo latratus canū mugit⁹ boum gemit⁹ porcorū q̄ clericorū cant⁹ luxuriantiū. i. lasciue cantantium vt placeant amasijs. Scōa dom⁹ quā sibi sapiētia vera edificauit est spualis ꝛ est duplex. s. spēalis ꝛ cōis. Specialis est quelibet aīa ad imaginem dei facta. de qua habet' in p̄s. xcij. Domū tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum Hanc domum debemus mundam tenere. fm qō mouet dñs. Leui. xix. Sci ꝛ mūdi estote qm ego scūs sum. s. q vobiscū cupio habitare. De ista domo dicit beatus Aug⁹. in sermōe. ix. ad fratres heremitas. Oēs sancti paradisus delitiarū varijs virtutū bonorū operū virgultis consita varijs virtutum q floribus purpurata iugiter celesti gratia irrigata. hec fratres charissimi est paradisus in quo plantatur lignum celestis sapientie. hec est thalamus dei palatiū christi tabernaculū spiritus sancti. hec est thronus solaminis sponsi lectulus celestis in quo ipsa anima parata optime delectatur ꝛ requiescit cum sponso. Hec ille. Tamē hostium huius domus christ⁹ pulsat. fm illud Apoc. iij. Ego sto ad hostium ꝛ pulso. si qs audierit vocem meam ꝛ apperuerit mihi ianuam intrabo ad illum ꝛ cenabo cum illo ꝛ ipse mecum Idcirco tali benigno ꝛ locupletissimo domino debemus aperire vt ab eo locupletemur et discere illud quod dixit Rebecca ad Heleasar seruū Abrae. igredere benedicte domū cur foris stas. Gen. xxiiij. Alia dom⁹ spiritualis est tota ecclesia catholica que super christum tanq firmissimā petram est fundata. fm q canit ecclesia. Hec est domus domini bene fundata firmiter edificata super firmam petram. s. christum de qua. j. Corinth. x. Petra autem erat christus. De hac domo dicit apostolus. j. ad Timoth. iij. Hec scribo tibi vt scias quomodo oporteat in domo dei conuersari que est ecclesia dei viui colūna ꝛ firmi conuersari que est ecclesia dei viui colūna ꝛ firmamentum veritatis. Tertia docta et forte fundamentum veritatis. Tertia doctrina est pacifica ꝛ tranquilla quam edificauit sibi. Sapientia que est domus triumphatorum. de qua p̄s. lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. quia fm Augustinū libro. iiij. de libero arbitrio tanta est pulchritudo eterne glorie ꝛ domus dei tantaq iocunditas lucis eterne vt etiam si non liceret in ea amplius delectari q̄ vnius hore dict ppter hoc solū innumerabiles hui⁹ vite dies pleni delitijs ꝛ refluētia bonarū operū temporaliū

merito despicerẽtur. Etiam pulchra est ꝛ suauis vt ea visus nõ possit amplius delectari omnem vincit dulcedinem omnẽ exuperat concupiscentiam ꝛ hoc ad primũ. Quantũ ad scõm ponitur domus dei plena effluẽtia cũ subditur. ꝛ excidit in ea columnas septẽ. Vbi est notãdũ illa domꝰ esset sufficiens ad seipsaꝫ ꝛ quo ad habitatores vbi necessaria vite ꝛ corporis propia haberẽtur vbi inueniretur cibus ꝛ potus aqua ad lauandũ oleum ad vngendum. ſm illud poete. Sufficiens domus hec vbi cuncta ponentur edenda. Talis domus est templum dei in qua omnia necessaria anime habentur sine quibus homo difficulẽ potest beate viuere. ꝛ significãtur septem sacramẽta per septẽ colũnas quas excidit vera sapiẽtia designata. Recte enim sicut colũne ecclesias sustentant ne cadant ꝛ a ruina preseruant. Sic etiam hec septem sacramenta a ruina spũali anime preseruant. ꝛ si homo ceciderit rursum resurgat adiuuãt. vt dicit magister in li. iiij. dist. j. Prima colũna quã excidit christus sapientia patris in hac domo ẽ aqua baptismalis que lauat sordes peccati originalis ꝛ sine illa non habeẽ spiritualis. quod probat ī simili. Refert Jacobꝰ antbiocensis in historia orientalium. qꝫ in oriente ī quibusdam arboribus quedam aues generantur et ille qꝺiu pendent in eis non habent vitam sꝫ statim cum cadunt de arbore in aquam vitã habẽt ꝛ natare incipiunt atoꝫ volant. per has arbores significantur matres parturientes in illis generantur filij. sed mortui in gratia. quia ſm Augustinum de fi. ad pe. Omnis homo per concubitũ viri ꝛ mulieris qui concipiẽ cũ originali peccato nascitur mortiꝙ subijcitur. ꝛ habetur de conse. diſt. iiij. firmissime. Si autem debent habere vitam gratie oportet eos in aquam baptismi cadere. alias visione priuarentur. vt dicit Augꝰ. ꝛ habetur de ꝯse. di. iiij. Firmissime tene nõ solum homines ratione vtentes. verũetiaꝫ puulos qꝺ siue in vtero matris viuere incipiũt ꝛ ibi moriuntur siue iã de matribus nati. Et sine sacramento baptismatis qõ datur in noie patris ꝛ filij ꝛ spũs sancti. De hoc seculo trãsierit sempiterno igne sunt puniendi. Hec ille. Sed statim postꝙ cecideruntad aquas baptismi vitam habent gratie ꝛ mundabuntur ab omnibus delictis ꝛ vestimẽtis innocentie induent. quod exponit Rassi. sup pſ. Omnia delicta iuuentututis mee ꝛc. dicens Delicta per puerperiũ commissa baptismo mundantur vt illi nos restituant puritati in aq̃ Adaz nascitur procreatus ꝛc. Secũda colũna est confirmatio que se habet vt electuarium confortatiuũ quia ſm medicos hõ exiens de balneo in quo se quã debilitatem necesse est vt detur ei aliqua medicina qua assumpta sanitas conseruet. Sic homo exiens de balneo sacri baptismatis in quo ẽ a peccatis originalibus purgatus necesse est sibi vt habeat aliquod confortatiuum contra vitia. ꝛ hoc est confirmatio que fit ab episcopo mediante gratia in baptismo collata. roboratur et datur robur spiritussancti contra carnem mundum ꝛ diabolum litigandi ꝛ in signum huius vngitur oleo sancto in fronte. vnde inquit Augustinus. Nos vnxit quia luctatores contra diabolũ fecit. Si quis hoc nobile electuarium friuole cõtempserit audeo dicere qꝫ condemnatur. Teste Hugo. in li. de sacramentis. Timendũ inquit est his qui negligentia non suscipiunt manus impositionem ab episcopo ne forte damnentur cum festiuare debuerant cum potuerãt. Et qui in senectute hanc desiderant ieiuni ꝛ contriti accedant Tertia columna est corpꝰ christi ꝛ sanguis que sunt quasi cibus ꝛ potus recreatiuꝰ anime ꝛ hominem faciunt fructuosum. Refert enī Petrus de cres. li. ij. ruraliũ cõmodorũ. Si aliqua arbor fuerit vetusta non ferens fructus. illius radices debent scindi ꝛ lapides immitti vt eo melius arbor attrahat humorem ꝛ nutrimentum ꝛ sic fit fructuosa quam prius sterilitas inuadebat. Sic homo per arborem designatur. ſm illud Matthei. viij. Videoꝫ homines vt arbores. Si est in peccatis vetustas scindere debet radicem cordis per contritionẽ malum humorem emittẽdo peccati per confessionem ꝛ tunc immittere hunc lapidem preciosum quem reprobauerunt edificantes ꝛ qui diuisus est de monte sine manibꝰ et tunc sine dubio fit fructuosus. Teste Fulgẽ. qui ait. Qui digne miserit sanctam eucharistiam in cor suum in ipo proculdubio fontes aquarũ fluent ꝛ refluent in eternum. Quarta colũna est penitentia de qua dicit Hiero. ꝛ habeẽ de pnia di. j. c. medicina. ꝛ c. ij. post naufragiũ tabula culpam simpliciter est cõfiteri. hec significantur p mare quod ſm naturales est amarũ aut ſm gustum impotabile est tamen ſm effectum vtile est ꝛ multarũ infirmitatũ curatiuum. qꝫ ſm Cõstãtinum sanat idropicos ꝛ alios scabiosos. ita penitentia quãuis sit amara aliquibus ad potandum est tamen multum vtilis ad peccata delendum. quia dicit Augꝰ. li. de penitentia. languores sanat. leprosos curat. mortuos suscitat. sanitatem auget. gratiã conseruat. claudis gressum surdis auditum restituit. cecis visuꝫ. vitia fugat virtutes ornat. Quinta columna est vnctio extrema que tollit infirmitates anime et corporis diminuit enim penas pro peccatis et est alleuiatio corporalis morbi. Quare ſm magistrum libro. iiij. c. ij. propter duo institutum est. s. ꝓpter remissionẽ peccatorũ ꝛ alleuiationẽ infirmitatũ

Sermo

Recte enim sicut balsamū soluit iliacā passionez quotidianis febribus z quartanis subuenit. vt dicit Dias. sic extrema vnctio quotidiana pecca ta tollit. Sexta colūna est ordo sacerdotalis me diante quo domus dei sustentat. hec compatur radici arboris que si sana fuerit z intacta rami pullulant z fructū ferunt. Si autē lesa fuerit mol lent folia z marcida fiunt. Sic si sacerdotium est sanū populus erit disciplinatus. Si autem vide ris populum indisciplinatum intellige sacerdo tium claudicare. vt dicit Chrys super Matth. Septima colūna ē ordo coniugalis sine quo ho mo carnaliter viuens non potest saluari. hic or do compatur viti que est arbor distorta exterius q indisposita. fructus tñ profert dulces. s. vinū clarum z bonum. Sic coniugium q̄uis sit cum maculatione generat tamen fructus nobiles. s. virgines. Ideo dicit Hiero⁹. Laudo coniugium quia generat v̄gines. lego rosas de spinis z mar garitas de chonchis. he sunt septem colūne pre ciosissime quas vera sapiētia christus Jesus in ecclesia excidit que sustentant totā ecclesiam mi rabiliter q̄ exornant.

De angelis sermo primus.

Angeli eorum

Vidēt faciē patris mei semp q̄ in ce lis est. Matth. xviij. Cōmentator aueroys super librum de pomo z morte Aristo. sic ait. Unusquisq̄ hominum quandam sibi ap propriatam habet stellam suis proprietatib⁹ et qualitatibus dominantem. Cuius quidem stel le exigentie si homo debitis passionibus corre sponderet aut satisfecerit pacifica sana quoq̄ vi ta viueret. Sed si a natura stella sua discordaue rit mox orbabit sua stella qua orbata tūc mors comitatur. Mystice per stellas sancti designan tur angeli. quia stelle fm Aristotel. in li. de cel. z mun. in macrocosmo. hoc est in maiore mūdo in illis. s. inferioribus generant z lumen z calorem Sic angeli sancti in microcosmo. i. in minori mū do q̄ est hō. vt dicit Aristo. viij. phi. generant lu men diuine intelligentie vt homo cognoscat be neficia dei z generant calorem gratie z deuotio nis. Sicut legitur Judicū. ij. q̄ angelus vn⁹ ve nit in persona dñi ad filios israel dicens. Eduxi vos de egypto in terram promissionis vt non fa ceretis fedus cū habitatoribus terre hui⁹ z nolui stis audire vocem meam. ideo habebitis eos ho stes z dij eorū sint vobis in ruinā. Et cū hoc lo queretur eleuauerunt oēs voces z fleuerūt. Ec ce quō generauit in eis calorē deuotionis z itel ligentiam transgressionis mentē ipsorū illustrā do sic igitur dictum est q̄ vnusquisq̄ hominum habet propriam stellam sic habet z proprium an lum. Teste Gregorio in li. dialogo. Unusquisq̄ inquit hominum vnū angelū habet sibi ad custo diam deputatū iugiter. Et dicunt doctores cum quibus concordat Vincen. in spe. histo. li. xxxij. c. cviij. q̄ antichristus qui erit homo pessim⁹ ha bebit a die conceptionis sue angelum sibi custo dem vsq̄ ad annos discretionis ad quos cū per tigerit super illud omne quod est dei extolletur z tunc a suo bono angelo relinquet. z quia tā bo ni q̄ mali habent suos proprios angelos ad cu stodes. ideo debent eis obedire z in moribus cor respondere viuendo fm instinctum eorū z dicta men recte rationis. z si sic fuerint pacifice vinēt in hac vita sicut patet de Loth Gen. xix. cum di xit angelus. Surge tolle vxorem tuam z filios quos habes ne z tu perias cū eis in scelere ciui tatis huius. Qui Loth obediens exiuit z alijs pe riclitantibus ipse cum suis est saluatus. Ex con tingit multotiens vt dicit origenes in li. de veri tate doctrine. q̄ homo per suum peccatum z in gratitudinē angelica se reddit protectione custo diaq̄ indignum z sic ab angelo relinquit z ita ma moritur per peccatum. ideo nos non sic. Ex sequamur instinctum angelorum. quia sunt nob date custodes sicut volunt verba saluatoris an geli eorū. s. hominū. In quibus angeli a duobus commendantur primo ob vim ministratiuaz. qd nobis seruiunt indigentiam releuando. secdo ob vim contemplatiuam qua deo astant ipsum con templando. Dico primo q̄ sancti angeli cōmen dantur ob vim ministratiuaz. qz nobis quotidie seruiunt indigentiā nostrā releuando. Circa qd notandum. dicit venerabilis Beda q̄ stelle sua claritate mundo seruiunt. quia radiorum suorū emissione sunt noctis illuminatiue. Sunt etiā na uigantibus prospere z ipsarum viarum in medio maris directiue. Ita sancti angeli p stellas intel lecti nobis hominibus continue seruiunt in hoc mundo quia fm apostolum ad Heb. j. Oēs sunt amministratorij spiritus in ministerium missi p ppter eos qui hereditatem capiunt salutis. hoc ē ppter homines saluādos. Et etiā in nocte pecca torum illuminat ad peccata cognoscenda et in mari tribulationis ipsos dirigunt eisq̄ assistunt sicut testatur beatus Aug⁹. in li. soli. xxix. ange li ambulant nobiscum in omnibus vijs nostris i trant z exeunt nobiscum cōsiderantes q̄ pie q̄ honeste in medio nationis querse conuersemur quanto studio quantoq̄ desiderio queram⁹ re gnum tuum quātoq̄ timore seruiamus tibi. Dec ille. q̄ aūt angeli ambulant nobiscū figuratum est Tob. vj. vbi legitur. q̄ angelus raphael To bie astitit eiq̄ fuit ambulāsq̄ cū eo in ciuitatē

rages ⁊ ipsum in columē reduxit. ⁊ a pisce magno q̄ ipsum deuozare voluit liberauit. Refert etiam Vincen. in spe. histo. li. xxviij. c. lxxxviij de quodam milite Tundulo noīe qui fuit ō metropoli casilensi vir nobilis genere forma cozpozis egregius sed crudelis actione ⁊ ō salute anime nihil sollicitus ecclesiaz negligebat christi paupes nec videre volebat. sed scurris ⁊ iaculatozibus sua dabat. hic quadaz die sedens circa mensam amici sui statim percussus fuit ⁊ cozpus exanime iacuit ab hoza decima sexte ferie vsq; in eādem hozaz sabbati in quo tēpoze multa supplicia anima eius pertulit. Huic enī occurrerunt demones dicentes. Quare nō superbis modo amodo non adulterabis. vbi est tua vanitas. vbi risus imoderat⁹. Ecce modo ad infernū nobiscū intrabis arsur⁹. Hūq; hec dicerent vidit ille a longe stellam lucidissimam ⁊ fuit angelus suus qui venerat ad ipsum i hac tribulatione ꝓsolandū ⁊ dixit. Quid hic agis? Heu inq̄t dñe circūdederunt me dolozes inferni. Et angelus. Modo me vocas dominū quē semper tecū habebas ⁊ nunq̄ tali noīe dignuz me iudicabas semp te a natiuitate tua quocūq; ibas te seq̄bar ⁊ cōsilijs meis acq̄escere nolebas ⁊ extendēs manū in vnū demonē dicēs. Ecce ille cuius voluntatem faciebas sed tñ ad bereat tibi misericozdia dei quaz non meruisti patier⁊ ⁊ sic post pauca suppplicia pduxit animam ad cozpus suum. Si enī angelus huic q̄ non meruit astitit in sua tribulatione ⁊ seruiuit ⁊ a demonibus liberauit quanto nobis magis si eis obtemperamus eozūq; custodie nos cōmittimus. Quia dicit Albin⁹ i epistola ad Rolum quacunq; die sanctis angelis laudē cōris nullo pozsus periculo iteribis. quare hoc q̄ in mandatis habent a dño hominē custodire. Iux illud ps̄. xc. Angelis suis mādauit de te. s. hoie. vt custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. ℣ Non tñ credendū est q̄ angeli habēt manꝰ cozpozales. sed eoz virtus ⁊ potentia dicunt manus. ⁊ tunc fm glo. poztant hoiez dum ad bonum iuuant ⁊ a malo alleuant. Et q̄ fm beatū Augustinū. li. soli. c. xxix. Hzādis est eis cura de nobis ⁊ magnus affectus dilectionis eozuz erga nos. Ideo debemus inq̄tuz possum⁹ nos cōformare. q̄ dicit beat⁹ Hzego⁹. omel. xxiij. Quid nobis pderit de angelicis spiritib⁹ multa perstringere. Si etiaz nō studeamus hec ad nostros pfect⁹ congrua consideratione dinumerare. q̄ enim superna ciuitas constat ex angelis ⁊ hominib⁹ ad quam tñ credimus homi-

nū genus ascendere quantos illic contigit electos angelos remānisse sicut scriptum est. Statuit terminos populoz iuxt numerū angeloz. Debem⁹ ergo ⁊ nos ex illis supernoz ciuiū distinctionibus ad vsum nostre quersationis trahere nosq; ipsos ad incrementa virtutū bonis studijs ⁊ desiderijs inflāmare. Hec Hzeg⁹. Debemus igitur nos conformare pro modulo nostro q̄tum possumus ad similitudinem angelozū quod tūc fit si fuerim⁹ memozes angeli ad custodiam nobis deputati ⁊ in conspectu ei⁹ peccare erubescamus. q̄ vbiq; ē angelus et videt nos peccare. In quo vis enim loco sūt angeli fm Bernū. Ne audes eo inq̄t p̄sente q̄ me p̄sente nō auderes. Si enī sic fecerim⁹ angelos letificam⁹. Teste Augusti. quotiēs bene agimus gaudent angeli ⁊ contristant demones. quotiens enim a bono deuiamus diabolus letificamus ⁊ angelos suo gaudio defraudamus. Hz archangelis cōformamur q̄n ad magna mysteria capienda per gratiā subleuamur et fatrib⁹ pro loco ⁊ tempoze pro eoz instructiōe bona nunciam⁹. Virtutib⁹ ꝓformamur si diuina virtute sufflati signis ⁊ virtutib⁹ clarere meruerimus vel aliq̄ stipendia in virtuosis actib⁹ operemur. q̄ ⁊ virtutes dicunt angeli per quos signa ⁊ miracula frequenti⁹ fiunt. Potestatibus cōformamur q̄n diabolicis instigationibus et temptationib⁹ vtiliter reluctamur. quod ⁊ facere debemus iubente Ambzo. qui dicit. Resistamus ei cōfidenter de⁹ omniū angelozum milicia certamen nostrum expectat nobisq; ptra diabolum dimicantib⁹ parat eternitatis cozonas. Dicunt enim potestates fm Hzeg. quib⁹ diabolice aduerse vtutes subiecte sunt ne mūdo tantū noceāt quantū valent. Principatib⁹ conformamur si vnicuiq; reuerentiam fm gradum suū exhibeamus. q̄ principatus dicūtur qui alijs sibi subditis principātur angelis eosq; ad diuinum mysterium explendū disponūt ad hos ptinet docere homines exhibere vnicuiq; reuerentiam fm gradum suū. Dominationib⁹ conformamur quando mens nostra p diuinaz consolationez confortatur ⁊ carnem ita tenet subiugatam q̄ cūctis cōcupiscentijs dominatur potēter. q̄ fm Hzegozium. dominationes dicūtur qui mira potentia ceteris preeminent his qui eis. s. ad obediendum subiecti sunt horū officio ē in bello spirituali homines instruere quādo debēt sibijpsis dominari. Tronis cōformamur quādo mens inspecta serenitate q̄si autozitate regia seipsum iudicās intima ꝓscie-tie sue penetrat ⁊ diligenter custodit ne aliq̄d agat qō oculos diuine maiestatis offendat. q̄ dicunt troni eo q̄ de⁹ i eis sedeat ⁊ sua iudicia

Sermo

discernat. in quib⁹ precipue relucet rectitudo diuini iudicij. Cherubin conformamur quãdo mens diuino lumine sic perfundit vt aliquã veritatẽ supernaturalẽ limpide cõtemplatur. qz cherubin interpretat plenitudo scientie. quia in ipsis p̃ ceteris lucet radius diuini luminis. Vnde proprietas est diuinoꝝ sapientiã copiosi⁹ suscipere z studiosi⁹ proprie fleysiger alijs cõicare. Seraphin conformamur quãdo excessiuo ardore in amore dei accendimur. qz seraphin est ignire. Esa. vj. vbi legit̃ q⁹ seraphin tetigit labia Esaie calculo ignito. Ait dicũt q̃dam doctores q⁹ homines nõ habẽt desiderare specialem chorũ vel ordinẽ distinctum ab ordinibus angelorum quibus se magis proformarunt Aliqui etiã assumuntur i ordinẽ superniorꝝ. scz seraphin qui magis ardẽt charitate. Alij in or
E dine inferiorum qui minus sunt perfecti z sic ꝺ alijs. z ad hoc p̃mum. Quantum ad secundum est notandũ ꝑm doctores q⁹ ad visionẽ beatã quattuor requirũtur. Primo q⁹ sit aperta. Secũdo q⁹ sit iocunda. Tertio q⁹ sit plena. Quarto q⁹ sit secura z eterna. Et si aliquid illoꝝ defuerit visio beata non erit. qz ꝑm Boe. li. ij. de cõsola. prosa. Scꝺa beatitudo est stat⁹ oĩum bonorum aggregatiõe suauissima plenissima z sacratissima perfectus. z ꝑm Ricardum tũc est bonorum plenitudo vt ergo nihil desit beatitudini angelorum vident deum visione clarissima suauissima plenissima z sanctissima De p̃mo q⁹ vidẽt deum visione clarissima z apta nullo enigmate obumbrata ptz. Si enim sic nõ viderẽt beati nõ essent. qz adhuc deũ i seipso videre appeterent quare eoꝝ appetitus terminatus nõ esset. quia ꝑm apostolum. j. Cor. xiij. vidẽt deum facie ad faciem. et hoc ẽclare et aperte sicuti est. O felix igitur visio o desideranda contemplatio illam summã essentiã reuera i seipsa videre que ois esse causa extitit. De hac visione refert Aug⁹. quendam plm dixisse. Tam delicata ẽ visio diuina vt quicquid haberi possit illa non habita nõ facit hominẽ beatum sz miserum. Ideo legitur de sancto Thoma ꝺ aquino. cum semel esset in quentu nicopolitano cõuersus ad imaginem crucifixi cũ lachrymis deuote oraret audiuit vocem ab imagine dicẽtẽ. Thoma bene scripsisti de me. quem mercedem vis ꝺ tuo labore? Respondit. O domine nihil nisi te. Sic legimus beatum Augustinũ dixisse Quicquid voluerit mihi dñs dare p̃ se hoc totum auferat z seipsum mihi tribuat. Sed proch dolor homines miseri hoc ẽ filij diaboli nõ attendunt. sed vadunt z tota die vana ꝓspiciunt pollitas mulierum facies aduertunt z auro cupidi intendunt z se ab illa excellentissima visione excludunt. Secũdo angeli vident deũ visione iocũdissima. Quid enim valeret deum videre z nõ de visione gaudere. imo quomodo posset sũme delectabile videri z i eo nõ delectari. Si enim vt dicunt naturales. pulchritudo pãthere sic animalia attrahit videre se. qz omnia aialia preter dra cozem propter suũ dulcem odozatũ z pulchritudinẽ ad ipsum veniũt z i specie sua delectantur. vt dicit Phisolog⁹. Si etiã sic delectat aspect⁹ pratorum suauitas liliorum rosarum z violarum amenitas florentiũ vineaꝝ Quantuz credis delectat videre summũ bonũ z si sic creatum dilectat videre solẽ. Jux illud Eccẽs. xj. Dulce lumen z delectabile est oculis videre solẽ. quãtuz credis dilectat intueri solem creantẽ. Dicit enim Ambro. in exame. Tũc aquila est in summa delectatiõe dum aspicit solem in rota. Ita etiam absq̃ summa delectatione nõ potest videri diuina essentia. Ideo dicit̃ j. Petri. j. Videntes exultabitis letitia inenarrabili. qz exponi nõ potest. Et qui semel gustaret hanc dulcedinem milleries pro christo non timeret mori. Sic beat⁹ Berñ. dicit. Qui semel te gustauit nunc milleries mori possem vt iterũ te gustarem. vtinã z nos etiaz haberemus desiderium prophete qui ait. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ ita desiderat anima mea ad te deus. Tertio vident angeli deum visione plenaria. Si enim illud bonũ non esset summũ angeli ex toto appetitu nõ perficerent̃ sed semper magis appetere possent. Ideo necesse est vt sit plenissimũ. Ideo dixit dom⁹ ad Moysen Exo. xxxiij. Ego ostendaz tibi omne bonũ. Et propheta dicit. Domine apud te est fons vite. Fons enim habet abundantiam aquarũ vt sit principium fluuiorum z cũ ex plenitudine aqs tenere nõ possit eas ad remotissima loca diffundit. Sic etiam tanta est illa gloria vt redundet i corpora vt sint ipsa plurimũ gloriosa. Quarto angeli vidẽt deum visione pacifica z secura renitati adesset iocunditas z iocunditati societas si nõ esset ibi optata securitas. Ideo dicit̃ Esa. xxxij. Sedebit populus meus i pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in req̃e opulenta. Ue igitur filijs damnatoꝝ qui expulsi a diuina visione semper erunt i tenebris exclusi a visione plenaria erunt in omnib⁹ malis. et si a visione secura eterna pena affligẽtur z hoc quo ad scꝺm.

Sermo secũdus de angelis.

Angelis suis mandauit de te. vt custodiāt te in oībus vijs tuis. pſ. xc. Terreni reges solent sub se habere plures milites quorum aliqui solūmodo in aula regia manēt regemq; circūdat ad eiusq; solatia cantica leticie decantant. Sicut legitur. j Regum. xvj. de rege Saul qui dixit. Prouidete mihi aliquem bene psallentez z adducite ad me. Dictum est autē ei de milite Dauid qui bene sciret psallere z esset vir prudēs in verbis et pulcher. Ideo misit Saul ad Jsai patrem eius dicēs. Mitte ad me filium tuum vt stet ī ꝓspectu meo īuenietq; omnē gratiā in oculis meis. Quidam autem militum custodiunt castra regni z ciuitates. Alij autē inimicos regis expugnant. Reliqui vero ad nutum eius obediūt et quicquid ipsis mandauerit ilico faciunt. sicut habeť Matth. viij. de centurione qui dixit ad dominū. Habeo sub me milites z dico huic vade z vadit et alij veni et venit z seruo meo hoc fac z facit. Spiritualiter omnipotēs deus qui est rex regum super celos z rex magn⁹ sup omnem terrā z habet sub se multitudinem militum angelorum. De quib⁹ dicitur Job. xxv. Nūqd est numerus militum eius. q. d. non est numer⁹ apud homines licet apud deū z horum aliqui sunt qui assistūt z ministrant sm illud Dañ. vij Mille milia ministrabant ei et centena decies milia assistebāt ei. Etiam illi cantant ei cāntica leticie dicentes illud Esa. vj. Sanctus sanct⁹ sanctus dominus deus exercituū. Et similiter illud Apocal. vij. Et benedictio z claritas z sapientia z gratiarum actio honor virtus z fortitudo deo nostro in secula seculorum. Quidā autem angelorum custodiunt ciuitates suburbia atq; villas. vt sunt illi qui nobis sunt ad custodiam deputati custodientes statū virginū continentium z coniugatorum z castra religiosorum illis dicitur Esa. lxiiij. Sup muros tuos hierusalem constitui custodes qui tota nocte z tota die non tacebunt. Alij vo dimicant pro nobis contra demones. Sm illud Apocal. xij. Factum est prelium magnū in celo Michael z angeli eius preliabantur cuz draconē. Sed reliq ad voluntatem dei faciunt omnia mandata ei⁹ exequentes. de quibus dicunt verba themat. Angelis suis mandauit de te zc. In quib⁹ verbis duo tanguntur. Primo magnitudo deifica iubēs hilariter ibi. Angelis suis mādauit. Secundo promptitudo angelica exequens celeriter ibi. vt custodiant zc. De primo est notandū dicit Solinus in libro de mirabilibus mundi. Cōturnices sunt quedaz auicule timide. timēt enim vndiq; accipitrem z q̄diu ipsam vidēt tā diu de terra non surgunt. habent enim consuetudinem vt veniente hyeme post estatem mare transeunt ad calidas regiones. sz qz timent accipitrem viā arripere non audent nisi habitis ducib⁹. Idcirco natura instinctu naturali precipit cōturnicibus que sm Jsidorum libro. xij Solite sunt cuz accipitribus pugnare vt prece dant alique z eas ducāt vt ad loca veniant cupita z optata. Mystice per ꝓturnices possunt intelligi homines qui more conturnicum semper habent timere accipitrem infernalē diabolum. quia vt habetur in cano. nulli dubi. iij. q. j inimicus noster nō cessat circūire querēs quē deuoret. z querere quos ex fidelibus perdat z maxime illos quos ardentiores in seruitio saluatoris eiusq; familiares inuenerit. Ideo christus qui ē totius nature dominꝰ mandauit angelis qui sunt consueti cuz diabolo preliare vt nos in hac periculosa via qua ad patriam pergimus defendant ab illo z gubernent. illi autē mādato dei obtēpantes quotidie nobis assunt sicut testatur Origenes omel. lxvj. Adest enim vnicuiq; vestrū z minimis in ecclesia dei angelus bonus qui regat qui moueat qui gubernat qui ꝓ actibus nostris corrigendis quotidie videt faciem patris qui in celis ē. Et est notāduz dicit archidiaconus Guido ī rosario super decretum q̄ angeli ex mandato dei p̄cipue nobis seruiunt in quinq;. vnde vsus. Excitat atq; iuuat protegit fert at deo portat. Primo igit̄ excitant nos a somno culpe aut peccati ne a diabolo occidamur. Dicit Jsidor⁹ li. xij. de quodam serpente qui hominez in somno occidit et declarat in exemplo de Cleopatra ethiopum regina q̄ cum mori quereret z consuleret quosdam qua morte melius interimeret ꝓsultū fuit ei vt talem serpentem dormientez sibi apponeret. quod cum fecisset ista morte quasi somno ē resoluta. qz dicit Aristoteles in libro. xiiij. animalium. Quando homo dormit ī campis aut in alijs locis vbi talis serpens habitat intrat os hominis propter calidum anhelitum. quia ipe ē frigide nature z sic veneno ītra intoxicat hominē z intestima ipsius corrodit. z sic occidit leuiter dormientem. Sed cōtra talē serpentem pugnat lacerta bestiola modica. nam cum sentiat presentiam serpentis saltat super faciē dormientis scalpans pedibus vt excitet z premuniet cōtra anguem vt dicit Auicenna. Per hūc serpentem intelligitur diabolus. De quo Geñ. iij. Serpēs erat callidior cunctis animātibus. huius serpētis mos est vt cū viderit ho

Sermo

minem dormientem in peccatis i anima ipsum occidit. z illa dicitur mors spiritualis quando quis moritur per peccatum mortale. vt habetur de peniten. di. iij. dicens. z tandez occidit ipsuz morte gehēnali z eterna de quo dicit beatus Augustin⁹ z habetur de pe. di. vlt. in fine. Qui inquit impenitēs moritur omnino moriē z eternaliter cruciatur. hac morte occidit diabolus diuitem epulonem Luce. xvj. de quo dicitur. Mortuus est z diues z sepult⁹ ē in inferno. Sed ne nos tali morte moriamur seu a diabolo ita occidamur datus ē cuilibet angelus propzius qui more lacertule huius fidelis animalis excitat hominem a somno peccatoz inspirans sibi illud apostoli. ad Eph. v. Surge qui dormis. scilz in peccatis. surge a mortuis. id ē. a peccati mortalib⁹. z illuminabit te christus. Reuera nostri angeli multotiens nos iterius admonēt surgere a peccatis si saltē acquiescere his vellem⁹. quod figuratum est. iij. Regum. xix. vbi legitur q⁹ Helias fugit a facie Jesabel timēs se z subter vnam iuniperum se posuit pre tristicia z dormiuit. Et ecce angel⁹ domini tetigit eum dicens. Surge z comede grādis enī tibi restat via qui surrexit z angelo obediuit. Sic sunt etiam nonnulli qui statum instinctib⁹ angelicj obediūt z a somno peccati exurgunt. Si autez tali instinctui homo non obedit multotiens ab angelo percutitur exterius aut infirmitate aut alia passione vt q̄ sic leuiter nō excitantur exurgunt tamē coacti. quod figuratum est Act. xij. vbi legitur cum Petrus dormiret inter milites astitit ei angelus domini z percusso latere excitauit eum dicēs. Surge velociter. z ceciderunt catene de manibus eius. Secundo angeli iuuant nos suis intercessionibus. qz dicit Bernardus sup cantica. Discurrit angelus medius inter dilectum z inter dilectam vota offerens z referens dona excitat illam placat illuz. Ideo dicitur Dañ. x. Nō fuit adiutoz meus i omnibus his nisi Michael pn ceps noster. Qui cōsonat Augustinus in li. soli. c. xxj. Angeli adiuuant laborantes ꝓtegūt quiescentes hortātur pugnantes honorāt vincentes congaudent gaudentib⁹ compatiuntur

E compatientibus. Ideo refert Vincētius libro viij. c. lxxxiij. de quodam clerico qui erat secu lo multum deditus et tamē ad Mariam deuotus. hic cuz molestia grauj corporis tangereē desperauit. quia tantus erat dolor vt linguam z labia manducaret. qui cuz sic iaceret horrendus aspectu vidit iuxta lectuli sui caput hominem pulchra facie z reuerēdo aspectu assistere z erat eius angelus sibi ad custodiam deputatus. Qui egroti erūnas deplorās ait. O domina Maria si tu sic abes tuis q̄s tunc aderit nō tuis. Non sic domina nō sic ad nihilū deueniat spes hominum. scz q⁹ in te incipiant nō inuenire refugium. Et cum hoc intercedēdo clamaret aduenit mater dei eumq⁹ egrotantez lacte suo sanauit. Ex quo ptz q⁹ angeli adiuuāt suis intercessionibus sibi ad custodiam deputatos Tertio angeli nobis seruiūt tam ab hostib⁹ visibilibus q⁹ inuisibilibus protegēdo. recte enim sicut stelle fm naturales ꝓtegunt nos a nimijs algoribus calorez inferioribus infundēdo. Si enim stelle nō essent illa inferiora dudum frigore perissent. vt patz de sole qui suo calore hyemis temperat frigus. ita angeli protegūt nos a tribulationib⁹ inimicoz̄ ne nimia offensio ne temptationum succumbamus. z si non adesset angelica protectio dudum propter demonū impugnationem succubuissemus. Ideo fm ps xxxiij. Immittit dominus angelos in circuitu timentium eum vt eripiat eos. quod figuratū est Exodi. xxiij. q⁹ angelus domini astitit visibiliter inter castra egyptioz̄ z populuz israel. Et israel ab egyptijs ꝓtexit ita vt dicerent egyptij fugiamus israel. quia domin⁹ pugnat pro eis contra nos. Ad idem legitur. ij. Machab. x. Cum magna pugna esset iter Judaz machabeum z Timotheum apparuerūt aduersarijs quinq⁹ viri de celo in equis frenis aureis decorati ducatum iudeis pstantes. Ex quibus duo machabeum habentes mediū incolumē seruabant. in aduersarios autez tela z fulmina iacebant. z interfecti sunt viginti milia quingēti et eqtes sexcēti. Quarto angeli bona nostra deo offerunt z deus per ipsos vota nostra z desideria acceptat. Recte sicut sol vt ait Vuicēna de quattuor diluuijs sursum fert vapores z inflammat ipsam terram mediātibus stellis suam virtutem participans influensq⁹ eisdem. Ita angeli ferūt sursum orationes nostras z alia opera bona fm q⁹ dixit Raphael Tob. xij. Quando orabas z elemosynas faciebas obtuli orationē tuā coraz domino z christ⁹ verus sol influit virtutem z gratiam humanis mentibus mediātibus angelis. Ideo refert beatus Augustin⁹ libro soli. xxix. c. Diligunt angeli ꝓcives suos p quos sue ruine scissuras restaurare expectāt ideo magna cura z vigilāti studio assunt nobis omnibus horis z locis succurrētes z prouidētes necessitatibus nostrj z solliciti discurrētes inter nos z te domine z gemit⁹ nostros z suspiria referentes ad te vt impetrent nobis facilez tue benignitatis clemētissime, ppiationē z remissionē ad nos desideratā tue gr̄e benedictionez

Et q̄ offerunt vota nostra deo figuratū est Lu
ce.j.q̄ Zacharias pater Johānis offerebat in
cēsu3 .appāruit ei angel⁹ domini Gabriel stās
iuxta altare vt incensionem deuotiōis deo of=
ferret. Quinto angeli egredientem de corpore
corā deo portant si a vitijs totaliter est mū=
data. Si autem habet adhuc aliquod purgabi
le ad purgatoriū ab eisde3 portat. Teste Da
masceno libro.v.qui ait.hoc ipsu3 firmiter im
perterritecp̄ teneam⁹ q̄ anime ad purgatoriu3
non a demonibus sed a cunctis angelis dedu=
cātur. Q̄ autez portant animas totaliter mun=
datas corā deo patet de anima Lazari Luc.
xvj.vbi legitur.factum est vt moreretur mēdi=
cus & portaretur ab angelis in sinum Abrae &
hoc quo ad primum. Quantum ad secundum
cum dicitur.vt custodiant te &c. Est notandu3
scimus hoc naturaliter quando columbe iuue
nes sunt in nido indigent custodia parentū ne
ab auibus rapacibus nidos aliquando intran
tibus rapiantur & necentur. Similiter cum vo
lare de nido temptant iterato in aera a paren
tibus subleuantur ne ad terra3 cadant & homi
nibus preda fiant. Accedente autē vespere vo
lant cum eis iterum ad nidum educando quo=
usq̄ assuescunt ad volatū.& sic ab auibus infra
statib⁹ sunt secure. Mystice per columbas in=
telliguntur anime hominu3 quas dominus vo
cat columbas. Cant.ij.cum dicit. Surge propera amica mea . colūba mea et veni. Recte
enim sicut columba pro cātu leticie iugiter ha
bet gemitum ita anime deuote in p̄senti tempo
me debent genere pro peccatis.& si non suis ta
men alienis .quia beati qui lugent quoniaz ipi
consolabuntur. Mat.v. Iste anime hominu3
in omni loco indigent custodia angelo2 quan
do adhuc sunt in nido.i.in vtero maternali ne a
diabolo suffocētur quando iam egresse sunt ex
vtero ne gratia baptismali spoliēt. Diabolus
enim scit illud dictu3 Augustini quod ponitur
de conse.di.iiij.c. Firmissime q̄ non solum ho
mines ratione vtentes vez etiā paruulos qui
siue in vteris matrum viuere incipiūt & ibi mo
riūtur. Siue iam ō matribus nati si sine sacro
baptismate quod datur in nomine patris & filij
& spiritussancti.de hoc seculo transeunt sempi=
terno igne puniendos q̄re assidue nititur vt ab
ortiuus procreetur vel puer sine baptismo mo
riatur. Sed dat angelus cuilibet puero statim
nato in vtero & ex vtero iam egresso q̄ puerum
sic custodiat ne sine baptismo hic discedat. Ex
quo elicitur q̄ iste sunt matres diabolice q̄ pu=
eros suos necant p̄termisso sacro baptismate.
& hoc habēt ex diabolico instinctu. Necessaria
est etiam custodia angeli homini in mundo vi=
uenti quia alias posset ad multa mala & pecca=
ta prolabi.sed custodit ipsum angelus ſm Au
gustinum libro soli.xxix.c. Secu3 in omnibus
vijs ambulando intrando & exeundo & pecca=
ta que facit conculcare. De q̄b⁹ p̄s. Sup aspi
dem & basiliscum ambulabis & cōculcabis leo
nem & draconem. Per aspidez qui aurē ad ter
ram figit ne incantatores audiat significātur
auari qui cor suum in terram figunt ne deū vel
predicatorem audiant admonentem. Per basi
liscū q̄ visum venenatū hz significāt luxuriosi. h
q2 ipsa luxuria ip̄licat etiā aspectib⁹.sicut ha=
betur.ij.Regum.xj. q̄ Dauid vidit Bersabee
per centum passus lauantem se accersiuit eā et
adulteratus est cum ea. Per leonem q̄ aliorū
animaliū regem se fecit significantur superbi
qui vltra alios semper volunt dominari. Per
draconem q̄ visu inficit dentib⁹ mordet cauda
stringit & trahit significātur inuidi & detracto
res & ex consuetudine peccantes qui peccatis
adeo inuoluuntur & a diabolo constringuntur
q̄ se inde expedire non possunt. quia Prouer.
viij.dicitur. Peccator cum in p̄fundum vene=
rit contēnit. Necessaria igitur est homini custo
dia angeli vt ei⁹ aditorio possit istas bestias
conculcare.s.aspidem auaricie basilicu3 luxu
rie leonē superbie & draconem inuidie & detra=
ctiones mortifere et consuetudine praue. Est
etiā custodia necessaria homini de mundo per
mortez exeunti.quia diaboli ſm Gregorium ī
omel'.quasi quidam latrunculi iter nostrum ob
sident & quem non possunt diuitijs in vita deci
pere nituntur in morte supplantare maxime ō
fide temptando & in desperationem p̄pter pec
catorum multitudinez protrahendo. ne igitur
nobis hoc fiat facit quolibet anno eccl'ia festū
de angelis ſm Guil.in rationali diuinorum li=
bro.vij.vt nobis hic viuentibus auxilia admi=
nistrent & de mundo exeuntes a demonib⁹ pro
tegant.& ne nos in desperationem trahere tūc
permittant.& hoc quo ad secundum.

Gaudiū igit̄ erit angelis dei sup vno peccato=
re penitētiā agente.sic scribitur Luc.xv. Et q2
gaudent de nostra conuersione & nos gaudere
debemus de eorum glorificatione & si ō nobis
festum faciunt in celis & nos de ipsis facere de
bemus in terris. Ideo de angelis ecclesia qua
ter in anno solēnizat .prima solēnitas hoc die
agitur & apparitio dicitur que facta est in mon
te gorgano. Refert Jacob⁹ ianuensis q̄ ī apu=
lea est quidam mons gorgarus nomine . iuxta

ciuitatem que dicitur sepontis .in qua ciuitate anno domini.cccxc.erat quidaz vir gorgarus a quo mons ille nomē accepit qui ouium ⁊ boum habebat multitudinez.vt habetur in rationali diuinorum ⁊c̄.

Sermo primus De sancto Hieronymo.

Quasi mirrha electa dedi suauitatem odoris.ita scribitur Ecc̄i .xxiiij . Plinius in speculo naturali libro.ij.c.iiij.dicit . Rosa est arbor spinosa et parua. huius flos inter alios flores obtinet principatum.⁊ ideo solet principalis pars.s.caput rosarum floribus coronari ⁊ habet odorem valde delectabilem ⁊ quanto magis conterit̄ tanto magis aromatica sentitur.Spiritualiter ꝑ hanc arborē roseā ītelligitur beatus Hieronymus. Nam recte sicut rosa in viridarium dominorum solet transplātari vt exinde domini recreentur. Ita beat⁹ Hieronymus plantatus est in hortū delitiosissimi paradisi celestis.sicut de hoc scribit beat⁹ Euse.de laude Hieronymi. Ecce inquit dilect⁹ pater meus cādidus speciosus ex milibus in quo non est macula pascitur inter lilia in vinea domini sabaoth.ecce flos campi ⁊ rosa modo fragrans odore de horto ecclesie ī viridariū trās plantatus. Ecce cypressus in altitudinē celi se extollit. Hec delicatissima rosa in hac vita fuit spinosa per corporis macerationem.qꝛ ſm beatum Augustinum in epistola ad Cirillū.vinū ⁊ siceram nō gustauit aliqualiter ab omni carnium ⁊ piscium esu se abstinuit.coctum q̄d non comedit nisi in vltima egritudine.cilicio sacco carnē velut ethiops macerans desuper panno vilissimo tegebat. Stratū alium nisi terrā mullum vnq̄ sciuit nō nisi semel fructibus aut herbarum folijs siue radicibus pastum in die post vesperas sumpsit orationibus cōtinue vigilabat.postmodū somno fessus in terra dormiēs vsqꝫ ad noctem mediam quiescebat.qua q̄dem continue surgēs hora lectionibus ⁊ scripturis sanctissimis quibus tota radiat ecclesia vti lāpadibus preciosus intentus vsqꝫ ad esus horā ꝑdurabat. Ita leuissima fleuit peccata venialia vt quis eum estimasset hominez interemisse Ter quotidie carnem duris verberibus flagellabat itaqꝫ ꝙ ex eius corpore riuoli sanguis effluebat. Hec Augustinus. Fuit hec sanctissima rosa gloriosus sanctus Hieronym⁹ nō magn⁹ in elatione sed paruus .in humilitate quam impleuit opere ⁊ docuit ī ſmone.sicut scribit Euse.in epistola de eius morte.qd̄ docuit cū erat ꝓpinquus morti dicens. Nulla paupertas deo grata sine humilitate.maluit deus d̄ beata virgine incarnari propter ei⁹ humilitatem q̄ꝫ propter aliam quamcūqꝫ virtutez. Sicut enī ex sola radice suꝑbie omnia oriūtur mala.sic ex sola radice humilitatis generantur omnia bona Matth̄.xj. Discite a me quia mitis sum et humilis corde.humiliauit se ꝓ nobis obediens factus vsqꝫ ad mortem. Isti⁹ nobilis rose flores scꝫ scientiaruz obtinent inter scripta florigera aliorum doctorū p̄ncipatum. Teste beato Augustino ī epistola vbi supra dicēs. Hieronym⁹ ī liberalib⁹ sciētijs ita profecit ꝙ relatiōe omnium null⁹ sibi similis appareret de scripturis sacris vbi multarum suarum epistolarū quas ad me direxit experiētia didici equalem sibi neminem vnq̄ noui. Et subdit. ꝙ siqua que Hieronym⁹ ignorauerit nullus hominum vnq̄ sciuit.ideo ex ore suarum scientiarum totus mundus est repletus.ita vt dicere audet competenter verba themat̄ prelibata.quasi mirrha electa. In quibus duo tangūtur. Primo gloriosi Hieronymi gloriosa cōparatio ad mirrhā. Secundo scientie ipsius ⁊ fame lata ꝓpagatio ibi suauitatez odoris. Circa quod notandum.gloriosus Hieronymus ꝯuenienter ad mirrhā cōparatur duplici ratione. Prima qꝛ mirrha ſm Isidorū libro.xvj.ē gutta multū amara fluēs de quadaz arbore ī arabia dicta mirrha quasi amara.quia sua amaritudine interficiunt̄ vermes ⁊ prohibēt ne nascant̄. Ideo vermes odiunt mirrhā ⁊ fugiūt ab eadem. Ita nostra mirrha dilectissima sanct⁹ Hieronym⁹ fuit ita amarus cōtra peccatores vt diceret sic̄ scribit Euse.in epistola de morte eius.vtinam cōtra clamaret omnis creatura.qꝛ si peccator deum nō timet tamen homines reueretur. ideo oderūt euz peccatores ⁊ mali.ſm qd̄ refert Suetoni⁹ ī dialo.sancti Martini dicēs . Hieronymo magis aduersus malos pugna erat.perpetuū certamen oderūt eum heretici.quia eos impugnare non desijt.etiam quia vitam eorum insectat̄ ⁊ crimina. Sed plane omnes boni mirantur ⁊ eum diligunt. Sed tamen vt dicit Eusebi⁹.vbi supra. Ip̄e fortitudine domini roboratus non formidauit aduersarios suos sed sup ip̄os correctionib⁹ ⁊ doctrinis sanctis tonuit dans imperiū regi suo ⁊ sublimās cornu christi sui . nō enim timuit prelatos malos.sed dure correxit

exclamās ꝯtra illos. Heu inq̄t quot sūt hodie
in eccl'ia nō pastores sz mercennarij ad quos
nihil pertinet de ouibus christi Jesu. Sz vt ve
rius dicaz ipsimet sunt lupi rapaces qui oues
rapiunt ⁊ dispergūt. certe nihil peius nihil ab
ominabilius q̄ cū ille custodire debet dissipat
Et subdit. Quot sunt hodie in aliq̄b⁹ ecclesijs
similes nō pastoribus q̄ substantias hominū ⁊
labores tāq̄ infernus insaturabilis deglutiūt
⁊ nō solum eos a peccatis emēdāt sed ipsimet
nihil ex sui negligētia vel suis pessimis mīstris
vel nephandis operib⁹ contrahunt ad illicita
ita si deus tales impune derelinqueret de⁹ nō
ampli⁹ esset deus. Deinde contra malos sacer
dotes dicit. vt ait idem Euse. de morte Hiero-
nymi. Ecce inquit mundus vndiq; feruet sacer
dotib⁹ ⁊ monachis tñ a deo preuisis vix de cē
tum vnus reperitur. nulla certe in mūdo tam
crudelis bestia q̄ malus sacerdos ⁊ monach⁹
naz corrigi non patit̄ nec veritatē vnq̄ audire
potest ⁊ breuiter dicā. oēs preeminēt ī malicia
Et subdit declarationē de auaricia eoꝝ dicēs
Heu quantū ī q̄busdaz habitu ⁊ noīe creuit cu
piditas. imo vt breuius causa huiusmodi spiri
tualitatis ē auaricia. qꝛ certi sūt lupi rapaces
ī vestimētis ouium vbi sacerdos vel monach⁹
cupidus est ⁊ sine misericordia ab eodez plus
q̄ a serpente fuge. Sunt etiaz nōnulli qui totū
suū fructū estimant ecclesias ⁊ monasteria mi-
ro modo ex opere ⁊ ex pauperum mercede edi
ficare. in quib⁹ viget tanta cupiditas vt terrā
⁊ omnia sibi deficere putāt. ibi cor ibi mēs ibi
est semper eoruz cogitatio vt aliena marsubia
possint expoliare hos saluator increpans ait.
Mat. xxiij. Ue vobis q̄ edificatis monumen-
ta prophetaruz. Ecce qui monasteria edificāt
⁊ ecclesias miro modo optāt. bonū vidēt op⁹
facere. siquidem pauperibus misericordiaz fa-
cerent bonū esset. vis vt opus tuū placeat deo
fac vt de hoc pauperes gaudeāt. Quod tēplū
deo ē charius cum pauperi manuz tribuis an
cum viro in suis necessitatibus subuenis cū er-
rantem ad viam veritatis reducis. O q̄ admi-
rabile ⁊ laudabile templuz edificasti. Hec Hie
ronymus. Item sciendū beatus Hieronymus
amar⁹ fuit corrector simonie. Refert Cirillus
episcopus hierosolymitanus ī epistola ad Au
gustinū. q̄ apud superiorem thebaidā fuit qd̄-
dam claustrum dominaꝝ mira pulchritudine
decoratuz. in quo pene ducēte domine multis
pollentes virtutibus vnum tamen pessimuz vi
tium simonie cōmittebant. Naz obseruabatur
apud eas abusio vt si quam vellent ī monialez

recipere non tm̄ intuitu charitatis quantū pe-
cunie recipiebāt in hoc monasterio erat sancti
monialis quedam etate grandeua que vitiū il-
lud plurimum abhorrebat. cui q̄daz die in ora
tione posita Hieronymus apparens locū illuz
īmenso lumine perlustrās precipiens vt abba-
tissam mane ⁊ moniales congregaret dicēs ei
nisi a peccato inueterato cessarent vltionez di
uinā subito expectarent. Quo dicto disparuit
visione igitur illa ꝑterrita noctē duxit insom-
nem adueniente crepusculo diei omnes pulsa-
to tintinnabulo congregauit ⁊ surgēs ī medio
q̄ viderat ⁊ audiuit narrauit ⁊ patefecit qd̄ fu-
it oīb⁹ monialib⁹ irrisio ⁊ ex hoc clamantes fa-
tuā. sz ipsa gaudens de illicita ꝯtumelia ad ora
tiones redijt sollicitas petens ne omnib⁹ ꝯtin
geret monialibus quod audiuit. Decē diebus
transactis nocte media idem iteꝝ Hieronym⁹
apparuit ⁊ predicta nūciauit. Tūc illa. Quis
es domine q̄ mihi talia mandas? Ait Hierony
mus ego sum ⁊ euanuit. Illa aūt sciens monia
lium duriciam quid ageret nesciēs. mallens ta
men ab eis insana et ebria reputari q̄ diuinis
ꝯtraire p̄ceptis ⁊ fecit vt prius. ille autez audi
entes eius verba cum magnis cachinnatiōib⁹
exierunt. trāsactis tribus diebus eidē monia-
li dormienti Hieronymus cuz societate multa
angelorum nocte apparens media eam excita
uit ⁊ iussit vt de monasterio subito exiret et nō
futuram sententiam expectaret. Cum illa mul
tis lachrymis ne hoc fieret supplicaret. Hiero
nym⁹ dixit ad abbatissam ⁊ ceteras moniales
Perge sine omni mora nuncians q̄ nisi penite
ant hac nocte sentient diuinam vltionē. Si au
tem in sua ꝑmanebunt duricia statim exeas de
monasterio ne moriar. his finit abscessit hoc
illa audiens plena tristicia capituluz adiens ⁊
campana cepit resonare qua abbatissa a somno
euigilās cognoscēs ab hac fore pulsatā cā-
panam iracūda ad capitulum ꝓperauit ac vbi
eam vidit diris minis increpauit nulluz voluit
audire verbū ꝓmittit si non cessaret hec agere
secuz in monasterio ampli⁹ nō remaneret. Cui
illa. Ne tardes queso agere q̄ promittis profe
cto me cognosces ī hoc loco ampli⁹ nō mansu-
ram gloriosus Hieronymus mihi apparēs tā-
tūmodo hoc statim monasterio iudiciū futurū
patefecit. hec abbatissa audiens deridere cepit
hanc estimans eaz vesano capite ista fari. ⁊ ho
stiariam aduocās iussit vt hanc de monasterio
protinus effugaret ⁊ post horam aliquaz face
ret intrare. Factum ē aūt cum sanctimonialis
exiuisset subito totū monasterium corruit oēs

Sermo

opprimens vgines moniales ita q vna ex eis aliq̃ nõ remãsit. Fuit etiam beat⁹ Hiero⁹. amarus ꝓtra hereticos. qz fm Euse. fuit malle⁹ hereticoꝝ. Et in eadem epla dicit de morte eius Hic certe ꝑceps pacis iustitie dux doctor veritatis t eqtatis armiger. t itegritas fidei cõtra hereticos. bellator fortis cui⁹ sagitta nũq̃ declinauit retrorsũ nec declinauit clepe⁹ in bello. Refert Cirill⁹ in epla ad Augusti. Quidaz heretic⁹ arrianoꝝ respõdit cuidã q̃ autoritatẽ Hieronymi i sua disputatiõe induceret dixit q̃ mẽtireꝝ. subito fuit diuina vltiõe ꝓcussus añq̃ verbũ finieret clamare totũ diẽ nõ desijt. Miserere miserere gloriose Hieronyme. qz a tuis penis durissimis torqueoz t hoc ꝓ totuz diem quãtis vocib⁹ poterat clamãs hora cõpletorij miserabiliter cũctis q̃ ad hoc ꝓcurrerũt cernẽtib⁹ expirauit. Fuit etiã t ẽ glorioſus Hiero⁹. ꝓtra lusores amar⁹ vltor. sicut refert idẽ beat⁹ Cirill⁹ in epla. Nup in samaria dũ miser q̃daz luderet t quasi oĩa q̃ habere poterat cõtẽpsit Hieronymi cepit nomen temerarie blasphemare cunctis videntibus fulmen de celo cecidit t ipsum iteremit. Tres etiã alij ludẽtes dixerũt Quantã tu vis exercere Hieronyme ptãtez. qz te inuito ludũ istũ alacriter finiem⁹. his dictis inceperũt ludũ. elapso igit vno instãti se terra aperiens illos sic absorbuit vt ex eis amplius nihil visuz fuit. Fuit etiã glorioſus doctor amar⁹ nobiliũ maloꝝ redargutor Teste beato Euse. de laude Hiero. Ululate inqt o vos miseri nobiles t potẽtes vẽto instabiles fortuna elati q̃ alios ꝓfunditis t tãq̃ ignobiles cõculcati. qz hui⁹ vite vanitatib⁹ obcecati tps vẽ vite breuissime celeri morte velut a texẽte tela succidit forte hac nocte succidet t i inferno sine termino pre alijs cruciabimini moriendo ꝓtinue viuentes i laborib⁹ hoiuz in mũdo nõ estis. imo non solũ cũ hoĩbus nõ fertis sed t laborantes viuere nõ ꝑmittitis. Idcirco nõ cuz hoĩb⁹ sed cũ demonib⁹ flagellabimini. qnto enĩ in mũdo maior fuit gloria t leticia tãto i inferno maior erit pena. Et subdit vñ q̃d dicam. xij. xps apostolos habuit quoꝝ oĩuz solus Bartholome⁹ origine fuit nobilis Matthe⁹ diuitijs añq̃ apostolatũ reciperet insistebat. ceteri vo erãt pauperrimi piscatores cur hoc retuli audiat]. Si xps verax t si vera oĩa q̃ ex ore eius audiui et mẽdacia nõ sunt hmõi hoiuz vix vn⁹ aptus regno reperiẽ ex mille. qz vo multi eoꝝ mihi nõ credũt post modicũ temp⁹ positi in tormentis sentiẽt. Hec ille. Vñ Grego. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Secũdo q̃uis mirrha

sit amara tamen est morboꝝ cõfortatiua. vtute enim ipsi⁹ nerui t alia sensibilia membra cõfortanẽ t humores in iũcturis t articulis existentes. vt dicit magister in ꝓprietatibus. libro. xvij. Sic glorioſus doctor Hieronymus q̃ q̃ fuit amarus malis in corrigẽdo fuit tamẽ bonus et dulcis bonis in cõsulendo. Sicut de hoc refert beat⁹ Euſebius in epiſtola de laude eius dicens. Cum viderit vultus discipulorum suorum ex morte sua graues ꝓfortauit eos dicens. Cesset modo luctus sit omnium vox gaudens quoniaz nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis t leticie ꝓ omnibus diebus vite mee. in quo fidelis dominus i verbis suis t sanctus in operibus suis aperuit manũ suaz vt exulem animam meã reuocaret ad supernã gloriaz. Nolite filij dilectissimi quos habui in visceribus pietatis impedire gaudiũ meum ne ꝓhibeatis reddere terre quod suũ est. Ideo huius consolationis t confortationis idẽ beatus Euſebius nõ immemor in eadem epiſtola dicit. Mox certe sua dulcis t iocunda quia christifidelium erat mel dulcissimum. Ꝓheu qualem ecclesia amisit consolatorem t adiutorem. Extincta est lucerna i medio ecclesie micãs vt nõ nobis sed sibi luceat. non mundo sed celo splẽdeat. Refert etiam beatus Cirillus in epiſtola ad Augustinuz. q̃ post obitum beati Hieronymi quedã hereſis inter grecos surrexit que ad latinos vsq̃ deuenit que negabat purgatoriuz t similiter dicebant q̃ anime beatoruz vsq̃ ad diem iudicij non haberẽt gaudium. nec animedamnatorum interim paterentur tormentum. Et ratio eorum erat. Sicut anima cum corpore metuit vel peccat. ita cuz corpore reciperet premia t tormenta. Crescente igitur hac secta tantus dolor irruit in christifideles vt pigeret eos viuere. Indicens igitur episcopus Cirillus ieiunium trium dierum vt suam fidem diuinitus apparuit Euſebio oratioi incũbẽti benigna cũ locutione ꝓfortas dixit ei. In hac peste mortifera minime formidare debes. qz finis tibi iam imponẽdus est. Videsne igit Euse. tanto eũ mõ fulgẽte splẽdore. ita vt oculis humanis in eũ respicere non valeret clamãs pre gaudio dulces fundẽs lachrymas ait. pr̃ mi Hieronyme. Et hec verba pluries reiterãs ait. Cur me deseris cur meã sanitatẽ spernis certe teneã nec te dimittã. Ad quẽ Hiero⁹. Nõ te inqt dilectissime fili deserã ꝓfortare. vicesima enim die me sine fili deserã ꝓfortare. vicesima enim die me sequeris t simul in gaudio ꝑmanebis sine fine.

dixisset ab eo disparuit. Ipse autem de hac iocunda visione confortatus quãto citius potuit hec impleuit. quibus completis vocauit abbatẽ et inungi fecit se. qui cum inungeret̃ subito clamauit vt surgeret et venientib⁹ sacris virginibus locum daret quem cum abbas ĩterrogaret quid hoc esset. Ille ꝓmissionem virginis enarrauit ꝙ audientes cuncti recesserunt ⁊ cũ paulo post redisset ipsum migrasse ad dominũ inuenerunt et sane credendum est hunc hominem non habuisse demonuꝫ temptationes quo modo enim ibi adesse potuerunt demones vbi tot et tante fuerunt sacrate virgines. Et vere felix et letus erit huius hominis obit⁹ qui his sanctis virginibus sedulus fuerit et deuotus. Tertio flores sunt in hoc priuilegiati a natura q̃uis interdum a porcis calcantur. tamen a medicis colligũtur ⁊ in apothecis ponuntur vt de eius salubres fiant medicine. Sicut probat Pli. in speculo natura. li. ij. de floribus rosarum qui sua virtute multis languoribus succurrunt. Idem de floribus violarum qui si cõtriti fuerint et positi super calidum apostema multum prodest. vt dicit Petrus de cres. li. vj. Sic isti splendidissimi flores et candide margarite sunt hodie a porcinis hominibus cõculcate. sicut canit ecclesia. Date porcis margaritas. lupis oues non inuicte. Sꝫ christus medicus animarum nostrarum succidit eas ꝑ enses et gladios crudelium tyrannorum in apothecam gaudioruꝫ. ⁊ hoc attestatur sancta ecclesia que canit. Isti flores hodie de terra succisi cõplãtati lilijs floꝝ ꝑadisi. Ex his florib⁹ beatissimis fecit nob̃ xp̃s suauissimas medicinas. ipsaꝝ enim virginitatem dat nobis quasi dulce electuarium cõtra malam luxurie humiditatem. q. d. Hodie xp̃s respicite in mũdi peccatores. ⁊ luxuriosi has mũdissimas virgines que sunt nobis posite quasi speculuꝫ puritatis q̃tinus exemplo earũ diuinitatis opa faciatis q̃ inquã opa luxurie vt ait Greg. in moral̃. Si semel mentẽ occupauerint alicui⁹. vix eum bona desideria cogitare ꝑmittunt. Etiã xp̃s ipsa plastrũ cõtra suꝑbie tumorem. q. d. videte virgines istas de nobili stipite mũdi genitas que tamẽ humilitatẽ tenueruut vt ĩ exemplo ipsaꝝ suꝑbiam malignam fugiatis. qꝛ scriptum est q̃ se exaltauerit humiliabitur.

Sermo. ij. De. xj. milibus virginum.

Querantur regi v̄gines speciose. Hester. ij. Dicũt naturales ꝙ vnicornus est animal tante fortititudines vt nulla venantiũ arte capiat̃. Sꝫ qꝛ in v̄ginali pulchritudine gl̃iatur ⁊ delectat̃ naturaliter. ideo sciẽtes hoc venatores eligũt puellas pulcherrimas ⁊ has locãt circa vias vbi illud trãsire ꝯsueuit. illa aũt ad quã venerit sinũ suũ aperit ĩ quo vnicornus deposita omni ferocitate caput deponit sic soporatus leuiter capitur. vt dicit Isidorus libro. xij. Mystice per vnicornum animal forte christus intelligitur. Quia s̃m ps̃. Est fortis ⁊ potens in prelio Ipse enim est Dauid fortis qui robustum goliad diabolum prostrauit. j. Regũ. xvij. Et populum suum a potestate diaboli liberauit. Unde Hugo de sancto victore. Non solum inquit humana iocunditas. sed et ipsa excelsa diuinitas in virginalibus gestis delectatur. ipse etiã ẽ verus ille Salomon. De quo dicitur Cant̃. vj. ꝙ habuit adolescẽtulas quaꝝ non erat numerus. ideo posite sunt ei hodie a sanct] angelis in sinum qui sunt venatores v̄ginitatis iste speciosissime virgines Ursula cum socijs suis que s̃m Ambro. in li. de virginitate sunt amice v̄ginitatis diuinitat] . templa trinitatis. specula puritatis. ornamenta mystice venustatis. riuuli ꝑpetue voluptatis. ⁊ hoc figuratũ est Hester. ij. vbi legit̃ ꝙ ministri regis Asueri dixerunt. querãtur regi v̄gines speciose et mittantur qui considerẽt per diuersas prouincias puellas speciosissimas ⁊ adducant eas ad ciuitatem Susam. ⁊ accipiant vestes muliebres ornatas. et seq̃tur ꝙ inuente sunt virgines speciose que ingrediebãtur ad regem et quicq̃d postulabant qd̃ ad ornatum pertinebat accipiebant. Asuerus interpretatur beatus. et significat christum qui est beatus omnium beatorum cuius ministri sunt angeli. De q̃bus scribitur Dañ. vij. Milia miliũ mĩstrabãt ei ⁊ decies milies cẽtena milia assistebãt ei. Isti igit̃ dicebãt. q̃rant̃ regi nr̃o v̄gines speciose que assistant corã eo ei in mũdicia seruientes. ĩter omnes aũt inuente sunt iste. xj. milia. sicut canit̃. Iste regis filie charis inuente margarite. sunt hodie longius quesite et seq̃tur muliebrẽ ornutum mundũ acceperũt ⁊ ad veꝝ ac beatũ regẽ intrauerũt vbi iam ꝓ nob̃ mitigãt xp̃m vt oĩ feritate deposita nob̃ ꝓpiciet̃. qꝛ ipse nihil denegat. Sicut testat̃ Rich̃. de san. vic. Hãc q̃dẽ in istis sacris v̄gininib⁹ p̃rogatiuã inuenio. q̃cq̃d enĩ petierunt ipse misericors deus exaudiet in momento. quia ad ipsum ad hoc sunt q̃site. vt innuunt verba p̃dicta. querãtur regi virgines In q̃bus clementissime v̄gines a duobus commendent̃. p̃mo ab electione v̄ginali ibi. q̃rant̃ regi virgines. secũdo a pulchritudine speciali.

Sermo

A De primo est sciendum. Petrus de tharentha-
sia sup. iiij. sententiarum. ⁊ Chryso. sup Mat.
Et habetur. xxxiij. q. j. Sane. et. c. Magis. di
cunt triplices sunt virgines. Alique sunt v̄gi-
nes carne sed nō mente. vt sunt ille que habēt
propositum nubendi quando tempus occurrit
oportunū. ⁊ iste virgines in hoc sunt laudāde
q̄ p̄ter thorum cōiugij nullo modo proponūt
violare virginitatem. de numero istarum sunt cer
te que licet mundiciam habent corporis nō ta
men mētis. De q̄bus dicit Chryso. sup Mat.
Multe autem virgines castitati corporis stu-
dent adulterium tamen cōmittunt in mēte aut
voluntate. ⁊ tales non sunt laudande. quia ea
rum v̄ginitas nihil prodest. Teste beato Gre-
go. qui ait. Nihil valet eum mundum esse cor-
pore qui pollutus est mente. cui concordat ve
nerabilis Boetius in epistola ad regem virgi-
neum. Nihil omnino tibi ꝓderit v̄ginitas cor-
poris si non et ipsa presto sit virginitas mētis
he sunt virgines fatue que oleum in vasis suis
non habent. ideo veniente domino a regno ex
cluduntur. Cum dicet eis. amen dico vobis ne
scio vos. Matth. xxv. Et ponitur. xxxiij. q. v.
Si Paulus. Iste inquit sunt virgines carne et
non spiritu que non habentes oleum. id ē. pin-
guedinem bonorum operum a celesti spōso ex-
cludūtur. Iste virgines similes sunt sepulcris
dealbatis. Mat. xxiij. quia exterius splendēt
interdum ornatu corpis. interius autem sunt
plene vt timeo fetore ⁊ labe. Ipse etiam sūt si-
miles syrenibus. que ſm Aris. ⁊ Albertum vir
ginem p̄tendunt vultum et dulci cantu nauigā
tes ī mari decipiunt ⁊ submergūt. Ideo debēt
caute nauigātes d̄ remedio ꝓuideret vt scilicet
aures obturēt ne cantum eorum audiant. Sicut
fecit Ulixes de quo refert Alexander in cintil
lario poetarum. Hic cum p eas nauigaret aures
sociorum suorum obturauit cera ne armoniā au-
dirent ⁊ seipsum malo alligauit et totaliter de
ceptiones euasit. Mystice q̄dam v̄gines virgi
neas p̄tendūt facies. in corde autem aut gustu
turpes deceptiones. Nam ornant facies suas
vngentis. pectora monilib⁹. lumbos sonis se-
ricis. colla clenodijs. Sz dicit Isid. c. iij. Qd̄
ī die illa scilicz nouissima auferet domin⁹ orna
menta ista ⁊ erit pro suaui odore fetor et ꝓ zo-
na funiculus. Quid enī ex tali ornatu volūt ni
si vt estimo incautos capiāt adolescētes. pro-
cedunt enim sic ornate ad choreas vbi pluri-
mos capiūt ⁊ in peccatis submergunt. Qui er
go voluerit esse cautus faciet vt Ulixes. debet
enim obturare aures suorum sociorum. i. quin
q̄ sensuum ne videant tales vanitates. ſm il-
lud qd̄ orauit Dauid. Auerte oc̄los meos ne
videant vanitates. Similiter ne audiant. ſm il
lud Sapien. Cum saltatrice ne sis assidu⁹ nec
audias illā ne forte pereas ī efficacia ei⁹. Ecc̄i
ix. Similiter ne eas tangant. qr dicit Hiero. in
epistola. Bonum est mulierē non audire. meli⁹ B
est eam nō videre. optimū est eaz non tangere
qr corpus mulieris est ignis. Sicut legit̄ in vi
taspatrum li. j. de quodam fratre q̄ habebat ma-
trem senem. quam cū debebat portare p fluui-
um tulit palliū ⁊ man⁹ inuoluit ne aliquo mō
tangeret corp⁹ ei⁹. ad quē mater. vt q̄d operui
sti manus tuas fili? Ipse rn̄dit. qr corp⁹ mulie
ris est ignis. O quotiēs timendū illi accendūt̄
ī multa ꝯcupiscētia q̄ tales ornatas v̄gines du
cūt ad choreas vel interdū vane corpa earum
amplexāt̄. Insup ille q̄ vult euadere deceptio
nes nō solū debet custodire sensus suos sz etiā
seipsum alligare ad malum sancte crucis vt sic
euadat. vt ait Holkot super li. sapiētie lectiōe
lxxxiij. Cum his virginibus non habent par-
tem beatissime virgines Ursula cum sodalibus
suis. quia colla sua ⁊ humeros non exornabāt
nolis aureis nec vultus suos vngentis. Quia
dicit Augustinus in libro ad sacras virgines.
dominica virgo que vultum suum ob splendo-
rem genarum aliquo suco linierit Esaie prophe-
te de filiabus sion promissam sententiam pro-
merebit. Iste etiam virgines sancte lasciuas
vitabant choreas nec quemq̄ alliciebant libi-
dinoso aspectu. Sciuerunt enim illud Augusti
ni vbi supra. dominica virgo a noxijs flexibus
saltantium vel cymbalis cithararum vel tym-
panistarum omniumq̄ ludorum quantum po-
test vultus suos auertat ne aut eorum repenti
no amoris telo percussa grauiter incipiat me-
rere. Hec ille. Omnibus igitur corporis reie-
ctis ornamentis animas virtutibus decora-
bant. Ita q̄ de qualibet earum dici potest illd̄
ps̄. xliiij. Omnis gloria eius filie regis ⁊c̄. Se
cunde virgines sunt mente et non corpore vel
ille que sine consensu violenter corrumpuntur
vt temporibus contingit tyrannorum. Refert L
enim Jacobus de vitria. Cum hostes infideles
loandinensem ciuitatem destruxissent. multas
virgines violenter corruperunt. Alie enim cū
ad ecclesiam confugere non possent se in fluui-
um proiecerunt magis mori eligentes q̄ virgi
nitatem amittere. quedā etiam stercoreas sen
tinas saliebant et potius extingui volebant q̄
virginitate spoliari. Idem quoq; refert q̄ vna
sanctarum virginum in flumen salijt. et cum ibi
periculose laborabat duo ex hostibus cum na
uicula ad eam venientes eam extraxerūt vt ea
turpitur abuterent̄ q̄ aīaduertēs maluit iterum
fluuio submergi q̄ corrūpi a naui ꝓsilijt inter

vndas dũq; nauis ex impetu salientis merge-
retur simul illi duo mersi perierunt. Illa autez
per gratiaz dei sine damno corpis ⁊ anime ad
ripam ꝑuenit fluuio obsequente. Iste igit̃ v̄gi-
nes que sic temere corrũpuntur sunt bone ⁊ li
cet non sunt bone coram hominib⁹ aut iudicio
hominũ tñ corã deo minime sunt corrupte. qꝛ
dicit beat⁹ Ambro. ⁊ ponit̃. xxxij. q. v. c. Reue
ra. Nõ põt caro corrũpi nisi mens fuerit ꝑus
corrupta. vbi dicit glo. ꝙ talis corruptio non
põt sibi ad reatũ siue ad damnationẽ imputa-
ri obest sibi tñ ad aureolã. ⁊ qꝛ nõ ꝯsecrabitur
inter v̄gines. vt ꝓbat̃. xxxiiij. q. v. ca. Ille fa-
mule dei que integritatez pudoris oppressione
barbarica ꝑdiderunt se incõtaminatis nõ au-
dent compare v̄ginibus ꝑm glo. ex toto vt ve-
lint inter v̄gines ꝯsecrari. Dicũt tamẽ docto-
res ꝙ talis violenter corrupta posset ꝯsecrari
iter v̄gines si sciretur ꝙ nullo mõ ꝯsensisset et
in celo v̄ginitatis aureolam possideret. qꝛ au-
reola ꝑncipaliter est in mente sed canon ille q̃
est allegatus intelligitur ꝓpter ꝑiculum. quia
forte sic corrupte non totaliter dissenserũt. iõ
cautum ꝙ se illis nõ cõparent sed poti⁹ se hu-
militer abstineãt. vt consulit Canon. si q̃s non
ratus. xij. q. j. Et dicit Tho. sup. iiij. sententi.
Virgo que voluisset castitatẽ ⁊ oppssa violẽter
si pareret ex illo actu corã deo adhuc esset vir
go. Sz tñ alio modo Maria. qꝛ ꝯcepit spiritu
sancto cooperante. iste aũt humano semine ta
lis tñ v̄go duplex habebit p̃mium. vnum pro-
pter violentiã ⁊ iniuriã sibi factã. Aliud ꝓpter
v̄ginitatem mẽtis ꝯtentam. ⁊ isto mõ intelligi
tur dictum beate Lucie q̃ ait. Si me inuitã vio
laueris castitas mihi duplicat̃ ad coronã. Ter
tio sunt v̄gines mente ⁊ corpe que se ita custo-
diunt ne animas iuuenũ ad se alliciãt nec eos
mentaliter concupiscũt. quarũ vna fuit de qua
refert Heraclides noĩe Alexandrina que reli-
quit vrbem. ⁊ infra quoddã sepulcrum sedit in
clusa per foramen exiguum per. x. annos acci-
piens alimenta ⁊ in tanto tempe nec viros nec
mulieres vidit audiẽs ei⁹ famã sancta Melio-
na romana venit vt eam videret sed non potu
it stans itaq; ad fenestrã causam ei⁹ ꝯclusionis
req̃siuit. cui illa. anim⁹ cuiusdã iuuenis quon-
dam in me fuit lesus. ⁊ ne videret me vel cõtri-
staretur vel p̃cederet me vel ego euz me malui
q̃diu viuo in sepulcro includi q̃ nocere anime
ad similitudinem dei create. Ita fuit de beata
Ursula quam concupiuit filius regis anglie.
Sed ipsa habẽs desiderium castitatis rogauit
dominũ vt aliter p̃ordinaret vt suum proposi-
tum conseruaret. tales v̄gines sunt pre omni-
bus honorande. quia legit̃ in gestis Romano-
rum. ꝙ cesares romani virgines honorabant
Nam omnes qui illis obuiabant eis cedebant
preter sole virgines. ita cesar celestis christus
hodie et quotidie hodiernas sanctissimas vir-
gines honorat ipsis cedendo. Quãdo enĩ chri
stus cõmouetur contra peccatores si ille v̄gi-
nes sibi occurrũt pro peccatore rogãdo vera-
citer xp̃s eis cedit peccatori indulgendo. quia
orationes q̃ fiunt ꝓ eis dulciter sonant in aure
domini. Sicut ꝓbatur in simili. dicit Theo. in
breui. dñi. ar. Serenitatis quidem tẽpore cam
panas quas igni traducendo fundimus dulci-
us resonabunt. Cui⁹ ratio ẽ. Nã sereno existen
te aere tota per ignẽ euaporatur sulphurietas
de metallicis corporibus. vt ait Theofrastus
Sic et in tempore virginitatis ⁊ mundicie pre
ces quas fundunt hec sanctissime v̄gines dul-
citer resonabunt in auribus pietatis. Quia di
cit Cyprianus li. de monastica vita. Quãdiu
quis castitate pollet oratio eius dulcius into-
nat apud deum. et ideo quia pro nobis sedule
exorãt debemus eas honorare. quia vt dignũ
est ipsi volunt honorari. Quod patet exemplo
Abbas quidam ab abbatissa Colonie corpus
vnius virgininis impetrauit promittens ꝙ ip
sum in capsa argentea in sua ecclesia collocare
vellet et digne honorare attamen ad integruz
annum super altare in capsa lignea posuit nec
promissum impleuit. quadam igitur nocte duz
abbas monasterij cum suo conuentu matuti-
nas decantaret. virgo illa corporaliter de al-
tari descendit et reuerenter inclinans per me-
dium chori videntibus monachis et stupenti-
bus inde recessit. abbas ergo ad capsam cur-
rens et vacuam inueniens coloniam propera-
uit ⁊ abbatisse rei ordinem intimauit. pergens-
q; ad locum vbi caput sumpserat ibidem inue-
nerunt. abbas autem veniam petens certissi-
me promisit capsam preciosam se citius factu-
rum. sed nullo modo impetrauit.

De Simone et Juda
apostolis. Sermo. j.

Isti sunt due
oliue ⁊ due cãdelabra lucẽtia ante
dñm. Apoc. xj. Alcabic⁹ ĩ theori-
ca planetaꝝ sic inq̃t. Benigni benignaz habẽt
planetaz sue nascẽtie atq; mortis. q. d. omnes
homines benigni nati sũt sb benignis planetis
Cui⁹ ratio est cuz quidã planetaꝝ sint maliuo-
li. s. mars et saturn⁹ ⁊ q̃ sb his nascuntur sunt
ad maliciam naturaliter inclinati. Quidaz v̄o

Sermo

sunt benigni vt venus et sol. ideo benignos faciunt affectus. Versus. Venere hic natus cunctis existat bene grat⁹. Quasq; laudabiles virtutes hic tenet in se. Mystice xp̃s ẽ omnũ benignissimus ⁊ mitis. quia dicit Orige. sup Isa. Tanta est benignitas saluatoris vt magis nũcietur in damnatione peccatoris q̃ ipe cruciatur peccator in multitudine pene ⁊ doloris. ĩo hanc pietatem influit suis filijs. Quia ſm Richardum de san. vic. Sũma dei delectatio ẽ effundere ex se imbrem sue benignitatis et nature. Et quia isti duo sancti apli Simõ et Judas sunt sub eo spũaliter nati cũ adhuc essent ĩ terris mortales. ideo influit eis suam salubrẽ doctriuam mititatẽ. s. cuz dixit. Matth̃. xj. discite a me. quia mitis sum et humilis corde. q. d. Sicut ego mitis sum. sic et vos estote mites et benigni. Influit etiã illis misericordiã cum dixit. Luc̃. vj. Estote misericordes ⁊ benigni. Ex illo influxu possunt de eis competẽter exponi vba p̃dicta. Isti sunt due olive. in q̃b⁹ duo ponunt̃. p̃mo benignitatis mire nutrimentum ibi Isti sunt due olive. secundo claritat̃ splẽdide incrementũ ibi. ⁊ duo candelabra. De p̃mo est notandum. bi sancti apostoli hic olive non immerito compprantur. p̃mo ſm Ji. li. xvij. Oliua est arbor pacis nuncia. ideo in signum pacis columba portauit ad Noe in arcam ramũ olive. Geñ. viij. In signum pacis romani mittebãt ad rebelles ramum oliuarũ vt darent intelligere q̃ essent eis reconciliati ⁊ vniti. vt dr̃ in hystoria romanor̃. In signum pacis pueri hebreorum tulerunt ramos oliuarum ⁊ obuiauerunt domino ĩ die palmar̃. vt habet̃ Mat. xxj. et Luc̃. xix. Ita isti beati apostoli Simõ et Judas velut vere olive fuerunt nuncij pacis ⁊ sunt figurati per nuncios qui fecerunt pacẽ inter Josue ⁊ Gabonites. De q̃bus legitur Josue. ix. Qui venerunt habẽtes cibaria ⁊ veteres vinarios induti veteribus vestimẽtis ⁊ panes erant duri ⁊ in frusta cõminuti. perrexeruntq; apostoli ad Josue ⁊ dixerunt. de terra longinqua venimus pacem vobiscum cupientes. Sic ⁊ ipsi beati fecerunt pacem inter verum Josue christum ⁊ gabonites. id est. peccatores quos christo in pace per suas doctrinas vnierunt. Quia veri discipuli christi nõ possunt pati discordias. Sed amant concordiaz ⁊ pacem. ſm illud Hugo. de sanc. vic. Veri discipuli non miracula sed pacis ⁊ concordie ⁊ amoris opera constituerunt. Ipsi enim sancti apostoli Simõ ⁊ Judas non soluz fuerunt pacis nuncij inter deum ⁊ peccatores. sed etiam inter persas et indos qui continue litigabant. Ideo christus ſm Grego. Et autor pacis ⁊ amator misit eos in persidam regionem vt vtrũq; populum cõcordarent. Simon igitur qui interpretat̃ obediens. ⁊ Judas quasi confidens obedienter et confidenter iuerunt portantes verba dei q̃ ẽ cibus anime. ſm illud Deut̃. viij. Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod pcedit de ore dei. Siliter vteres vinarios hoc est corda plena charitatis q̃ tanq̃ nobile vinũ letificat hominẽ. ſm ps̃. Vinum scilicet charitatis letificat cor hominis. Ideo Simon alia interpretatione ponẽs tristiciã dr̃. Judas q̃si iubilum dans. Ipsi enĩ mediãte illa deposuerũt tristiciã afflictor̃ ⁊ iubilum infuderunt seu derunt celestium gaudior̃. ita de quolibet illorum dr̃ illud Tob. iij. Post lachrymationez et fletum exultationẽ et gaudium infundas. Portauerũt etiaz secum vestimẽta vilia et vetera, propter que et ipsi fuerunt contẽpti. Quia noluerunt dictuz sapientis Eccl̃. xj. In vestitu ne glorieris vnquã. Insuper habuerunt secũ pagnes duros aspere correctionis cõtra hos magos zaroan ⁊ Arphaxat. ſm illud apostoli ad Timo. v. Peccantes coram omnibus argue sci- licet dure vt ceteri timorem habeant. Sic igitur isti apostoli habẽtes cibaria verbi veritatis. et corda plena vino charitatis venerũt ad ducem Uuarardacb et dixerunt de terra longinqua scilicet iuda venimus et facere pacem inter vos persas et indos. et noli timere. quia pax huc nobiscum intrauit. et cras hora diei tertia legati indorum ad te venient et tue portestati subijcientur cum pace. Quis enim dubitat istam pacem merito apostolorum sanctor̃ esse factam certe null⁹. Quia dicit beat⁹ hieronimus in quadam epistola. Pacifici primo in corde suo deinde inter fratres dissipantes faciunt pacem. Ita nos fideles necesse est esse oliuas pacis. Quia dicit beatus Augustinus de verbis domini sermone. v. Pax est securitas mentis. tranq̃llitas animi. simplicitas cordis. vinculum amoris. cõsortiũ charitatis. hec est que bella compescit. iras cõprimit. superbos calcat. humiles amat. discordias sedat. inimicos concordat. cunctis est placida nescit extolli inflari hanc qui accipit tenet qui perdidit repetat. qui non habet exquirat. hec ille. Sed heu quidam nostrum habent se sicut tannus prorie heydern que scõm Ysidorum. libro. xvij. est arbor spinosa. Si enim vento fuerit agitata seipsum aculeis ledit manumq; tangentis et pedes pungit. In calidis regionibus multotiens igneum flatum emittit. Sic ⁊ illi sunt tam rancorosi in seipsis quando solum a ventis aduersitatis pulsantur statim pacem dimittunt ⁊ ad discordias incitãtur. Sicut legit̃ de quodã

in vitaspatrum li.ij.c.xciiij. qui habitãs in claustro frequenter ad discordiam mouebatur. hic ait intra se. Si solus habitarem ad iram nõ tam cito prouocarer. Intrans igitur in heremum reliquit claustrũ. Sed quadã vice cũ vasculũ aque compleuisset. z illud mox esset euersum impleuit secundo z tertio. Sed iterato aqua reuertente se fasculo fundebaꝫ in terrã z tũc ille furore commotus, piecit vasculum in terrã z confregit. Secundo olive varios faciunt fructus. quorum primi sunt terrestres z virides. scdi sunt rubei. tertij sunt nigri z quanto sunt nigriores tanto sunt maturiores. vt dicit Plinius in histo. natu. li. xvij ca. ij. q oleum extorquendum vt meliꝰ eliquetur necesse est buccas siue grana aqua feruẽtissima ꝓfundere. Nam p talem vnctuositas ab amurca z nucleo sepatur. Ita isti sancti apostoli Simon z Judas triplices fecerũt fructus olei misericor die de quibꝰ legiꝫ in cano. dist. xlij. tria sunt genera. Primum fuit in remittendis iniurijs sic patz de iniurijs magorum predictorum qui ipsos per sequebantur cum pontificibus idolorum. sed ipi eis omnia remittebant ꝑm doctrinam magistri sui. s. christi. qui docuit eos dicẽs Matth. v. Diligite inimicos vestros. z bñfacite his qui oderũt vos. z orate pro persequentibus vos. vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Sic z nos si volumus eẽ filij dei debemꝰ iniurias nobis illatas remittere. Quia dicit Chassianus in libro sanctorũ patrum. Nequaq̃ celestia sumunt premia qui seipsos vindicant iniuriasq̃ illatas. Quod aũt nõ sit bonum propias iniurias vindicare. Refert d Gregorius in. iij. dialogo. Quidam vir simplex nomine Florentinus in heremo habitans habẽs vsum sibi a deo in consolamen datũ. Quod scientes quattuor monachi condixerunt vt vsum occiderent. Quod ille cum comperisset factum ait. Spero in omnipotentem deũ quia in hac vita ante oculos hominuz ex malicia sua vindictã recipient qui nihil ledentem se vsum meum occiderunt. statimq̃ illi quattuor qui hoc fecerunt elephãtico morbo percussi sunt. ita vt membris putrescentibus interirent. Quod factum ille cernẽs expauit vehemẽt. z omni tempore vite sue deplorauit. Et dicit Gregoriꝰ. q deus ideo hoc fieri permisit ne vir mire simplicitatis quantolibet dolore commotus vltra presumeret iaculuz maledictionis z vindicationis intorquere homini. sed patientia est semper in omnibus habẽda. Unde Augustinus. de verbo domini dicit. Patientie est equo animo omnia tollerare z nõ murmurare contra illum qui maluz ei facit. Taliter fecerunt sancti apostoli. quia hoc est valde meritorium. Augꝰ. vbi supra. Non granum de palea percutit sed mundificat. Rosa inter spinas orit tamen non ledit sed pulchrior crescit z cautior. Sic Job cautior fuit in doloribus q̃ Adam in voluptatibus paradisi. quia ille vicit p patientiam. ille autem victus erat per gulaz. Ita adhuc heu multi inueniuntur qui omnes iniurias suas volunt ilico vindicare verbis maledictiõis. nõ attendentes illud Deut. xxxij. z Roma. xij. q dicit dñs. Mihi vindictam z ego retribuam. Sic autem isti apostoli non fecerunt. quia nec iniurias eis illatas per alios vindicare voluerũt. Nã cum dux pontifices incendere vellet prohibuerunt apostoli ne hoc fieret. cũ ipsi nõ venientes occidere sed viuificare mortuos missi essent vt dicit Africanus in legenda. Tertius fructꝰ quem fecerunt sancti apostoli fuit in corrigendo erroneos. Ipsi enim errores gentilium correxerunt. z in hoc misericordiam ostenderunt. Quia dicit Augꝰ. in Enchir. z habetur. xlij. di. c. ij. nõ solũ qui inquit. Qui dimittit atq̃ orat vt dimittatur. verumetiam in eo qui corripit z aliqua emẽdatoria pena plectit elemosynaz facit. quia misericordiam prestat. Jac. ij. Qui conuertit peccatorem ab erroze vie sue saluabit animam eius. z operit multitudinem peccatorum. Quartus fructꝰ fuit in retribuendis elemosynis. Ipsi enim tanq̃ fructifere olive de se fuderunt oleum sancte elemosyne. quia fuerunt profusi feruentissima aqua spiritussancti. sicut dicitur Ezech. xxvj. Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et vbi fuerit illa aqua spiritussancti ibi vnctuositas misericordie fluit ab hoie. Sic z nos debemꝰ eẽ olive fructifere de nobis dantes oleuz elemosyne. Recte enim sicut oliua de se fundit oleũ z tñ non deficit in futurum. ita nos si pauperibꝰ misericordiam fecerimus in bonis non deficimus ꝑm illõ Prouerb. xxix. Qui dat pauperi non indigebit. Qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. Qõ confirmat Augustinus in sermone. x. de aduentu domini. Ideo inquit flagellamur in frugibus quia egentibus non bene facimus. Ideo subdit. Dicit tibi deus si consideras homo ingrate. teipsum ego feci quod fueris. meum est quicquid habes ego dedi tibi z ingratꝰ es. Ecce q̃d tibi dedi auferam a te. z si potes viue sine me. Tibi dedi que habes. pauperi non dedi vt te ꝓbarẽ non quia vnde darem non habui. sed per pauperem te probare volui. Ego sum deus qui pauper est z diuitem feci. Per te diuitem pauperem pascere volui. prerogatorem te in bonis meis constitui. fac ergo misericordiaz. q nihil perdis. z me qui tibi dedi non offendis. Nec solus comedas quod ambobus creaui. quia te fingis filijs tuis

E

Sermo

seruare quod omnib⁹ potest sufficere. An si tuo boc labore habes assignes. si tuos esse putas ipsos fructus quos terra ꝓducit ꝓba. Ecce auferro auxilium meum. habeto tu laborem tuum. abduco pluuiam meam ⁊ arefaciam terram tuam. Auferam misericordiam meam. ⁊ apparebit misseria tua. Si tua est terra. mea est pluuia. pluet super terram si potes. ꝓducat germen tuum si valeat. fac oriri solem vt excoquat messem tuā. Ecce nunc spergam pluuiam meam. ⁊ ꝓducet terra tua panem. Et ipsa terra non est tua sed mea. ps̄ Domini est terra ⁊ plenitudo eius ergo fructuosissime feci pluuiam meam. vt ꝓducat terra tua panem. ⁊ pauperes mei habentes me omnia habent. Si quid habes qui me non habes. quasi diceret nihil. Hec ille. Ex his dictis patet si fuerim⁹ fructifere oliue in donis elemosynaꝝ Christ⁹ erit misericors dator in bonis diuitiarū. Refert Apiarius venerabilis episcopus. In partibus Brabantie erat matrona que circa montes alpium in anglia habitabat. ⁊ magna eo tempe erat fames ⁊ valida. ita vt cōmunis populi multitudo moreretur. Illa aūt matrona opibus ⁊ genere clara egenis cepit sine pondere ⁊ mensura et numero liberaliter erogare. Quod cernens vir eius miles artauit eam vt ei farine mensurā certam per singulas hebdomadas daret. Cum aūt die quadam totum expenderat. instante paupere precepit domina ancille vt diligenter cistam scobet in qua farina erat ⁊ pauperi daret. Sic fecit ancilla vt domina iussit. Post hunc vero venit alter qui se nihil comedisse infra biduum deplorabat. Quod audiens domina fleuit amare. Iteratoꝝ iubet ancillam scobare cistam ⁊ pauperi dare. intrauit ancilla nihilq; penitus remānsisse dixit. Instante autem domina cum lachrymis cucurrit patientius illa ⁊ cistā aperiens plenam florentissimis simulis mox inuenit. Ad cui⁹ intuitum ancilla clamans cecidit resupina. Clamore audito cucurrit domina. occurrit domin⁹ ⁊ familia. viso miraculo dominum in omnib⁹ benedicunt. Mox ipse dominus horreum aperuit letus omnibus ex illa die videntibus ⁊ venientibus largissime dedit. Nec desinit farina in cista donec superueniente augusto apꝛopinquaret dominus populo suo quem afflixit. Et dicit episcopus qui hoc scribit q; predictus miles sibi retulit nisi fuisset hoc diuinum miraculū. nequaq; tria vel quinq; milia horrea sibi sufficiissent. Tertio oliue sunt pingues in materia olei. ⁊ quāto serenius fuerit celum de tanto melius proficiunt. Quia ꝛm Plinium libro. xj. ca. iij. serenitatez roremq; celi ⁊ aeris diligunt. caligineq; pluuiaruz deficiunt. Si enim tunc oliue matureſcunt vtitur oleum ⁊ consumitur. Serenitas aute m q; cito venerit liquor subsequitur. Ita nostri beatissimi apostoli oliue speciose fuerunt pingues i gratia spiritussancti quam copiose in die pentecostes cum alijs aplis receperunt. ꝛm illud Act. ij. Repleti sunt omnes spiritusancto. Ideo dilexerunt lumen celi. id est. christum qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hūc mundum. Joh. j. Ipsi sunt figurati per duos filios Isaac Gen. xxviij. quibus benedixit dicēs Jacob. Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre abundantiam frumenti. vini ⁊ olei. seruiant tibi populi. Sed Isaac sic benedixit Esau In pinguedine terre ⁊ rore celi desuper erit hīdictio tua. Mystice Isaac interpꝛetat gaudium ⁊ significat christum. qui ꝛm venerabilem Bedā in omelia suorum gaudium omnium effectus est populorum. angelo attestante qui ait. Ecce euāgelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Luc. ij. Hic inquam benedixit Simonez beatum dicens. Det tibi deus de rore celi. hoc ē de gratia spiritussancti. ⁊ de pinguedine terre. de qua ps̄. Credo videre bona domini in terra viuentium. Abundantiam frumēti. id est. doctrine. vini. id ē. amoris. ⁊ olei. i. misericordie. ⁊ seruient tibi ppli. qz hoc p totam christianitatē fide le seruitiū ab omni pplo in scā eccl'ia btō Simoni exhibeb. ⁊ Jude fratri suo ꝛm illud qō canitur Exultet celū laudib⁹. resultet terra gaudijs apostolorū glia sacra canūt solennia. Sic etiaz nos christiani exemplo horꝝ apl'orꝝ serenitatē ?scie ⁊ rorē. s. gratiā spūsci debem⁹ diligere vt simus bone oliue. ⁊ vt qlibet dicere possit cum ps̄. Ego q̄si oliua fructificaui in domo dñi. Oꝛ prochdolor aliq nostrū pl⁹ diligunt caliginē pctoꝝ in q impingueſcim⁹. Joh. iij. Lux venit in mundu. ⁊ dilexerūt homes magis tenebras q; lucē. Oꝛ dic Constantinus in li. de natura liquidorū. Sum⁹ etenim in tenebris naturaliter pinguiores. Cuius ratio est. Nam cum tenebre frigida corpora constringant. ⁊ operiant ne humidum quod in natura dulce fuerit euaporari quidem possit. quēadmodum in captiuis cernitur. quia postq; de tenebris exeunt pinguiores solito apparēt vt refert Valerius libro sexto. Sic et nos intra caligines ⁊ tenebras peccatorum vt frequenter sum⁹ pinguiores quo ad felicitatem ⁊ effluentiam terrenorum. ꝛm q; Rich. testatur de sanc vic. Quanto etenim quis mentis sue cecitate caligineq; oppressus fuerit tanto in hac vita felicior apparebit. sicut patuit de diuite epulone ⁊ auaro q̄ hic feliciter abundabat ⁊ laute comedebat. Luc. xvj

postea spoliatus fuit per mortem omnibus rebꝰ
& nudus est in inferno sepultus. Et nunc pro illa
pingnedine dicere potest cum ps̃. Aruit tanquã
testa virtus mea. Quantum ad scõm est notan=
dum. refert Isiõ. lib̃. xvj. de gemmis. cap̃. j. cum
Soli. in libro de mirabi. mundi. q̃ in quodã tem
plo die veneris erant facta candelabra subtilia
in quibus erant lumina ardentia que nullo im=
bre nec vlla poterant extingui tempestate. & pro
uenit ex virtute cuiusdaz lapidis qui abeston di
citur. qui vt magister libro. xvj. proprietatum di
cit. cum semel accensus fuerit extingui nunquaz
poterit. de quo & decem candelabra erant facta
Mystice per hoc templum intelligitur sancta ec
clesia in qua homines debent contemplari diui=
na ſm illud beati Aug̃. distin. xlij. cap̃. oratoriũ.
In ecclesia inquit preter & orandi & psallendi cul
tum nihil penitus agatur. In hac inquam erant
duo candelabra Simon beatus apostolus & Ju
das. de quibꝰ in verbis thematis. Isti sunt duo
candelabra lucentia ante dominum. quia mun=
dum illuxerũt vndiq̃. ita vt de eis potest expo=
ni illud Matth̃. v. Vos estis lux mundi. Super
hec tamen candelabra posuit deus specialiter lu
men intellectus. quia deus ſm Aristo. iij. rheto=
ricorum anime infundit lumen. Illo igitur lumi=
ne illustrati cognouerunt versutias demonis et
magorum quorum presagia detegebant. In hoc
etiam lumine cognouerunt verum lumen christũ
vt dicere possint cum ps̃. In lumine tuo videbi=
mus lumen. Illud lumen in eis nunq̃ potuit ex=
tingui nec imbre tribulatiõis. nec tempestate ad
uersationis. ita vt quilibet dicere potest cuz ps̃.
Cum ipso sum in tribulatione. quia aduersitati=
bus omnibus a christo nunq̃ recesserunt. Sed
hoc lumen intellectus heu nobis multotiens ex=
tinguitur & obfuscatur. & hoc declarant natura=
les. et precipue Auicebron in libro fontis vite.
Lumen quidem omni altero lumine supercueniẽ=
te quodammodo obumbratur. sicut manifestum
est de stellis que solent lucere de nocte. Surgen=
te autem mane sole stelle obumbrantur quia lu=
men maius obfuscat minus. Sed lumen cecitat
gratie & intellectus in nobis nonnunq̃ obfusca=
tur veniente vmbra tribulationis & in mundane
felicitatis aduentu. teste Damasceno libro. vij.
contra errores grecorum. Venit lux inquit de
celis quod lumine mundane felicitatis & effluen
tie penitus obumbrescit. Sed hoc lumen munda
ne effluentie interdum infert penalitatem eternã
Quia dicit Athanasius in sermone. Nihil enim
aliud q̃ mortem corporis & anime ipsa infert fe=
licitas & affluentia huius vite. Cui cõsonat Hie=
ronymus contra Iouianum. Candor inquit et
claritas huius vite caliginẽ infert cecitatis atq̃
horroris eterne. Et probatur in simili. Refert
Philaretus in tractatu de natura morborum.
Ita disponunt anni vt post annos siccos & cali=
dos anni proueniant humidi. post humidos sic=
ci. Cuius ratio est. Nam ſm Calcidiuz sup thy=
meum Platonis. quod vni annorum subtrahi=
tur hoc anno sequente vlterius adimpletur. Ita
prouidentia iusti dei ꝑ filij disponit. vt post lumẽ
mundane felicitatis dolor sequatur eterne pena
litatis. Sed post egestatem presentis miserie fe=
licitas p̃sto sit beatitudinis sempiterne. Ad hoc
sonat dictum Sidonij in epistolari. Post mundi
inquit huius gaudia eterna debetur mestitia. et
pressuram huius seculi necesse est gaudium eter=
ne beatitudinis comitari. Ideo lumen intellectꝰ
non debet in nobis statim extingui mundana fe=
licitate veniente. Sed mediante eo videre debe=
mus quid eam finaliter sequatur. s. miseria sem=
piterna. Quare Moyses Deutero. xxxij. optat
dicens. Utinam saperent & intelligerẽt. ac nouis
sima prouiderẽt. Et postea. Quicquid agas pru
denter agas & respice finem. Nõ debes o homo
per mundanam felicitatem vel aduersitatem lu=
men vite extinguere rationis. scz in prosperitate
te extoliere & in aduersitate deficere a deo rece=
dendo. Quia sancti apostoli Simon & Judas
tam in prosperitate q̃ in aduersitate semper lu=
cebant. Quod figuratum est Zach̃. iiij. vbi legi=
tur. Vidit candelabrum circa quod stabant due
oliue. vna a dextris & alia a sinistris. Per has du
as oliuas significantur hi duo apostoli qui sem=
per stabant circa christum & lucebant a dextris
prosperitatis. cum adhuc manebant cuz christo
dicebant Joh̃. vj. Domine ad quem ibimus ver
ba vite habes. A sinistris aduersitatis quando
persecutiones patiebantur nec ab eo recedebãt
Sed iam potest dici illud cum ps̃. xc. A christe
cadent a latere tuo. id est. a sinistra tua mille. et
decem milia a dextris tuis. quia multi in aduersi
tate a deo recedunt per impatientiam. & multo
plures in prosperitate per excellentiam. Sic nõ
isti apostoli. Ideo quilibet ipsorum figurat Za=
charie. iiij. vbi legitur q̃ dixit Zacharias. Vidi &
ecce candelabrum aureum totum. & lampas ei⁹
super caput eius. & septem lucerne super illud. &
septem infusoria erãt super caput eius. Per hoc
candelabrum significatur beatus Simon cũ fra
tre eius Juda. Ipsi enim luxerunt per mundi cli
mata ſm doctrinam magistri. Matth̃. v. Sic lu
ceat lux vestra coram hominibus &c̃. fuerunt au
rei. quia sicut aurum in ignem positum nihil eua
porat. ita isti ad ignem positi tribulationis non
euaporauerunt per impatientiam. nec minorati

sunt in fide per idolatriam. Ideo potest exponi de ipsis illud Sap. iij. Tanq̃ aurũ in fornace ꝓbauit eos. ⁊ sic holocausta accepit eos. Etiã sicut aurũ insipientes letos facit homines. scdm illud Fontini in descriptione vniuersi. Cũq; aurum inspicimus naturaliter leti sumus. quia ꝑm Tharentinum li. de onera. in natura. Aurum sibi dulcorat ꝓximũ aerem ⁊ alterat. Aer aũt alteratus cor alterat humanum. Sic in simili deuoti homines hodie inspiciunt per fidele seruitiuz hos aureos apostolos veraciter letant̃ in omnibus suis necessitatibus ⁊ tribulationibus. Ideo dicit Amb. li. ꝑfati. Ingruente metu tribulationis ⁊ angustie tutum est sub vmbra sanctorũ apostolorum confugere. quorum a facie omnis fugit dolor tribulationis afflictionisq; humane ⁊ mundane. Fugata igitur tribulatione leticiam comitatur. ⁊ ꝑcipue leticia sempiterna erit eis qui digne seruiunt illis apostolis. ꝑm illud Euse. ꝑmone. iij. Intuentes quidam auream lucem celestium gaudiorum spiritus intus accipimus eternũ Et sic patet q̃ fuerunt candelabra aurea beati apostoli. Hec candelabra habuerunt super caput lampadem auream. id est. fidem que ꝑm Chryſ. super Matth. animam sicut lampas domum illuminat. quia fides eorum luxit cõtra hereticos ⁊ magos deceptorios. In hac lampade fuit oleum charitatis. iocunditas mentis. ⁊ puritas conscientie. Sup illa igitur spũalia candelabra fuerunt septẽ lucerne per quas intelliguntur septem v̄tutes beatorũ apostolorꝝ Simonis ⁊ Iude quas habuerunt. quarũ tres sunt theologice. s. fides. spes ⁊ charitas. Alie q̃ttuor cardinales. que sunt prudentia. magnanimitas. cõtinentia ⁊ iusticia. Habuerunt insuper ista nobilissima candelabra septem infusoria que sunt septem spiritussancti dona. scilicet timor. pietas. consilium intellectus fortitudo. scientia ⁊ sapiẽtia. Sic moraliter omnis prelatus siue vir ecclesiasticus debet esse candelabrum luminosuz. Sz heu quidam sunt vt asserit Petrus rauaneñ. i sermone. qui ante dignitatis adeptionẽ satis commendabiles extiterunt super candelabrum ecclesie constituti. lucem in tenebras ⁊ famam in infamiam conuerterunt. quorum vnus Saul q̃ ante electionem in regiam dignitatem erat electus bonus ⁊ nõ erat de israel vir melior eo. vt habetur j. Reg. ix. Sed factus rex est in maliciam ꝑuersus. ⁊ sic in multis alijs inuenitur. de quib⁹ subdit predictus doctor. Melius inquit fuisse illos latere sub modio q̃ cum infamia candelabrum ascendisse. Et subdit. Adhuc enim turpitudo eorum sub paupertatis obsequio lateret nisi eũ dignitas diuulgasset. creuit honor. ⁊ cum honore infamia. priuato peccanti sepe parcit. Sed si prelatus deum querit in eius infamiam lingue omnium acuuntur. hec ille. Ex quo habetur q̃ necesse est q̃ prelatus sit candelabrum luminosum ꝑ sapientiam. ⁊ lampas super caput eius. hoc ẽ christus fulgens ꝑ gratiam in mente ipsius ⁊ sic de alijs virtutibus. ⁊ tm̃ de secundo.

De omnibus sanctis Sermo. j.

Videns iesus turbas ascẽdit i montẽ. Matth. v. Dicit Aristot. lib. ꝓbleumatũ. Aspicientib⁹ inquit nobis iintra solem continue tres effect⁹ seu euentus accidunt ⁊ contingunt. Nam sternutatio sequitur. oculus lachrymatur. ⁊ visus aliqualiter excecatur. Cuius ratio est. quia excellẽte lumine solis humidũ liquat̃ oculorũ. qua quidẽ facta liquatione sternutatio accidit. lachryma effluit. visusq; obscurior apparebit. Mystice per solem quo ad presens eterna beatitudo que est deus designatur. Recte enim sicut sol ꝑm Isid. est fons totius luminis quo omnia superiora ⁊ inferiora illustrantur. Quia luna vt ait Aristot. i libro elementorum semper mediãte illuminatur sole ⁊ omnes alie stelle. Quid enim est splendor solis nisi illuminatio lune ⁊ stellarum. Ideo de⁹ est fontale principium luminis matris sue Marie virginis ⁊ omnium sanctorum quorum hodie sub vna memoria festuz celebratur. Ideo pñt dicere illud ps. Domine apud te est fons vite. ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. hoc est nostrã claritatẽ. quia ipe est ꝑm Greg. in collecta sanctorũ omnium splendor mirabilis. Sed si nos mortales intra hanc lucem superne beatitudinis ⁊ claritatis sanctorum oculum anime defigimus seq̃tur mox sternutatio admiratiõis ⁊ stuporis ꝑm illud Anastasij in sermo. Cũq; beatitudinis eterne gaudia intra mentem resoluere incipio mox stupore immenso extra meipsuz transeo. ⁊ homo cogitans hanc beatitudinem ⁊ gaudium sanctorum vtiq; lachrymas non potest continere q̃ tã diu ab eorum societate debet esse. sicut predict⁹ doctor Anastasius qui subdit. Atq; in corpore tam diu protrahi ab hac sanctorum claritate nimis langueo ⁊ lugeo. Sic Dauid qui luxit. Heu mihi. quia incolatus meus prolongatus est. Etiam oculi nostri totaliter excecãtur mentis si voluerimus gloriam ⁊ lumen sanctorum perscrutari. quia est impossibile. sicut patet de sanctissimo Aug. qui scribit i epl'a ad Cirillũ dicẽs. Duz in mea cellula quiescens cogitatio qualis eẽt oibus beatis qui cũ christo gaudẽt glorie ⁊ leticie

quantitas breuem vellem scribere epistolaz sanctissimo hieronymo destinandam vt quicqd ex hac sentiret responderet. Sciueram enim in taz difficili questione a nullo alio viuentium me posse euidentius edoceri. Cuqz iam scribens saluta tionis exordio hieronymum prouocarem ineffabile subito lumen nunqz visum temporib⁹ nostris minimeqz linguis declarandum cum ineffabili inauditaqz odorum fragrantia cellulam in qua scribebam intrauit hora iam cōpletorij quo a me viso stupore admirationeqz commotus animi z membrorum virtutes amisi. nec sciebam de nicq; dextera mirabilis dei tunc exaltasset seruum suum hieronymum. Et subdit. Inter hec meis strepentibus cogitationibus quid hoc eēt de luce hec dicēs vba remicuit. Aug. Aug. quē queris. putas ne breui vasculo immittere mare totum. breui includere pugillo terraruz orbē. cuius nullus hominum vidit tuus videbit. que aures nulla per sonum hausit audiet tua. Que cor humanum nullatenus intellexit nec etiam cogitauit. estimas ne posse intelligere. certe nequaqz potius totum mare in artissimo claudereē vasculo. potius totum terrarum orbem paruulus teneret pugillus. potius a motu continuo celū desisteret qz gaudiorum z glorie que beatorū animes sine fine potiuntur. minima etiam intelligeres. hec hiero. De hac beatitudine z gloria sanctorum omniū recitat euangelū dicens. Videbūt Jesus turbas. In quo principaliter tria describuntur. Primo multitudo electorum. ibi. Videbūt Jesus turbas. Secundo pulchritudo celorū. ibi ascēdēs in montē. Tertio scōrū differentia. ibi. Beati pauperes spū. De primo est notandum qz reges z principes z potentissimi seculares consueuerunt habere in suis seruitutibus z exercitibus multitudinem famulorum. Quod declarat iiij. Reg. xix. de potente rege Sennacherib. qui veniens contra filios israel pugnaturus habēs in suo exercitu centum. lxxxv. milia armatorum Idem legitur Judith scdo de Nabuchodonosor rege magno. qui volens omnem terram suo imperio subiugare vocauit holofernem exercitus sue militie principem dicens. Egredere aduersus omne regnum. z non parcat oculus tuus vllo regno. omnem vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc holofernes vocauit omnes magistratus virtutum assyriorum. z numerauit viros in expeditionem centum. xx. milia peditum pugnatorum. z equites sagittarios duodecim milia. z operuerunt terram sicut locuste. Refert etiam Orosius super Cantica qz principes romanorum tantam habuerunt ciuium multitudinem. qz Hanibal princeps carthaginensium in vno die tot ciues romanos interfecit qz tres modios anulorum digitis eorum abstraxit. Mystice omnipotens deus qui est rex regum z dominus dominantium. Apoc. xix. multitudinem sibi elegit famulorum. Habet enim in suo exercitu hoc est in imitatione passionis tantam militum multitudinem qz excedunt non solum numerum militum regis Sennacherib z regis Nabuchodonosor sed etiam principum romanorum. Refert beata Brigitta regina in libro suaz reuelationum. Si mensurares terram centum pedum in longitudine z seminares eam plenam paruis granis tritici ita compresse qz non esset distantia inter granum z granum nisi articulus vnius digiti. z qlibet granum daret fructum centuplum adhuc essent plures martyres passi Rome a tempore illo quo Petrus venit vsqz ad tempora quibus Celestinus papa ad suam solitariam vitam recessit. Refert etiam gloriosus hieronymus in epistola ad Miliadrum. qz ante tempora Theodosij imperatoris quo ipse floruit tot fuerūt iam martyres martyrizati qz p singulos dies diuersarum prouinciarum vrbium plus qz octingentorum z nongentorū milium martyrum sint nomina vt nullus sit qui inter quinqz milia martyrum reperiri non possit ascriptus. excepto dumtaxat Die Kalendarū Januarij. Et dicit doctor Bertranus de vesti. crea. per creaturas. Estimo qz multo plures tempore pacis postea ab hereticis z paganis vsqz ad presens sunt in bellis contra paganos pro fide christi martyrizati z iusticia tam in bellis qz in predicatione fidei. Quis enim dubitet quin multos martyres fecit prauitas paganorum z heretica prauitas bohemorum q̄ iaz sunt computati in numero electorum. Quia dicitur in canone. xxiij. q. iiij. c. omnium quisqz fidelium qui moritur in certamine quod contra infideles agitur celeste regnum promeretur. z si tot tanticqz sunt martyres. z quot sunt sancti innocētes qui ab Herode sunt occisi. de quib⁹ Apoc. xiiij. Et cum agno centum. xliiij. milia habentes nomen eius z nomen patris eius scriptū in frontibus suis. Etiam multi temporе Cōstantini imperatoris sunt conuersi ad christum vt dicit Nicolaus de lira super Apoc. vij. quos enumerat ibidem Johannes ex duodecim tribubus israel ex qlibet duodeci milia signati. Et postea addit Post hec vidi turbam magnam quā nemo dinumerare poterat ex omnibus gentibus z tribub⁹ z populis stantes ante throno⁹ in ꝓspectu agni amicti stolis albis. Et dicit Nicolaus de lira in

Sermo

glo. q̃ tempore Dyocleciani tot fuerunt marty-
res q̃ dinumerari non poterant. quia infra tri-
ginta decemseptem milia occidit ⁊ vna die cum
collega suo Maximiano occidere iussit Thebe
orum legionem. scz sex milia sexcenta ⁊ sexagin-
tasex. Judices etiam de mandato ipsorum inter
fecerunt q̃ sub certo numero redigi non potue-
runt. Quia Dyoclecianus. xx. annis legitur im-
perasse. Ecce numera si potes exercitum regis
celorum christi qui omnes ipsum per bellũ mar-
tyrij sunt secuti. O quot sunt patriarcharum in
numero ⁊ ꝓphetarum. certe nobis innumerabi-
les. Ideo dictum fuit Abrae. Gen̄. xv. Suscipe
⁊ numera stellas eius si potes. sic erit semen tuũ
Ubi dicit glo. Semen Abrae sunt oẽs sancti q̃
innumerabiles sunt. Ideo dicit euangelista. Vi-
dens Jesus turbas. Super quo dicit Simon de
cassia. Turbarum nomine multotiens multitu-
do hoĩm designat̃. ⁊ hoc quãtũ ad primũ. Quã-
tum ad scd̃m ponit̃ celorũ pulchritudo cum dic̃
ascendit in montẽ. de quo ps̃. Quis ascendet in
montem dñi. aut quis stabit in loco sancto. ⁊c̃.
D Et alibi. Mons pinguis. Pro quo sciendũ ſm
naturales mons libani omnes montes pulchri
tudine precellit. Est igitur mons redolẽtie ⁊ aro
maticus ꝓpter flores herbasq̃ odoriferas. Est
mons pulchritudinis ⁊ amenitatis propter ce-
drorũ. palmarũ. cypressorũ. oliuarũ. arborũq̃
aliarũ ꝓceritatem. ꝓpter auium siluestrium sono
rositatem. riuorum ⁊ fontium multiplicitatem.
Est mons leticie ⁊ iocunditatis propter abundã
tiam vini leticie inductiui. Est etiam mons confi
dentie ⁊ securitatis. ⁊ non sunt ibi serpẽtes neq̃
aliud animal venenosum propter aromaticitatẽ
morari permittitur. ideo ibi tute quiescitur ⁊ dor
mitur vt dicit Hiero. Mystice per hunc montez
libani intelligitur mons celi in quo beneplacitũ
est deo habitare. vt ait ps̃. Est enim mons mire
redolentie. q̃ ibi est redolens flos campi. Cañ.
ij. Ego flos campi ⁊ liliumconuallium. Ibi sunt
viole angelorum. oliue patriarcharum. ⁊ balsa-
mum prophetarum. Illic cypressi apostolorum.
rose martyrum. palme confessorum. ⁊ lilia virgi-
num. De hoc plenius dicit Aug⁹. in libro suspu-
tationum. parte. xxvij. c. ij. Speciosa facta es et
suauis in delitijs o mater hierusalez. ideo rex re
gum in medio. ⁊ pueri eius in circũitu eius. Ibi
hymnidici chori angelorum. Ibi societas super-
norum. Ibi dulcis solennitas omniuz ab hac ter
restri peregrinatione ad tua gaudia redeuntia.
Ibi prophetarum prouidus chorus. Ibi iugis
apostolorum numerus. Ibi innumerabilis victo
rum exercitus. Ibi sanctorum confessoruz sacer
conuentus. Ibi veri ⁊ perfecti monachi. Ibi san
cte mulieres que voluptates seculi ⁊ sexum infir
mitatis vicerunt. Ibi pueri ⁊ puelle que annos
suos moribus transcenderunt. Ibi sunt oues et
agni qui iam huius mundi laqueos euaserunt.
Hec ille. Et reuera mons ille celi gloriosus mõs
pulchritudinis ⁊ amen⁹. Quia dicit beat⁹ Aug⁹.
de libero arbi. libro. ix. Tanta est pulchritudo
superne glorie. tanta est amenitas lucis eterne
vt etiam si non liceret in ea amplius delectari q̃
vnius hora diei propter hoc solum innumerabi-
les huius vite dies pleni delitijs ⁊ circumfluen-
tia bonorum temporalium merito despicerentur
Tam enim pulcher est ⁊ suauis vt ea visa nõ po-
test amplius delectari. omnem vincit dulcedinẽ.
omnem exuperat concupiscentiam. ⁊ sola suffi-
cerent si nulla alia adessent. Sed preterea ibi ab
est cedrus alta. iocunda ⁊ decora virgo Maria
que dicit Ecc̃i. xxiiij. Ego quasi cedrus exalta-
ta sum in lybano. que celestem pre omnibus san
ctis preletificat montem. quia ipsa est splendidi
or. Sap̃. vij. Ideo ad hanc pulchritudinem desi
derauit beatus Aug⁹. in libro suspu. parte. xxvij
ca. ij. Felix anima mea que semper in secula felix
si intueri meruero gloriam tuam. beatitudinem
tuam. portas ⁊ muros atq̃ plateas ⁊ mansiões
tuas. multas nobilissimas aues tuas ⁊ fortissi-
mum regem tuum in decore tuo. Muri nãq̃ tui
ex lapidibus preciosis. porte tue ex margaritis
optimis. platee tue ex auro purissimo. In quib⁹
iocundum alleluia sine intermissione concinnit.
hec Augustinus. Ibi insuper est celestium auiuz
dulcis sonorositas. Quia ſm Amandum in ho-
rolo. sapientie libro primo ca. xij. ibi celestes ar
monie personant. diuine frigelle intonant. voce
iubilosa decantant. Ibi letabunda plaudant ag
mina. ac se letis blanda miscẽt modulamina cho
ris. Quod autem in hoc monte iubiloso est dul-
cis sonoritas angelorum. legitur q̃ quidam mo
nachus legens hunc versum ps̃. Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam abscon
disti timẽtibus te. ⁊c̃. super hoc cepit feruide co-
gitare. Qua durante cogitatione quedam aui-
cula veniens saltauit ante illum cepitq̃ dulciter
decantare. Ille enim nimium in dulcedine eius
delectatus deprehendere nitebatur hanc. auicu
la se remotius elongauit. Monachus aũt chorꝫ
pre dulcedine estuans. relicto psalterio exiens
claustrũ sine licentia illã sequebat̃ in quoddam
nemus. Cum aũt auicula sup arborẽ sedebat ip
se inter duas arbores resedit vt diligenter can-
tus dulcedinẽ auscultaret. Peractis igit̃ tricen-
tis ⁊ quadraginta annis auicula ipsuz relinquẽs

ỹsus. Fle. pete. ieiuna. vigila. da. redde celebra. Primum igitur suffragium est effusio lachrymarum. Quia dicit Plinius in histo. natura. Cunqz modicus imber distillauerit sol ipse mox serenus atqz iocundius eluescit. Sic post modicū imbrē deuotionis z lachrymas christus sol iustitie lucet iocundius per auxilium sup defunctoz̄ animas. Ideo refert Vincen. in specu. histo. li. xxv. ca. xlix. de Karolo magno qui in sacra nocte dominice diei post matutinas cum vellet ire repausatum raptus erat in spiritu z ductus in vallem que ex vna parte erat tenebrosa z ardens velut clybanus ignitus. Ex altera parte erat ameniss ma. vertitqz se contra tenebrosam vbi vidit aliquos reges de genere suo in magnis supplicijs. ibiqz vidit dolium in quo erat feruens aqua z patrem suū Lodouicū in eo vsqz ad femora stare. q̄ dixit ad eum. Karole scio q̄ reuertet̄ spūs tuus Ideo si tu z mei episcopi z abbates omniqz ordo ecclesiasticus fletibus suis z vigilijs mihi subuenietis citius liberaboz. Ille aūt ad corpus redijt zc̄. episcopus p̄monuit z eum liberauit. Secundum est redditio orationum deuotarum. propter quas omnipotens deus transmittit consolationez animabus. vbi enim nubes vaporē multum attrahit. illuc etiam multum imbrem pluuiamqz transmittit. Sic christus si ab homine sumit vaporē orationis ipse reuera eis mittit pluuiam consolationis z refrigerationis sempiterne. Ideo dicit Richardus. de sanc. vic. Facta q̄dem memoria defunctoz̄ in mente hois scz per orationes solem diuini prebet luminis z candoris. Tertium est obseruatio ieiuniorū. cū enim p defunctis ieiunam⁹ citius nos exaudiet de⁹. Recte in simili dicit Auicebron in libro fontis vite. Nobis quidem ieūnis atqz sobrijs existentibus celestis profecto patebit maior influētia atqz virtus. teste Platone in Fedrone qui ait. Tempore quidez sobrietatis z ieiunij celestis magis sum⁹ influentie susceptur⁹. Sic ieiunantibus nobis et corpora macerantibus p defunctis fidelibus celestis eis patebit influxus pietatis. Sm illud q̄d ait Richar. de sanc. vic. Mediante quidem ieiunio celestis illabitur suauitas z dulcedo. Ideo legitur in vitaspatrum q̄ quidā vir sanctus nomine Pastor tribus annis pro patre suo orauit et ieiunauit. z ille liberat⁹ venit. z gratias illi egit q̄ eum suo ieiunio liberasset. Quartum est vigilia. que si assumitur aīa a purgatorio liberatur. sicut patet de anima Lodouici que p vigilias purgatorij penas euasit. Quintū est tributio elemosynarum. Refert Constantinus in lib. liquidoz̄ Sūmi quidē q̄d in augusto fluit in medicinis infirmoz̄um salubre erit. Cuius ratio est. quia vt⁹ solis de gummi tūc rorē. terrestritatem. humiditatem q̄z consumit. Sic elemosyna nostra que fuit in augusto charitatis pro fidelibus defunctis salubris medicina erit eis. Quia dicit Hugo. ili. de ritu eccle. Sola elemosyna que intuitu charitatis christi facta fuerit. felicitatī eterne gaudia obtinebit. quibus? certe illis in purgatorio existentibus. quia mediāte illa peccata eoz̄ remittunt̄. Sm illud Dañ. iiij. Peccata tua elemosynis redime. Sextū ē solutio debitorum. Non enī possunt mortui a penis liberari nisi debita que commiserunt sint soluta. Quidam enī magister parisiensis nomine Thomas in infirmitate qua post ea obijt quendā magistrū parisius rogauit vt a diuitibus peteret vt debita non soluta persolueret. Qū vo executor in soluendo curā non egisset nec soluisset. apparuit ei mortuus. vir ille que siuit qualiter se haberet. Cui inquit si absolueris me a vinculis. z sic ille disparuit. Iste aūt q̄ non dum certus erat a quibus vinculis hoc intelligeret debitū nō soluit. Iterū apparuit ei mortuus flexis genubus z vinctis manibus. z q̄ ipsum a vinculis solueret supplicauit. z cuz quereret a q̄ bus. respondit mortuus. A debitis quibus obligatus sum. statimqz recessit. Et magister statim debita soluit. z defunctus ei amplius non apparuit. Idem legit̄ de quodā puero nouem annoz̄ qui decedēs confessus est. Post mortē aūt apparuit matri sue dicēs se esse in magna pena. eo q̄ non soluisset quedā debita que contraxit a familia patris sui ad ludos faciendos. nec de hoc rerum a pena liberauit. Idem legit̄ de quodam viro qui obijt z quoddam debitum insolutum reliquit. postea aūt vxori apparuit monens eam vt debitum illud solueret. Quo soluto a penis liberatus fuit. Cui igitur erit filijs illis in extremis q̄ debita soluunt suorum parentuz vel suoz̄ amicorum. Sm illud ps̄. xl. Beatus q̄ intelligit super egenū z pauperē. in die mala liberabit eum dñs scz a vinculis peccatoz̄ si z ipse soluerit debita amicoz̄. Sunt autem heu quidā qui sumunt hereditates parentū z aliorū amicorū z non soluere volunt contractiones amicorum debitorū. et nisi iure debitū ab eis torqueret audent temerarie dicere ore mendaci patrē in nullo vel amicuz sibi fuisse obligatum. licet hoc sciant ex relatu eorundem. z tales iure essent exhereditandi. qz habetur in glo. sup decret̄. q̄nta vallis de iur̄. iur̄. li. ij. Si filij patrē de vinculis carceris deducere z soluere negligant pater potest eos exheredita re z hereditatem alijs dare. Et quia hoc sic est ī lege imperatorū multo fortius in lege regis celorum. vt ille qui scit patrem suum ꝓpter debita

contracta esse in vinculis penarum ꝛ ipsū non curat soluere celesti hereditate spoliet ꝛ tanꝝ inuasor rei aliene punietur. qz dicit beat⁹ Augustinus ꝛ habetur ꝺ regu. iuris libro. vj. Nec catum non dimittitur nisi ablatum restituatur Quid enī aliud faciunt illi q̄ q res que ex meritō debētur alteri sibi auferunt ꝛ sibijpsis appropriant ꝛ vsurpant ꝛ nisi restituāt celesti hereditate priuabuntur. Septimū est celebratio missarum. dicit eneus septimus in libro de contenti. or. Lapides ignīti missi ī stagnū si hyrundines sunt intus faciunt euolare. sic dum vexx lapidem christum in cruce ignitum igne charitatis in stagnum transmittimus purgandaruz animarum mox a suis supplicijs eas facit euolare. Teste Gratiano ī apparatu iuris. trabūt enim animas missarum solēnia ꝛ frequentia exꝛ sua cūcta supplicia ꝛ euolare faciūt ad gaudia sempiterna ad que nō perducat Jesus christ⁹ Marie filius.

De beato Martino sermo. j.

Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena lucet in diebus suis. ꝛ quasi sol refulgēs sic ille refulsit in templo dei. Eccī. l. Apes fm naturales tres habēt proprietates. De prima dicit Ambrosius in exameron. Apum nulla ē ociosa quedam enim certant quasi in bello cāpestri contra alias apes. Alie vigilant circa vectum. Adolescētes enim apes ad opera exeūt seniores intus operantur. ꝛ q̄uis diuersa habent opera nulla tamē alienis insudatur laboribus nulla raptu victū querit sed proprio volatu ꝛ labore inter herbas ꝛ flores que sunt necessaria colligūt. De secūda proprietate dicit idem Ambrosius q apes vnā incolunt māsionem omnib⁹ cōmunis ē labor ꝛ operatio. De tertia dicit Aristoteles. x. libro ꝺ animalib⁹ q sugunt ad preparationez mellis ex frondibus ꝛ floribus arborum ꝛ herbarū. et prius incipiunt facere domos in quib⁹ habitet apiaster deinde domos alias in quibus alie habitare consueuerunt. Spiritualiter has apum proprietates beatus Martinus est secutus. nam ī statu militari nō fuit ociosus. sciebat enim q ociositas ꝛ voluptas sunt arma antiqui hosti. vt patet de renunci. c. nisi prius. cum p̄mo. vni. Jpe ueni tanꝝ adolescens pro patri suo antiquo militiam ꝛz inuitus assumpsit ꝛ cōtra hostes non segniter pugnauit quos non armis ꝛz orationibus potius superauit. Per Moysen ipse figuratus ē Exodi. xvij. q̄ dixit ad Josue. Elige tibi viros ꝛ egress⁹ pugna cōtra Amelech cras ego astabo habens virgam dei in manu mea ꝛ factum est ꝛ vincebat Josue ꝛ israel cuz Moyses eleuaret manꝰ. Sinautem paululum remisisset Amelech superabat. Sic ad ꝓpositū cuz Julianus ꝓtra barbaros pugnare intenderet dixit beat⁹ Martin⁹. Crastina die ante aciem astabo iermis ꝛ ī nomine christi signo crucis me munīēs nō clypeo protectus aut galea hostium cuneos secur⁹ penetrabo. et bene credit q ipse interim manus leuauit ad dominuz ꝛ ꝓ vnione pacī supplicīter exorauit. sic q postea sequenti die gens barbarica multa q nemo dubitet meritis beati Martini pacem assumpsit. vt patet in legenda. in hoc statu militari nō vixit de rapina sicut nec apes. sed sua pauperib⁹ largitus est. ipse nanq; et ille Samuel de quo j. Reg. xij. cum quo potest confidenter dicere. Loquimini coram domino de me vexx vtx bonem cuiusdā tulerim ꝛ si quē oppressi. q. ꝺ. Nō potestis me de hoc coraz dño accusare. In statu igitur monachali cum suis monachis ī vna habitauit māsione ꝛ eisdē cibis ꝛ potibus q̄ cōtentus. qz sciebat illud decreti. xij. q. v. c. altissimis. q religiosi cōmunem vitā debent habere nec aliquam rem ꝑuatim possidere si cum anania nolint interire. In statu autem tertio. s. episcopali quasi apis operosa beat⁹ Martin⁹ ad alpheariū duxit mel dulcissime doctrine. qz canitur corpore quidem virgineo blandum habebat eloquiū. ideo de eo potest dici illud Cant. iiij. Fauus distillans labia tua mel ꝛ lac sb̄ lingua tua. Et hi triplices status iueniunt in verbis preassumptis vbi dicit. Quasi stella matutina. ideo in his a tribus laudat. Primo a statu militari ibi. quasi stella matutina. Secundo a statu monachali ibi. quasi luna plena. Tertio a statu episcopali. De p̄mo est notādū Aristotiles in li. de causa elementoz sic describit firmamentū. Est elemētū ab elemēt⁹ iferiorib⁹ distinctū. non enī g̃ue est. qz tūc descēdere posset neq; leue. quia sursum ascēderet. Istud firmamentuz pulcherrime est stellis decoratū in finitis quas nullus phoz potest numerare nisi solus deus. fm illud ps̄. Qui numerat multitudinem stellarum ꝛc. Est tamen p̄ncipaliter exornatum septem planetis quorum p̄ncipales sunt stella matutina luna atq; sol q̄ pre ceteris sunt stellis clariores. Mystice p firmamentuz intelliguntur pfessores ꝛ doctores. Recte enī sicut firmamētū iferiora illumiat tenebras depellēdo. sic scti pfessores ꝛ doctores mediātib⁹ suis salutarib⁹ monit⁹ ꝛ lucidissimis doctrinis

Sermo

tenebras expulerunt peccati ⁊ ignorãtie a cordibus lumen cognitionis infundẽdo. ⁊ horum preclarissimi sunt hiero⁹. Aug⁹. Ambrosi⁹. et Gregorius. De quibus dicit dom⁹ Matth⁹. v. Vos estis lux mundi quibus annectit̃ quintus pfessor beatus Martinus. qui inter alios confessores sicut canitur vt rosa fulget ⁊ velut pulchrũ firmamentum ab alijs in merito ⁊ sanctitate est distinctus. Ipse enim nõ fuit grauis p peccati grauitatem. q⁹ a puericia nitebatur se a peccatis expurgare ⁊ deo studuit in vera innocentia famulari. ita vt dicere põt illud Job. xxxiij. Mundus sum ego ⁊ absq; delicto immaculatus ⁊ iniq̃tas non est in me. Sed heu nos inquam sum⁹ grauati multis peccatis. ita vt dicere possumus cum pſ̃. Quoniam iniq̃tates mee supergresse sunt caput meum. ⁊ sicut onus graue
B grauata sunt super me. Sed tamen hoc grauitatem nõ sentimus. quare hoc? certe propter consuetudinem. q⁹ dicit Isidorus in libro sen. q̃uis sit graue peccatum dũ in consuetudinem venit leue estimatur et sine vllo metu cõmittit̃. Et subdit. Peccatum cõmittere cadere ẽ in puteum. cõsuetudinem vo peccandi facere est os putei coangustare ne eis qui cecidit exire possit. neq; ſſimum ẽ peccare. peius vo consuetudinem peccandi facere ad illud facile ab illo cum labore surgitur. Hec ille. Quia peccatũ ex gravitate semp deprimit ⁊ hominẽ surgere citius nõ permittit. Ideo beatus Dauid in persona cuiuslibet peccatoris orat. Non inq̃t obsorbeat me profundum neq; urgeat super me puteus os suũ. quod exponit beatus Augustin⁹ vt habetur in ca. de pe. di. j. c. puteus. Pute⁹ est profunditas humane iniquitatis in quam si cecideris non claudi super te os suum si tu non claudis os tuum. Confitere ergo ⁊ dic cum pſ̃. De profundis clamaui ad te domine ⁊c̃. Et euades quodẽ modo euasit Manasses de profundo cũ dixit. Peccaui super numerum arene maris ⁊c̃ parat. xxxiij. Statim enim etiam i decimo anno ad ecclesiam inuitis parentib⁹ iuit ⁊ cathecuminum se fieri permisit. ipse quidem est tanq̃ nobile firmamentum quod non recipit in se peregrinas impressiones. s. peccatores. et põt illud dicere Sap. viij. Puer erã ingeniosus ⁊ sortitus sum animam bonam. Neq; ipse fuit leuis ad mundi vanitates. scz ad risus ⁊ ad ceteros iocos. sicut de ipo canitur. Grauis erat i moribus ⁊ intenta mente celo suspensus. q⁹ sciebat illud sapientie. Risus doloze miscebitur ⁊ extrema gaudij luct⁹ occupat. Prouer. xxiij. Etiam legitur q⁹ quidã vir fuit in purgatorio patricij in quo recepit vulnera ⁊ plagas. rediens ergo de illo in maxima fuit semper penitentia. iste quando videbat aliquem iuuenẽ inmoderate ridentem vel leuiter se habentem exclamauit vehementer dicẽs. O si scires q̃ acerba pena datur leuitatib⁹ istis tu fortasse mores tuos correxisses ⁊ in melio⁹ mutares. Tamẽ ſm doctrinam nõ omnes leuitates risuum ⁊ iocor̃ sunt culpabiles. si scz in bonum finem ordinantur. Quia dicit Egidius romanus in libro de regi. pincipum. pte de virtutib⁹ ad mundum in. iij. Credunt aliqui omnia vba vel facta deseruientia iocis vel risus esse ociosa nõ tamẽ sic se habet. q⁹ ociosum est quod caret debito fine. Nõ ergo de se est ordinabile in debitũ finem non ẽ culpabile vel ociosum. Joc⁹ enim ⁊ risus est licitus si moderatus ⁊ honestus in bonũ finẽq; habet ordinari. quia dicit Aristotiles. iiij. eth. Ludus ⁊ requies sunt necessaria in vita humana. ⁊ sic etiã pie creditur q⁹ Martinus fuit grauis in suis moribus interdum leuis ordinate tamen cum suis fratribus. Juxta illud dictum sapientis Catho. Interpone tuis interdum gaudia curis. Revera ipe sicut stabile firmamẽtum decoratus fuit innumeris virtutibus quasi celum sideribus que quidem impossibile esset ab homine numerari. horũ tamen aliqua sanctus Ambrosius in libro prefa. numerat. Sanct⁹ inquit Martinus. Prophani errores templa destruxit vexilla pietatis erexit mortuos suscitauit ab obsessis corporibus demonia seua expulit ac alios laborãtes languoribus virtutis remedio liberauit qui ita perfectus inuẽtus fuit vt christum texit in paupere per vestem quam egenus acceperat. Hec ille. Et sicut firmamentum habet septem ornamenta planetarum. ita Martinus ornatus erat septem donis spiritus sancti. Primus ergo planeta est saturn⁹. h vt dicunt astronimi est ponderosus in colore pallidus ⁊ hz qualitates mortiferas. ⁊ ideo fetus sub ipsius dominio susceptus vl̃ mortiſ vel pessimas qualitates psequit̃. ⁊ vt ait Ptolomeus in libro de iudicijs astrorum facit hoiem gravem ⁊ tristem raro hilarẽ vl̃ ridentẽ. Per hũc planetaz intelligitur timor dei quẽ habuit beatus Martinus quod patet ex eo quia fuit pondero⁹us quãdo põderauit omnia verba sua loquẽdo. ſm illud sapien. Eccl̃i. xxxij. adolescẽs loquere i tua causa vix si bis interrogatus fueris habeat caput tuum respõsum suũ. Sic fecit ipe facie pallidus. quia semper cogitauit extremum diem iudicij. ⁊ potuit dicere cum glorioso doctore hieronymo. Siue comedam siue bibam semper sonat in auribus meis hec vox. Surgite mortui venite ad iudicium. Et talis vtiq; contemplatio fecit ipsum in corpore indisposito sed i mẽte letum ⁊ iocundũ. ſm illud Eccl̃i. j. Timor

domini delectabit cor & dabit gaudiū & letitiā in longitudine dierum. Iste timor ipsius intantum duratus est q̄ omnes ꝓceptus peccatoꝝ statī mortificauit & statī in morib⁹ ipsum graue fecit vt dictū ē. q̄ aūt timor dñi ipsi⁹ dñatus ē ptz. qz oēs creature ipsum timuerūt. Dicit enī quidam plus timenti deum omnia obediunt Refert Gregorius. iiij. dialog. vbi supplet illa que omisit in legenda q̄ ignis & aqua ipsum timuerunt. Cuz enim domus proxima esset incēsa beatus Martinus tectum ascendit & obuiū se flammis aduenientibus inseruit. mox cōtrario vento flammam retorquet vt conflict⁹ quidam inter se elementorum videretur. Refert similiter cum naui periclitaretur quidā negociator necdū christian⁹ exclamauit. Deus Martini eripe nos. statim tranquillitas magna successit ac quoq; sibi animalia obediebant. Cūq; enim canes lepusculū insequerent impauit canibus vt animal insequi desisterēt. mox illi steterunt. Serpens dum quoddam flumē ptransiuit ait Martinus. In nomine domini te iubeo redire. mox se ad verbuz dei retorsit & ripam illam transmeauit. Ideo ingemens Martin⁹ ait Serpentes me audiūt & me homines nolūt audire. Recitat idez cum canis quendaz ex discipulis Martini oblatraret ille ad eum conuersus ait. In noīe Martini iubeo te obmutescere canis ꝓtinuo obmutuit ac si linguaz baberet abscisam. Quare illa animalia timuerunt euz? quia ipse timuit deū. Similiter ignis & aqua sibi obediebāt. causa fuit. qz ipse timebat suū creatorē. Ita nos christiani exemplo beati Martini dominum filialiter timeamus ex precepto sapientis qui ait. Time dominuz fili mi. Prorsus mali possunt derelinqui. & peccata mortifer. xxiij. Et sic vtiq; verba nostra & actus nostri mali possunt derelinqui. & peccata mortifera si ea mediante timore expellamus. quia dicitur Eccī. j. Timor dñi expellit peccatuz. Nam qui sine timore est nō poterit iustificari. Sedens planeta qui exornat firmamentuz est iupiter q̄ est pius colore argenteus cādidus clarus & fortus sub eo cōceptus viuus manet & fit letus et pulcher & iocosus ꝛm Ptolomeuz ī libro de iudicijs astrorū. Iste planeta significat pietatez qua armatus fuit beatus Martin⁹ quasi spirituale pulchrūq; firmamentū. Refert Seuerus in predicto dial. q̄ Martinus in quadam festiuitate tendens ad ecclesiaz pauper nudus quidam eum secutus est. Ipse autem archidi. precepit vt egentez vestiret. cum autem ille facere destulisset ingressus beatus Martin⁹ secretarium tunicam suam illi tribuit & cōtinuo abscedere iussit. Cum eum archidiacon⁹ moneret vt ad diuina procederet. Ille de se loquēs respōdit se ire nō posse donec pauper vestē accipiat Archidiaconus vo non intelligens. qz cum extrinsecus cappa esset tectus ipsum nudum interius non vidit pauperem adesse non censetur At ille inquit vestis deferatur & pauper non derelinquetur vestiendus. compulsus ille ad forum vadit & quinq; argenteis tunicaz vilem & curtā emit & ante pedes Martini iratus proiecit quem ille secrete induit cuius manice vsq; ad cubituz & longitudo vsq; ad genua, pcedebant & sic missam celebraturus processit. quia fuit tante pietatis. ideo omnia sua opa deo placuerunt & coram eo viua fuerunt quod ostēdit in hoc. quia globum igneum misit super caput eius dum diuina celebraret q̄ a multis visus fuit. Ista etiā pietas fecit ipsum candiduz & clarum. quia refert ipse Johannes beleth cum in predicta missa vt moris ē manus ad deum eleuaret linicis manicis retro labentibus cum nec brachia ei⁹ essent grossa nec multuz carnosa & cubitum nisi ad cubitum tenderetur eadem brachia nuda māserunt. Tūc miraculose torques aurei & gēmati deferuntur ab angelis & brachia decēter exornantur. Etiā eius pietas claret ex hoc q̄ adhuc miles secularis existens clamidem diuisit & nudum pauperem texit. de qua pietate dicit beatus Ambrosius libro. prefa. O felix largitas quam diuinitas operatur. O gloriosa diuisio clamidis que militem texit & regem. o inopinabile donum quod vestire meruit diuinitatem. Hec ille. Hac igitur virtute similiter ornari studeam⁹ vt deo omnia opera nostra placeant. quia dicit Seneca in libro de cle. verā pietatem inquire qua non solum homini sed oiuz placere poteris creatori. Tertio planeta decorans firmamētū dicitur mars qui disponit ad audaciaz & ad fortitudinem. ideo dicitur deus belli. & est colore fulgidus. Ille planeta significat tertiū donum spiritussancti quo fulcit⁹ fuit beatus Martinus velut clarum firmamentuz quod dicitur fortitudo. & hec fecit ipsum tā audacem q̄ iram Palentinionij non timuit imperatoris. Refert Seuer⁹ in libro dialo. q̄ Martinus palentinionium adijt quodā tempore, p quadam necessitate exorandum. sed ille sciens eum velle petere quod ipse nolebat dare fores palatij claudi fecit ac Martinus semel & iterū passus repulsam cilicio obuolutus & cinere cō sparsus per vnā hebdomadam in cibi & potus abstinentia tunc mouente angelo ad palatium venit intrepidus & nullo sibi prohibente ad imperatorem vsq; deuenit. quem cum vidisset iratus est. qz fuisset admissus ei assurgere noluit donec sellam regiam ignis operiret & ipsum in posteriori succēderet tūc fact⁹ iratus assurgēs

Sermo

virtutez diuine offense confessus est multumqz ipsum amplectendo sibi omnia anteq̄ rogaret concessit. Ista virtute debemus artare mentes nostras. qz dicit Seneca de quattuoz vtutib⁹ cardinalib⁹. Fortitudo si insit animo tuo oia vinces cū magna fiducia liber itrepidus z alacer. si magnanimus siue fortis fueris nūq̄ vincabis tibi contumeliaz illatā de inimico. Nā nihil nocuit quāq̄ nocendi animum habuerit.

Quartus planeta qui firmamētuz decorat est mercurius iste semper iuxta solē gradiē nunq̄ pl⁹ distans q̄ p tringinta gradus. aliqñ enī ante solis ortum aliqñ post splendet. z fm Ptolomeum in libro de iudicijs astrorum. dat eē studiosos z sciētie numeroz amatores. Per hūc planetam signatur quartū donū spiritussancti scz sciētia qua decēter fuit beatus Martinus exornatus. sicut longe ante predixit propheta Malach. Labia iquit sacerdotis custodiāt scientiam et legem viuendi ex ore eius requirant. Malach. ij. Ipse enim semper per suā scientiā iuxta christum gradiebatur nō declinās in scientias erroneas. ideo de ipsa dicit dñs. Malachie. ij. Lex veritatis fuit in ore eius z iniqtas non est inuenta in labijs suis z in pace z eqtate ambulauit mecum z auertit multos ab iniqtate. subaudi p suā sanctā salutiferāq̄ vitā p quā in presenti seculo luxit ante mortem. vt dicere possit illud Joh. viij. Ego sum lux mūdi. Silit post mortem luxit in glorificato corpore propter suas scientias. fm illud Dañ. xij. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad iusticiā erudiunt multos in perpetuas eternitates. Ideo refert Seuer⁹ in quadā epistola. q̄ post matutinas cuz ipse leuiter obdormiuisset vidit sanctū Martinū albis vestibus vultu igneo cintillātibus oculis crine purpureo tenentem librū in dextra manu. Quintus planeta qui exornat celeste firmamentum est venus et alio nomine dicitur stella matutina. quia fm Bedā de mane precedit solem z sic dicitur lucifer. z de nocte sequitur, zsic dicitur vesper⁹. hec stella seu planeta iter nebulas nō perdit lumen suum sed lucet. z hoc dicit in verbis thematis. Quasi stella matutina in medio nebule zē. s. lucet. Per hūc planetaz significat quintū donū spiritussancti. s. cōsiliū quo ornatus fuit beatus Martin⁹ hoc nobile firmamētum in statu militari. quia decet milites esse bonos consiliarios. Nam dicit beatus Ambrosi⁹ in epistola. Consilioz vsus maxime psiliat hominem. z qz milites sunt ī curijs dominoz terrenoz in q̄bus debet esse pax z cōcordia si salua consistere debent eoz regna. ideo necesse ē vt milites sint boni consiliarij vt per sua consilia psilient dñis. z sic legit q⁹ rex Alexāder voluit in sua curia habere senes milites in quib⁹ vigent consilia. illud habetur supza fmone. ij. de omnibus sanctis. Idez refert Seuerus. Julianus imperator voluit habere beatuz Martinum in quo viguit bonū consilium in sua militia per quem z ipse cum hostibus suis barbaricis est sine effusione sanguinis pcordat⁹. ideo de ipso pōt exponi illud ps̄. posuit fines tuos pacem. Quia hostes ad Julianū venerunt z se suaq̄ potestati sue dederunt. ita vt finib⁹ eoz pax fieret. Sic facere deberēt alij domini seculares si essent pacis z pcordie amatores. vt videlicet sibi eligerēt bonos cōsiliatores z eoz consilia sequerentur z non propriam voluntatē. fm q̄ docet Salomon ph̄s. Cū q̄d inq̄t volueris non sequaris voluntatē sed queras consilium per quod scias veritatem. z illud quidē debet precedere in omnib⁹ arduis rebus. Recte, sicut venus precedit solem sic consiliuz voluntatem. Ideo dicit sapiens. Ante omnē actū tuum p̄cedat psilium stabile. Eccl. xxxvij. z debet precedere mane. qz dicit Socrates ī sentētijs suis. Oriente sole psilium sed occidēte cōsuluū. Sextus planeta qui fulsit firmamentuz est luna q̄ cum clare splendet in firmamēto hostes manifestat z cū habuerit dominiū sup hominem reddit ipsum castum. Ite planeta significat sextuz donum spiritussancti q̄ dicitur intellectus z est lumen quod de⁹ anime infundit vt habeā. iij. rhetor]. Illo fuit beat⁹ Martin⁹ ornat⁹ ī statu monachali. z qz ille ī firmamēto mētis sue claruit p ipsuz insidias hostis antiq̄ cognouit. Dicit enim Seuerus suus discipul⁹ q⁹ multe subtilitatis fuit erga demones cognoscendos. nam interdum demon se in iouis persona plerūq̄ mercurij aliquando veneris trāsfigurauit z se ei⁹ vultib⁹ obtulit quos ille oēs suis nominib⁹ increpabat. Sed p quid hoc sciuit? certe p donum itellectus quo tanq̄ plena luna in sua mēte lucebat. vnde demonis versutias noscere poterat. Recitat p̄dictus discipulus q⁹ q̄dam vice diabolus in forma regis purpura indut⁹ z diademate z caligis aureis ornatus sereno ore letaq̄ facie sibi apparuit. cū ambo diu tacuissent. Agnosce inq̄t diabol⁹ Martine quem colis christ⁹ ego sum qui de celo descendi z me tibi manifestare volui. Cuz adhuc beatus Martin⁹ admirans taceret rursus ait Martine cur credere dubitas cuz me videas christ⁹ ego sum]. Tunc ille a spūsancto doctus qui aperuit sibi intellectuz ait. Dñs iesus xp̄s nō se purpuratū aut diademate corōnatū venturum esse predixit nisi xp̄m in eo habitu z forma q̄ passus est nisi crucis stigmata p̄ferentem

veníſſe vídero non credam. Ad hanc vocē día bolus diſparuit ꝛ totam cellaz fetoze repleuit Iſtud ſimiliter ſpirituſſancti donum intellectꝰ tenuit ipſum caſtū in cozpoze ꝛ anima. ꝛ hoc te ſtatur Ambzoſius in libzo prefa. Quid erit p oblatione integri cozpozis recepturus. qui p quantitate veſtis ex igne deum veſtire meruit. ꝛ vídere iſtud donum ſpirituſſancti intellectus multum vtile eſt religioſis vt intelligant inſidi as diaboli qui quidem eo plus ceteris infeſtat Ideo ozant cum pſ. Intellectum da mihi ꝛ ví uam. Similiter vt ſint caſti. qz vt habeꝫ extra de ſtatu monachozum. c. cuz ad monaſterium Caſtitas adeo annexa eſt regule monachozuz q neqꝫ ſummus pontifex cuz bis poterit diſpē ſare. Quantū ad ſeptimū qō oznat firmamen tum eſt ſol per quem ſignificatur ſapiētia qua erat oznatus beatus Martinus quo ad ſtatuz epiſcopalez. Sapientia enī requiritur maxime ad illius ſtatus dignitatem. Ideo dicit apls. j. ad Timo. iij. Oportet epiſcopum eſſe oznatuz ꝛc. Et taliter beatus Martinus fuit decozatꝰ quia fuit pzudens vt canitur de eo in hymno. Qui pius pzudens humilis ſobzius caſtꝰ ꝛ qe tus vita dum pzeſens ꝛc.

¶ De ſancto Martino ſermo ſecundus.

"Dilectus deo ꝛ hominibus cuiꝰ memozia in benedictione eſt. ſiłem fecit illum do minus ī glozia ſanctoꝝ. ita ſcribitur Eccī. xlv Conſtantinus in tractatu de natura liquidoꝝ Omnis inquit fons maioz atqꝫ diffuſioz eſt no ctis in tempoze q̄ in die. ꝛ hec cauſa ē. qz dicit Simplitius in ſumma naturalium entiū. Nox eſt frigida ꝛ humida ꝛ notū eſt q omnis aqua in tempoze humido magis q̄ ſicco augmētaꝫ. Dies autem pzopter calozem ſolis aquas fon tium exterminat ꝛ exiccat q̄s econtra nox au gmentat. Myſtice per fontem ꝫ beatus Mar tinus deſignatur. Recte enī ſicut fons aquas ſuas continue renouat ꝛ limoſitates cuz ſcatu rit vt ſe expurgat ꝛ ſimiliter renouatiōis bñfi cium animalibus vt ceruis ꝛ aquilis ſe imergē tibus adminiſtrat. vt dicit glo. ſuper pſ. Quē ad modum deſiderat ceruus ad fontes aquaū Ita beatus Martinus vitam ſuam in iuuentu te continue renouauit. Quia dicit Seuerus in legenda. Statim ab infantia ſpirituſſanctus ſi bi datus fuit vt in decimo anno idola relinque ret ad eccleſiam cōfugerat ꝛ ſe benedici ad ba ptiſmum permiſit. veniente autez decimooctauo anno ſe pmiſit baptizari ꝛ ſic omnes limoſitates peccatozum de ſe purgauit. Teſte beato Auguſtino in enchi. ꝛ allegatur a magiſtro in. iiij. di. iiij. A paruulo inq̄t recēter nato vſqꝫ ad decrepitam ſenectutem ſicut nullus pzohibetur a baptiſmo ita nullus eſt qui nō peccato moziatur in baptiſmo. ſz paruuli tm̄ oziginali Maiozes vo omnibus que male viuēdo addi derunt. Hec ille. Sz qz beatus Martinus qñ baptiſmū ſuſcepit iam adoleſcens fuit ꝛ foztaſ ſis aliqua peccata contraxit cuz nullus poteſt dicere. Mundum eſt coꝛ meum ꝛ purus ſum a peccato. Prouer. ij. Ideo ſe p baptiſmū renouauit vt quaſi nouus hō eſſet ꝛ ſe non ſoluz in nouauit ſed etiam renouationis beneficiū con donauit. Quia refert Seuerus q̄ per ſalubzez aquaz ſue predicationis latronem conuertit ꝛ matrem ſuaz ab erroze idolozum reduxit. Dic enim limpidiſſimus fons beatus Martinꝰ ani mo clarus fuit. qz nemo vnq̄ vidit ipſuz iratū nemo ridentem. ꝛ fuit ī nocte aduerſitatis ma iozis patientie cum multa paſſus eſſet aduerſa a diabolo qui ad euz dixit. Quocūqꝫ ieris tibi aduerſaboz. Ipſe patiēter ſuſtulit. Tum a malo, primo ſicut ab hereticis arreanis q̄ ipſum de ciuitate expulerūt. Tum etiā a cozpoze pzo pzio ita vt nullus vidit ipſum vnq̄ ridētē. ideo in eo maioz ꝛ diffuſioz fuit aq̄ gratiaruz ꝛ amo ris q̄ in alijs hominibus vniuerſis. qz nūq̄ in illius oze niſi chriſtus auditus eſt. ſm q̄ canē Eius ozi nūq̄ chriſtꝰ defuit ſiue iuſticia vel q̄c quid ad veram vitam pertinet. Nunq̄ in illius coꝛde niſi pax niſi pietas niſi miſericozdia ine rat. vt ſcribit Seuerus. ꝛ ob hoc fuit deo ꝛ ho minibus (vt aiūt verba pzeaſſumpta) dilectus In quibus a duobus cōmēdaꝫ. Primo a com muni dilectione ibi. dilectꝰ deo et hominibꝰ cu ius memozia. Secundo a ſeculi adeptiōe ibi. ſi milem fecit illum in glozia. De primo eſt notā A dum pzincipes mundi cōſueuerūt milites ſuos bonos diligere ꝛ eis benefacere. ſm illud Eccī xxxiij. Si tibi ſit ſeruꝰ fidelis ſit tibi quaſi ani ma tua. glo. ipſum coꝛde diligendo ꝛ quaſi fra trem. ſic tracta eum ꝛ non ſoluz pzincipes ſed ꝛ pzincipiſſe ꝛ tota familia ipos amāt. Figura huiꝰ legitur Geñ. xxxix. Phutifar pnceps ex ercitus Pharaonis emit Joſeph de manu biſ mahelitarum qui inquā erat vir in cūctis pzoſper ꝛ habitabat in domo domini ſui q̄ optime nouit dominum eſſe cuz eo. ꝛ ſequitur. Joſeph inuenit gratiam coꝛam domino ſuo a quo pzepoſitus omnibus gubernabat. qz omnia credi ta ei fuerūt. ꝛ ſequitur q̄ domina vidēs q̄ Joſeph eſſet pulcher facie ꝛ decoꝛ aſpectu iniecit oculos in eum ꝛ ipſum tm̄ adamauit q̄ euz ad ſuum amplexum inuitauit dicēs. Dozmi mecū

Sermo

Mystice cōsuetudo talis est etiam in curia dei qz ppheta Esa.ix. Princeps pacis z princeps angelorz hic est. igit Joseph qui interpretatur accrescēs. z significat beatuz Martinū qui in quam quotidie accreuit in vtutibus. Nā ō vir tuoso milite factus est vtuosus monach9 z tandem in virtuosum creuit epm. ita vt dicere potuit illud Job. xix. Cunctis diēb9 quibus nunc milito expectatio mea. s. ō bono in melī. Ipe nāqz fuit vir sapiens in cūctis prospere agens sicut legit in dialo. Seueri galli. q quodā tpe ad palatiuz Valentiniani adijt imperatozis. p quadam necessitate z q̄uis semel et scdo passus est repulsaz tñ ad ipsum peruenit z omnia pspere ipetrauit. qz multa munera vltra hoc qō petijt appoztauit que ille sumere recusauit. Ipse q̄dem magnā gratiam inuenit apud dñm suū. ita vt de ipso canit. Hic est Martinus dei pontifex electus cui de9 post aplos tantā gr̄az ptulit vt in vtute trinitatis deifice merek fieri triū moztuorz suscitatoz magnific9. de quibus vide in legēda. Ipsum enī tota trinitas sancta dilexit quasi bonum militē z fidelē. Pater dilexit eum eo q sibi tantā virtutē tribuit miraculozum. z hec dilectio erga patrē fuit ex man
B datozū obseruatione. Milites enī habent tria mādata precipua. Primum est vt pauperes ecclesias z respublicas defendāt. z hoc habetur in lege imperiali. ff. de re militari. z in ca. xxiij q. v. miles. vbi dicitur illis qui milites fiūt cōmittendus est gladius super eozum iuramento vt viduas ozphanos z rempublicam defendaut. Ut dicit Helimandus. q talis olim ꝓsuetudo fuit vt eo die quo q̄s militari cingulo armabatur ecclesiam solenniter adiuit. gladiūqz sup altare posuit seipsum obsequio altaris donauit deoqz iugem spopondit famulatū. Hoc mandatum beatus Martinus obseruauit cum esset miles. quia pauperes z ecclesias defensauit. Sicut probat Seuerus in legenda quādo gens barbarica cōtra romanam insurgeret ecclesiaz ipse precibus suis velut alter Moyses pugnauit hostes ecclesie subiugauit. de hoc vide in legenda. Sz heu nostri militares ob hec mandata exozbitant pauperes impugnant. ecclesias quas deberent defensare spoliant. ideo cōtingit eis sic Antiocho regi impio. De quo legitur. j. Machab. vj. qui in superbia venit i hierusalem z templum domini deprzedabatur z ideo infirm9 iacēs in lecto ait. Reminiscoz malozum que feci in hierusalem. quando abstuli de ecclesia omnia spolia argētea z aurea que erāt i ea sine causa. cognoui ergo quia venerūt propter me mala ista z ecce perio pre tristicia. Secundum autem mandatuz est q prozpzijs stipendijs se sustentēt. z hoc habet Luc. iij. vbi precepit beat9 Johānes baptista. Estote contenti stipendijs vestris neminē concutiatis neqz calumniā faciat. quod exponit beat9 Augustinus. z habetur. xxij. q. iij. quid culpatur. Concutere est aliquid petere vltra debitū ratione officij alicuius. Ille igitur cōcutit qui per oppzessionē z iniuriam extorquet pecuniā exemplo Tiberij cesar. de quo refert Sueto nius q fuit pius erga subditos. nā quando ei suadebatur vt tributa augeret regionum. Sic respōdit. boni pastozis z p̄ncipis est pecudes custodire z nō deglutire iste bñ custodiuit hoc mandatum. Nam voluit in veteribus tributis cōtentari z non pauperes suos oppzimere vel predare. Istud similiter seruauit beat9 Martinus. nam cum esset miles vno tñ seruo stetit contentus ne ex multitudine seruozum pauperes suos oppzimere cogeretur. Sz nostri nūc milites gaudent longo famulantium comitatu ideo cū non possunt contentari prozpzijs cogētur esse violenti raptozes in alienis. Sed audite vos impij raptozes q̄d dicit spiritussanctus per Job. xxvij. Hec est pars impij apud deum si multiplicati fuerint filij eius in gladio erunt id ē. occidunt. z nepotes eius nō saturabūtur pane. i. fame moziētur. z qui reliqui fuerint sz alij amici ex eo sepelientur in interitu hoc est sepultura asini cuius cadauer dimittitur in campo cōsumi. z vidue eozum non plozabūtur. scz in funeris sepultura. Tertium mandatū est q castitatē teneāt. z hoc ponit Aristoteles in li. de re. principum. dicēs ad Alexandrum q debeat seruare castitatem dicēs. Castitas vitam plongat sanitatem cōseruat corpus optimeqz disponit. Milites autē debent esse foztes ad resistendum inimicis. Sed qz luxuria effeminat. quod Alexāder dixit in secretis secretoz. Luxuria femineos facit mozes ideo necesse est q sint casti. z hoc mādatū seruauit beat9 Martinus. eo q virgo permānsit. z potest de eo exponi illud Apoc. xiiij. Hic est q̄ cum mulieribus non est coinquinatus. virgo enī permānsit. Religiosi etiam habent tria mandata. Primuz est L vt obedientiam habeant. Scdm q ꝓprium cōtemnant. Tertium vt votum castitatis seruent de quibus habetur extra de statu mona. c. cuz ad monasteriū. abdicatio prozpzietatis sicut et votum castitatis adeo annexa sunt regule monachozum q nec summus pontifex poterit cū ipsis dispēsare. quia dicit sanctus Thomas secunda secunde. q. lxxxviij. Castitas ē quoddā essentiale statui religionis. hec mandata seruauit beatus Martinus in statu monachali. fuit enim obediens. quod testatur Seuer9 in legen

da. cum ãmonitus esset a domino per sopozem vt visitaret parentes suos mox voluntatẽ suã deseruit ꝛ diuinã volũtatẽ fecit. ℟m illꝺ ℳat. xxvj. Non sicut ego volo sed sicut tu vis pater ℑuit contemptoz terrenozum. quia in suo monasterio taꝫ pauper fuit ꝙ de radicibus herba rum vixit. et potuit dicere cum sancto Bernardo. Quid nobis ꝺ diuitijs que nec vere nec nostre sunt. ℑuit et castꝰ vt supza. ꝛ põt dicere illud ℑob. iij. ℳundam seruaui animam meaꝫ ab omni concupiscẽtia. Episcopi etiaꝫ habent tria mandata. Primum est ꝙ sint hospitales ꝛ pauperum receptozes. ℟m qꝺ ponitur ĩ cano. xvj. q. j. quoniã. ibi dicitur ꝙ res eoꝝ debent esse cõmunes ad sustentationeꝫ peregrinozum. Secꝺm ꝙ sint prudentes. Tertiũ ꝙ sint doctores. ꝛ hoc probat apostolꝰ. j. ℑimo. iij. Opoz tet episcopum esse hospitalem prudenteꝫ ꝛ doctozem. hec mandata seruauit beatus ℳartinus. ℑuit enim hospitalis nulli pauperi hospitium denegando. Ipse fuit alter ℑoth qui sedebat in fozibus domus sue peregrinos expectãꝺo. Gen. xix. ℑuit ꝛ prudens ℟m ꝙ canitur de ipso. Qui pius prudens humilis sobzius pudicus fuit ꝛ quietꝰ. Prudens in subtili demonis cognitione legit̃ in dialogo Seueri ꝛ Galli. ꝙ quedam vacca a demone agitata cũ qꝫ vbiqꝫ seuiret ꝛ multos confoderat ꝛ versus ℳartinũ ℑlle manu eleuata iubet caꝫ sistere qua ĩmobili permanente vidit demonẽ dozso ei⁹ insistentem quem increpat dicẽs. Discede et euanesce a pecude ꝛ innoxiũ aĩal agitare desiste. illo autem ꝓtinus discedente vacca ad pedes ei⁹ prosternitur ꝛ ad eius imperium cũ omni mansuetuꝺine ad gregem suuꝫ reuertitur. ℑuit etiã doctoz egregius. qꝫ salutis ostẽdit viã verbo ꝛ facto. ℣bo doctrine ꝛ exẽplo bone vite. propter hanc mandatozum obseruantiam dilectus fuit a patre sic ꝛ nos si ab eo volumus diligi mãdata eius necesse est teneri. qꝫ dicit dominꝰ ℑoh. xiij. Si quis diligit me sermonem meum seruabit ꝛ pater meus diliget eum ꝛc. Filius eum dilexit eo ꝙ eum totum angelis cõmendauit dicens. ℳartinus adhuc cathecuminus hac veste me ꝛexit. ꝛ hec dilectio ℳartini erga chꝛi stum fuit ex pauperuꝫ compassione quibus vestimenta sua tribuebat. vt habes in legenda. et nõ solum eis vestes tribuebat sed ꝛ eos aebet ideo chꝛistus eum non tm̃ coram angelis sꝫ coram tota curia celesti honozabat dicens. illud ℳatth. xxv. Esurui ꝛ dedisti mihi manducare. Si igitur vis o chꝛistiane a chꝛisto filio dilecti misericozdiaꝫ erga paupes habe. qꝫ hoc est necesse sicut dicit Leo papa in sermone. ℳiseꝛicozdie virtꝰ tanta ẽ vt sine illa cetere ℣tutes si sint. ꝓdesse nõ possunt. ℚuis eni quis fidelis sit statu etiã sobꝛi⁹ ꝛ alijs maiozib⁹ oznatus insignijs. ꝛ si misericozs nõ est misericozdiaꝫ non meretur. Spiritussanctꝰ etiã eũ dilexit eo ꝙ in specie ignis sup caput ei⁹ apparuit. ꝛ hec dilectio fuit ꝓpter humilitatis retentionẽ. Refert Seuerus ꝙ beatꝰ ℳartinꝰ fuit multe humilitatis. Nã lepzosum quendam cũctis bozribilẽ obuiũ parisius habẽs ipsi⁹ gloziatꝰ est atqꝫ benedixit statimqꝫ mũdatus ẽ. Etiã vno seruo cõtentus cui causa humilitatis sepi⁹ calceos detrahebat ꝛ pedes abluebat in secretarioqꝫ residens nũqꝫ cathedra vsus ẽ. Nã i eccleſia ipsũ nemo sedere ꝓspexit. Sic ꝛ nos simꝰ humiles vt spiritussanctꝰ nostras inhabitet mentes. qꝫ dicit Esa. vlt̃. Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem ꝛ quietum ꝛ tenentez verba mea. Etiam dicit Cassiodozus super ps̃ Jn vallibus quidem humilium animarum fontes manant et transeũt flumina celestium gratiarum. Et scias ꝙ non solum deitas ipsuꝫ dilexit. s. pater ꝛ filiꝰ ꝛ spiritussanctus. Sꝫ etiaꝫ regina ꝛ principissa celozuꝫ virgo maria ꝙ ex hoc apparuit. qꝫ ipsum sepi⁹ visitauit. Referꝝ in dialo. Seueri ꝛ Galli dũ ℳartinꝰ ĩ cella solus sederet Seuer⁹ ꝛ Gall⁹ eius discipuli ꝑ foris⁹ expectarent plures secũ audierũt insimul loquẽtes. de quo cũ ipsum postmodũ requisissent ait. Dicã vobis sꝫ queso nulli dicat. ℳaria Agnes ꝛ Cecilia ad me venerunt ꝛ non tm̃ illo die sed sepius ab eis se cõfessus est visitari Et quare hoc? certe propter suã mundissimam dignitatem qua pollebat. ꝛ nũc põt sibi dicere maria. Dozmi mecum. hoc est requiesce ꝛ fruere delitijs meis ꝛ amoze. qꝫ beatissima regina semper diligit virgines tãqꝫ sibi sibi sles. ℟m illud Ecci. xxiij. Omne aĩal diligit sibi sile. O hõ bona ẽ dilectio marie. qꝫ quem ipsa diligit nunqꝫ ĩ eternũ peribit. Si ḡ ab ea vis diligi ℣a vginitatẽ. Angeli ipsum dilexerũt q̃ sue sanctitati quotidie astiterunt ꝛ ei mistrauerunt. ita vt de ipso exponi potest illud dictũ Milia miliũ ministrabãt ei ꝛ decies milies ꝛ cẽtena milia assistebãt ei. qꝫ dr̃ ℳatth. xxiij. Vbicunqꝫ fuerit cozpꝰ. s. xp̃i illic ꝛ cõgregabũr aqle. i. angeli q̃ dicunr̃ aqle. qꝫ ĩmediate recte deum qui est sol iusticie irreuerberatis oculis ꝓtemplar̃. ℟m illud ℳatth. xviij. Angeli eoꝝ semp vident faciẽ pr̃is mei ꝛc. Tota celestis curia ipsuꝫ dilexit. qꝫ ipsũ hodie ĩ suũ cõsoztẽ accepit. ℟m ꝙ ipse ait. Sin⁹ Abrae me recipiet. ꝛ hoc ad primum. Quãtũ ad scꝺꝫ cõmẽdar̃ be. ℳartinꝰ a sili adeptiõe. qꝫ cũ sctis aĩabꝰ adoptionẽ est adeptꝰ. ꝛ tãgit̃. silez fecit illũ ĩ glia sctoꝝ. Circa

Sermo

Et quod notandum. Panthera ſm Iſidoꝝ li. xij. Eſt oīuꝫ aīaliuꝫ amicus excepto draconē quē valde odit. habet enī cuꝫ oībus aīalib⁹ ſilitudinē. qz cū nigrꝰ ꝫ nigredinē. cū albis albedinē Et cum flauis flauedinem. qz ex macularum albarum nigrarum flauearum tota pellis varietate decoratur. ideo omnia aīalia vt dicit Phi ſologus audientia vocē eius ad ipſum veniūt. Draco aūt ſi appropinquauerit z eius vocem audierit territ⁹ cito fugit. Myſtice per panthe ram quo ad propoſitum intellige beatū Martinum qui habuit ſilitudinem cum omnib⁹ ſanctis. ita vt de ipſo exponi pōt illud Eccī. xliij. Benedictionem omniū gentium dedit illi. Reuera cum angelis excellentem habuit dignitatem z puritatez. ideo poteſt compari vitro qō vnuꝫ colorem cuiuſlibet liquoris oſtēdit clare Sic ipſe quod totum habuit intus in conſcientia oſtendit per claram confeſſionem. ita vt de ipſo exponi poteſt illud Apoc. xxj. Platee eiꝰ ſcz conſcientie aurum munduꝫ z vitrum perlucidum. Secūdo cū patriarchis habuit iuſticiā z longanimitatem. Fuit enī multe iuſticie. Nā cum imperatoꝝ Maximianus ipſuꝫ inuitaſſet et ei primo poculum allatū fuiſſet ſperantibus cunctis vt poſt ſe regi tribueret. Martinꝰ preſbytero ſuo dedit nullaz exiſtimans dignitatē digniorē qui poſt ſe deberet libere z indignum ſe iudicans ante regem aut regis ꝓximos pre ſbytero pretulit. Tertio cum prophetis habuit ſubtilitatem. Sicut enim legitur in legenda beati Britij eiꝰ diaconi qui ei multa conuitia inferabat. Nam cuꝫ cuidam pauper Martinum quereret dixit Britiꝰ. Nam ſi illum delirū queris proſpice eminus ille eſt qui quaſi amās cetum proſpicit. cum ergo paup a Martino qō petiſſet recepiſſet Britiū ad ſe vocans ait. An ego delirus videoꝝ. Britiꝰ quod cū ille p vere cundia dixiſſe negaret ſibi dixit. Nonne aures mee erant ad os tuum qñ hec loquebar. Amē dico tibi ozaui ob hoc dñm vt tu mihi i epiſcopatu ſuccedas. ſed ſcias te i epiſcopatu multa paſſurum aduerſa. Nā in. xxx. epiſcopatus ſui anno mulier concepit z crimen epiſcopo impoſuit quapropter de dioceſi expulſus fuit. Similiter obitum ſuū lōge ante ſciuit z fratribus reuelauit. Quarto habuit cuꝫ apoſtolis in orando aſſiduitatem. qz ſicut Petrꝰ z Johēs aſcenderunt in templum ad horam orationis nouā Act. iij. Et Bartholomeꝰ centies in die z centies in nocte genua flectens orauit. Ita vir ſanctus Martinus nūq̄ vllā horā vel momentuꝫ preterijt qua nō orationi aut lectioni icūberet inter legendum tamen z operandū pro quodā laboris leuamine nūq̄ animū ab oratiōe relaxabat. Et ponit ſimile Seuerꝰ exemplū dicēs. Sicut fabris ferrarijs moris ē vt iter operandū ꝑ quodā laboris iuuamine incudē ꝑberant Ita beatus Martinꝰ dū aliquid ageret ſemp orabat. Quinto cuꝫ martyribus habuit patiā z ſtabilitatem ſaltem enim in omnib⁹ patientiaꝫ ſeruabat q cum eſſet ſummꝰ ſacerdos impune ſepe a clericis ledebatur nec a ſua eos ꝓpter hoc charitate repellebat. legitur in ſepe dicto dialogo. cum Martinꝰ quadam vice hiſpido nigro z pēdulo pallio circumtectus ſuper aſella procederet equis econtra venientibus expauefactis militantes in terram ꝓcipitati ſe dederūt ſaltui. propter quod Martinū arripientes grauiter eū percuſſerunt. ille autē patiēs vt mutus cedentibus prebebat terga illi autem magis feriebāt eo q quaſi nō ſentiēs verbera ptemnere videretur. Protinus autez animalia in humo fixa manebant. vt q̄tūcūq̄ flagellata velut ſaxa moueri non poſſent quouſq̄ ad Martinum redeuntes vt peccatū ſuū quod ignoranter in eum fecerunt confiterētur ille eis licentiam dedit z gradu concito anima lia proceſſerunt. Sexto cum confeſſoribus habuit cōpaſſionis pietatē. valde enim pius fuit ergo delinquentes. quia omnes volentes penitere compaſſionis ſinu recepit. Dū enim ſemel diabolus Martinuꝫ reprehenderet cur ſemel lapſos ad penitentiam reciperet. Et reſpondit Si tuipſe o mirabilis ab omni infeſtatione deſiſteres z te tuozū factoꝝ peniteres ego tibi cōfiſſus in domino Jeſu chriſto miſericordiā poli licerer. Septimo cum ſanctis vīginib⁹ habuit auſteritatem. neceſſe eſt enim virgines domini caſtas habere abſtinentias. ſicut docet beat⁹ Augſtinus in libro ad ſacras virgines. Domini ca inquit virgo ad extinguēduꝫ libidinis flammas ieiunijs z abſtinētijs deberet operam dare ſi cupit laqueos diaboli inſidiātis euadere z ad p̄miſſe virginitatī premia peruenire. Sic beatus Martinus vt teneret virginitatez corpus ſuum ieiunijs z ceteris auſteritatib⁹ affligit. Refert Seuerus i epiſtola ad Euſebiū cuꝫ Martinus in quandaz ſuam dioceſim veniſſet lectūq̄ ſibi plurimo ſtramine clerici preparaſſent ille ibi requieſcens inſuetaz molliciem perhorreſcit. ipſe enim nudo humo vno tm̄ cilicio ſuperiacto cubare cōſueuerat. quare permotꝰ ſurgens ſtramentum omne proiecit z ſe ſup nudum humum collocauit. Circa mediam vō noctem tota illa pallea igne accenditur et Martinus excitatus dum exire temptaret et nequiret ab igne capitur et eius iam veſtimenta vrentur. Crucis igitur emittens ſignaculum in medio ignis intactus permanſit. et flammas

senſit cedentes quas ꝓius exptus fuit vrētes monachi ergo excitati cōcurrunt ꝛ Martinū quem iam ꝙsumptum putabant de medio flam marū illesum deduxerunt. ꝛ qz beat⁹ Martin⁹ cum oībus sanctis ſilitudinem habuit. idcirco oīs celestis exercitus in suo decessu ad ipsū ve nit ꝛ glorioſe in celum vsq; perduxerūt. ibi enī fuerunt angeli pn̄iarche ꝛ ꝓphe ſm q canens testat ecclia. O beatū virū in cuius trāsitu san ctoꝝ canit numerus angeloꝝ. Exultet choꝛ⁹ omniū celestiū vtutū occurrit psallentiū exercit⁹. ꝛ hoc ꝓbatur. Legitur enī q beat⁹ Severin⁹ coloñ. eps. cuz dñica die sacra loca post matutinas circūiret q̄ hoza vir beatus Martinus obiit audiuit choꝛ canentiū in sublimi vo cāsq; archidiaconū interrogauit eū si aliq̄d audiret ꝛ cum ille diceret q nihil monuit eū eps vt diligēter auscultaret. archidiaconus cepit colluz sursum extendere ꝛ aures erigere nec ꝛ tunc audire potuit. Tūc ꝓstrati ambo ī terram dñm deꝓcabant vt hec euz diuina pietas permitteret audire. erect⁹ autē sursum interrogauit eps. Quid audis? Voces inquit psallentium tanq; in celo audio. sed q̄d sit ꝓsus ignoro. Cui ille. Ego tibi q̄d sit narrabo. Domin⁹ meus Martinus eps migrauit ex hoc mundo ꝛ nūc eū angeloꝝ exercitus ꝛ sanctoꝝ canendo deferūt in excelsis ꝛ q̄ꝫ oēs angeli ꝛ electi ad eius transitū venerūt tñ draconeſ infernales ad ipsuz accedere nō potuerūt ꝛ in moꝛte retinere voluerūt. sed cum nihil suū in eo inuenissent ꝙfusi recesserūt. Sed electi ipsum cū gloria in celū deduxerunt vbi nūc cuz angelis gaudet exultat cū pn̄iarchis ibi iubilat cū apostolis plaudet cū martyrib⁹ intonat cū cōfessoꝛibus decantatq; canticū nouū cū mundissimis virginib⁹. Ipsumq; q̄dem debemus honorare ꝛ venerare ꝛ diligere ꝓpter beneficiorum multiplicitatē que ab ipso recipimus vniuersi aliq̄ enī recipiūt beneficia tpalia. qz sepi⁹ ꝓpauperib⁹ adhuc subuenit. Alij beneficia coꝛpoꝛa lia. qz multos infirmos sanat. qz legit⁹ q post moꝛtez eius. xliij. anno cū sanct⁹ Perpetuus ecclesiam ampliasset ꝛ in ea coꝛp⁹ beati Martini transferre vellet fuerunt duo socij vn⁹ cec⁹ alter contractus. cecus contractuz gerebat ꝛ cōtractus ceco viā monstrabat. Sicq; mendicantes multā pecuniaz acquirebant. audiētes aūt q coꝛp⁹ beati Martini sanabat infirmos Cū in translatione coꝛpus extra ecclesiam ꝓcessionaliter deducereꝫ fugierūt ne foꝛsitan curarent nolebant enī sanitatē consequi ne deperirent munera quest⁹ sui. quapꝛopter se ad aliū vitium transferebāt per quē coꝛp⁹ nequaq; duci putabant. Cū enī fugerēt ex impꝛouiso eius coꝛpoꝛi obuiauerūt. ꝛ qz deus multa bona pꝛestat inuitis ambo contra eoꝝ voluntatem cōtinuo sunt curati lz de hoc plurimū restaurenē Alij recipiūt ab ipso officia spiritualia. qz multos peccatoꝛes ad se conuertit. Alij autē beneficia eterna vt illi qui deuote sibi seruiūt q̄bus impetrat gaudia celoꝝ. ad que nos perducat Jesus chriſt⁹ Marie filius i secula benedict⁹.

De sancta Katherina sermo. j.

Regnum tuuz regnum omnium seculoꝝ. ita scribitur ps̄. cxliij. Reges terre consueuerunt habere foꝛtia regna de quibus suos ꝓpellunt inimicos. ꝛ q̄ꝫ foꝛtia sint ꝛ bene munita interdum tamen per hostes debellanē ꝛ lucrantur. ꝛ si non vi tunc cuz cautela. ꝛ hoc figuratū est Dan. v. de rege Balthasar qui habuit regnū babylonie cui⁹ metropolis fuit babylon ciuitas. De qua dicit Hieronymus sup Esa. xiij. q et⁹ muri sedecim milia passuū erāt ab angulo in angulum. ibiq; erat turris triuum milium passuū in altitudine. huius materia fuerunt lateres cocti ex bitumine indissolubili. qz nec igne nec aqua consumi vl̄ dissolui potuit. ꝛ lz tam foꝛtiter fuisset munita est tamen per Titum ꝛ Darium reges persarum capta ꝛ destructa. qz vsi sunt tali cautela. quia Tit⁹ misit Euphratē fluuiū lōge a ciuitate per plures riuos ꝛ alpheum qui fluebat per ciuitatez fecit vadabilem ꝛ per ipsum ingressi sunt hostes sb̄ muronam aliter capi non potuisset. Cū tāti erat muri amplitudo q super eum viginti quadrige simul possent esse vt dicit magister Pe. ī scho. hi sto. Mystice rex celoꝝ chriſtus ꝛ domin⁹ vniuerse creature ꝛ terre habuit foꝛte regnuz beatissimam virginem Katherinam in qua per gratiam suaz quotidie habitabat quēadmodū rex in suo regno glorioso de quo ecclesia magnam p̄dicat gloriam. ſm illud ps̄. Gloriā regni tui dicent ꝛ potentiam tuam loquentez. Ipsa figurata est per regnū babylonie. qz babylon interꝓetatur cōfusio. ipsa autē cōfudit hodie Maxentium regem ꝛ diabolum qui nullo mō ipsaz expugare potuerunt. ita vt de ipsa potest dici illud Judith. xiij. Una mulier fecit ꝙfusionem in domo regis Nabuchodonoſoꝛ. Ipsi enī nec per vim martini nec per calliditatez blandimēti ipsaz capere ualuerunt. ideo predicta verba de ipsa dicūt. In q̄b⁹ a duobus cōmēdat. Primo ab ēterna decoꝛatiōe ibi. regnuz. Secōo ab eterna violatiōe ibi. oīuz regnū seculoꝝ. Circa q̄ notādū. tradunt terrarum descriptoꝛes

Sermo

q terra inhabitabilis varia habet regna que sunt rebus nobilissimis pulcherrime decorata Ñã arabia fm Isidoꝝ. libro. xv. ornaꝫ thure et mirrha ꝛ cinnamomo. Ibi nascit fenix vnica mundi auis ꝛ varia gemmarum multitudo. Aphrica ornaꝫ auro ꝛ argẽto ꝛ fructibꝰ oliuis India fulcitur fructibꝰ vberrimis. qz bis in anno fruges nutrit atqꝫ gignit. ī hoc regno habetur auis psitacus prozie sitich. ꝛ lapides pretiosi. sed tamen pre omnibus regnis est magis illis decorata. Hibernia que est regnum angustum in europa. Hoc inquam regnum est cãpis vberrimũ fontibꝰ et fluminibus irriguum pratis ꝛ siluis amenum ꝛ gẽmiferũ. ibi gignitur lapis iris q̃ soli appositus formar in acie celestẽ arcũ. ibi sunt loca in quibus cadauera mortuorum nũq̃ marcescunt. sed permanent semper ī corrupta. ibi est insula prava in qua boues nõ moriuntur. ſz nimio senio affecti vt moriantur extra insulam deferunt. ibi nullus ẽ serpẽs nec rana nec aranea venenosa. ſz tota terra adeo veneno est contraria vt terra inde delata ꝛ dispersa super serpentes eos perimat. Et si in hiberniam deferantur statim moriunt. Mystice per terram illaꝫ intelligitur illa terra bñdicta ꝛ amena ꝛ delitijs plena quaꝫ desiderauit ps̃. dicens. Portio mea domine sit in terra viuentium. Hec inquã terra gloriosa mlta habet virginea regna. in quibus rex christus ꝛ sponsus in illis tãq̃ mũdissimis habitare delectatur. qz dicit Ricar. ð sancto victore. ab eterno valde familiaris exiſtit ꝛ amicus felicissime virginitatis ipse candor ꝛ puritatis ꝛ castitat]. Naz per regna hic sacras virgines itelligo quibꝰ ratio quasi rex ꝛ anima quasi regina suum populum scz cogitationes ꝛ operatiões bene rexerũt et quo ad deum direxerunt. Hec speciosissima regna sũt pulcherrime decorata auro deuote orationis thure humilitat] mirrha ꝓtinentie ꝛ castitatis cinamomo temperãtie ꝛ charitatis. qz cinamomum est siccum ꝛ caliduz significãs sicitatem in carne per temperantiaz ꝛ feruorem charitatis ī anima. in eis fuit fenix vnica auis christus. Ipse fuerunt decorate auro pietatis. Sed tamen cum omnibus sanctis virginibꝰ decẽtissime ornata ẽ beata Katherina virgo. ipa quidem per regnum hibernium est designata. Recte enim sicut hibernia ẽ spacio terraꝝ angustior sed situ fecũdior. Sic ipsa fuit angusta per veram humilitatẽ. ideo iterpretatur quasi vniuersalis ruina. qz omne edificium diaboli ī ea ruit. Naz ruit edificium superbie per humilitatem quam habuit. carnalis concupiscentia per virginitatem quã conseruauit. Cupiditas mundana in eo q mũdana despexit. ꝛ sic vtiqꝫ fecunda sint in diuina gratia. qz dicit Auicẽna in libro de quattuor diluuijs. in vallibus ꝛ soli tudinibꝰ que profundis diluuijs accidũt vt frequenter. ꝛ ponit cõmentator rationẽ. qz ob cõcauitatem sui ꝛ porositatem valles deserte seu solitudines de nubibus violenter ad se pertrahunt ipas aquas. Sic in vallibus humilitatis in quibus fuit beata Katherina inundatio contigit celestis gratie ꝛ diuine. Teste Augustino q̃ ait. Sicut aqua affluit ante valles sic gratia spiritussancti ad humiles que fecũdat eoꝝ mẽtes. Ih hoc nobilissimo regno beata Katherina est campus vberrimus. ſ. coꝝ mundissimum in quo creuerũt omnia genera frumẽtoꝝ. pro duxit nãqꝫ triticum pure fidei ꝛ crudelitatis non lolium. ppie hederich infidelitatis. qz caniꝫ ð ea. specie corporis decora nimis emicuit sed fide superno sponso placuit. Attulit ordeũ spei ꝛ austeritatis. qz per spem quam a deo habuit valde austera in corpis macerationẽ fuit vt dicere posſit illud ad Cor]. ix. Castigo corpus meum ꝛ in seruitutem redigo. protulit etiã siliginez perfecte charitatis ideo propter has virtutes caniꝫ de ipsa. O mater nostra ter sancta quaterqꝫ beata. Ter sancta. ſ. propter fidẽ spem ꝛ charitatẽ. quaterqꝫ beata. propter quatuor virtutes cardinales. ad hunc campuz benedictum nos sedule ꝓfugere oportet. qz dicit Ysi. in spe. natura. Ipe pestilẽtie charitie hominũ multe aues regales. puta vultures cõueniunt intra campuz. cuius ratio est. Intra planitiem aues naturales quodã instinctu in regionibꝰ quas pestilẽticas ꝛ corruptas sentiũt cadauera mox inquirũt. ꝛ hoc fm Aris. in apparitiõe comete maxie solet euenire. Ita nos in tempore tribulationis refugiũ habeam⁹ ad beatã virginem Katherinã que in omnibꝰ necessitatibus nris celica adiutrix est. Refert venerabilis epus apiarius q̃ quedã in holandrie partibus reliquie beate Katherine in quodaz hospitali celebres habentur quas nũcij hospitalis ad diuersas mundi partes ꝛ ecclesias cõferebãt. accidit aũt quodam tempore ab incarnatione domini. M cc v. vt isti nuncij in via essent ꝛ fluxuz maris obuium venire viderũt ꝛ a fluxu effugere nõ poterãt tunc vn⁹ ꝓfidẽtia plenus cũ capsa vbi reliq̃e erãt fecit circulũ ī arena ꝛ flexis genibꝰ ꝛ lachrymis intra celũ aduocauit vocauit sãcte Katherine mira res venies fluxꝰ circulum circũit eleuauit se mare vt spumas itonuit ad cubitos ascẽdẽdo. xl. ī circulũ aũt factũ gutta aq̃ nõ intrauit. viri aũt nouẽ q̃ interiꝰ erãt expectauerũt quousqꝫ mare recurreret ad suũ cursuz ꝛ tũc exeũtes p totã terrã ī auditũ miraculũ diuulgauerũt. ī isto regno sũt

fontes irrigui gratiarum. Refert plin⁹ in spe. naturali. Quãto aliquis fons magis exhauri tur tanto magis dulcior fieri approbatur. Cu ius ratio est ꝑm Cõstanti. qz quãto aqua recẽ tr⁹ ex terre viscerib⁹ meatus erũpit tanto ma gis dulcescit. Cuz autem fons haustus sedule fuerit aqua recẽs t imputrefacta succedit. Ita in ꝓposito quanto magis gratia Katherine ex suo purissimo corde euacuata exhaustaq; fue rit tãto cuilibet suauior apparebit. ita vt dice re possit illud Cant. vj. Pulchra es amica mea suauis t decora. Ad hunc fontem sue gratie se dule confluere debemus vt nosmetipsos reno uemus t sanemus. Recte sicut facit aquila. si cut dicit Augustin⁹ super ps̃. t Plinius i spe. naturali. q in senectute patit caliginem in ocu lis t grauedinem in pẽnis. ita a natura instrui tur vt fontem aque scaturientis querat quo ci to ascendit in aera quãtum potest donec ex ca loze aeris volat⁹ stomachus incalescit. t sic ex caloze pozis apertis ruit in fontẽ t resumit vi res. Sic quis ẽ inter nos cuius oculi mẽtales nõ caligauerint ex peccato? certe null⁹. sed po test dici ꝺ quolibet illud Genes. xxvij. Senuit Isaac t caligauerunt oculi eius. Isaac iterpze tatur risus t significat peccatorez qui dignus est derisione. ꝑm illud Prouer. j. Ego quoq; i interitu vestro ridebo. sed qui ibet vestrum di cere potest cuz ps̃. Iniquitates mee supergres se sunt caput meum. At quia est fons fugiam⁹ per desiderium ad beatissimaz virginẽ Kathe rinam apud quaz est fons vite t in illo ũmerga mur t sic renouamur. vt quilibet nostruz dicat illud ps̃. Renouabitur vt aquila iuuentus tua Per aquã hui⁹ sanctissimi fontis loti sunt qn quaginta doctissimi oratores purphyrius cuz suis militib⁹ t regina ideo canit nunc de ipsis sanctorum velut a cle iuuent⁹ renouat t florent vt lilia in cõspectu domini. In hac amenissima puella velut fructuoso regno comparãtur deli tiosa t amena q̃ ornãt rose benignitatis t vio le humilitatis ad hec prata transeamus. qz di citur Prouer. xxvij. Aperta sunt prata t appa rent herbe virentes. Sz quid ibi agemus? cer te colligemus rosas benignitatis t mãsuetudi nis. qz ꝑm ps̃. Mansueti autem hereditabunt terram t delectabuntur in multitudine pacis. Colligamus lilia puritat. Ubi enī puritas vt ait Plato i fedrone. ibi t ipa ve diuinitas atq; ea que diuinitatis fuerint adesse probant. Col ligamus rutam castitatis qz ꝑm Dio. de celes. hierach. in pfecta mentis t corporis castitate nũq; aliquis placuit oculis diuinitatis excelse Colligamus igitur violas humilitat. quia vt ait Ricar. de sancto victore. humilitas homi nem deo reconciliauit. orationez in celũ leuat hostes pacificat. homines in ꝑsenti vita t in fu tura erigit t exaltat. In ipsa beata Katherina fuit silua vberrima virtutum arboribus plena ibi ẽ cedrus contẽplatiue vite oliua misericoz die palme victozie cypress⁹ bone fame. Ad hãc siluam pergamus ibiq; ramos virtutũ franga mus. Frangamus igitur ramos cedri contem plationis. qz dicit Plat⁹ in gurgu. Dulcẽ qui dem gerunt memoziam gaudiozum qui cõtem plantur gaudia beatozuz. Frangamus ramos oliue miserationis que necessaria valde ẽ ad sa lutem quia vt ait Damas. ꝓtra errozes greco rum libro. viij. Indignus ẽ misericordia t cle mentia diuina qui non anxiatur. Frãgam⁹ etiã ramos palme victozie. qz sicut beata Katheri na vicit hostes suos mundum carnem t diabo lum ita et nos faciamus. quia dicitur Apoc. ij Qui vicerit non leditur morte scda. t ibidẽ ter tia. Qui vicerit dabo ei sedere mecum. sedere i throno meo. Frangam⁹ deniq; ramos cypres si bone fame. qz melius ẽ nomẽ bonum. i. fama bona q̃ diuitie multe. Prouer. xxij. Illud re gale regnũ beata Katherina multas in se gem mas virtuosas produxit ita vt de ipsa canitur Virgo sancta Katherina grecie gemma. Pro tulit enim gemmaz que dicitur crystallus. que inquã ꝑm Isidoz libro. xvj. est clara pura t p spicua luminis receptiua t significat claritatẽ sanctozum angelozum quã in se habuit Kathe rina. quia thesaurũ virginalis puritatis excel lentius angelis custodiuit. Naz angeli purita tem habent a natura. beatissima autem Kathe rina voluntate libera. Ideo dicit Ambrosius in libro de virginitate. Supergreditur virgini tas conditionem humane nature maioz est vir ginitas hominum q̃ angelozuz. hoies enim in carne viuunt angeli autem sine carne triũphãt Protulit beata Katherina gemmam adaman tem qui secretum reuelat. Dicit Dio. adamas si ponitur a marito sub capite mulier] poterit scire si casta vel adultera sit. Si enī casta fue rit vxor virum amplectitur dormiendo. Si au tem adultera ab eo resilijt t ꝺ lecto cito cadit. Iste lapis significat cognitionem sanctoz. p phetarum que fuit in beata Katherina qz tã q̃ prophetissa regine t vxoris Maxentij predixit q̃ corona martyrij esset coronanda t ad deum ita transmigrãda. ideo de ipa potest dici illud Esa. xlix. Prophetaz in gentibus dedi te. sup quibus dicit episcopus Maximus in sermo ne tali. Prophetandi prefagium t fiducia pre dicãdi attribui. p te ppbe officia t mee dispẽ sationis ad illos preferre constitui. Ipsa qui dem carbunculum produxit ꝑm q̃ canit. Aue

Sermo

gemma claritatis ad instar carbũculi. gemma illa ꝑm naturales lucet in nocte ⁊ in tenebris ⁊ ꝑ omnibus gẽmis pꝛecioſiſſima ⁊ ſignificat fidem electoꝝ apoſtoloꝝ que et perfecta fuit in beata Katherina quia fides ſua luxit i tenebꝛis infidelium. adeo vt multos infideles luce perfectiſſime fidei vere illuſtraret ita vt de ipa dicatur illud Iſa. xlix. Dedi te in lucẽ gentiuꝝ ⁊ hec fides inter omnes virtutes fuit in ea pꝛecioſiſſima. qꝛ ꝑm apoſtoluꝝ ad Hebꝛ. xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Hec nobilis virgo genuit in ſe gemmã nomine abeſton que ꝑm Solin. in libꝛo de mirabilibus mundi. eſt ferrei coloꝛis. ⁊ cuꝝ ſemel accenſa fuerit extingui nõ põt ſed continue manet ardens ⁊ ſignificat cõſtantiam martyꝝ quaꝝ habuit iſta vgo pꝛecioſa que ardenter ⁊ conſtanter martyꝝiũ ſitiuit. ꝑm illud quod canitur. Martyꝝiũ ſitiẽs libamina ceſaris hoꝛrens. ⁊ hec conſtantia non potuit ab ipſa per paſſiones neqꝫ minas exterminari. qꝛ fuit ſibi impꝛeſſum per ſponſum ſuũ chꝛiſtum qui eam confoꝛtãs ait. Conſtãs eſto filia ego tecum ſum nil paueas. Tenuit inſup gemmam magnetem beata Katherina. hec gẽma ꝑm diaſco. habet virtutem gratificatiuã ⁊ reconciliationis. qꝛ reconciliat maritos vxoꝛibus. Habet etiaꝫ virtutem gratificatiuã. quia auget gratiã ⁊ pulchꝛitudinẽ ⁊ ſignificat abſtinentiam confeſſoꝝ que beata Katherina habuit. qꝛ duodecim dieb⁹ ſine cibo ⁊ potu a tyꝛanno i carcere eſt dimiſſa. ⁊ hec virtus ipſam cum chꝛiſto reconciliauit ⁊ ſociauit. qꝛ ei i carcere apparuit ⁊ dulciter confoꝛtauit gratiã ei auxit ⁊ pulchꝛitudinẽ perditam ei redonauit.

D nec mirum. qꝛ dicit Euſebius in ꝑmone. Abſtinentia deum omnipotentem allicit ad ſuſcipiẽ dũ roꝛe celeſtꝭ gꝛe. abilem efficit. vitia abijcit dꝛaconeſqꝫ expellit. pduxit etiam hoc benedictum regnuꝫ ſapphyꝛũ que gemma ẽ amatrix caſtitatis. ⁊ ne affect⁹ eius per imundiciã poꝛtantis impediatur opoꝛtet poꝛtantem caſte viuere vt dicũt oẽs naturales. vnde verſus. Si quis geſtans eaꝫ caſtiſſimus eſſe nitetur. et ſignificat caſtitatem virginum quam habuit virgo beata Katherina que in duobus ſignis eſt oſtẽſa. Primũ qꝛ in decollatiõe ſua lac ꝑ ſanguine manauit in ſignum nitoꝛis caſtitatis ſingulariter pꝛo excluſione omnis carnalis cõcupiſcentie que eſt ex ſanguine. Secunduꝫ q coꝛpus ſanctiſſimuꝫ angelicis manibus voluit ſe peliri in ſignum q indignuꝫ eſſet illud coꝛpus humanis manibus contractari quod ob omni ꝓtactu humane contagionis fuit alienum. In beata Katherina tanq̃ i mũdiſſimo regno nullus fuit ſerpẽs deceptionis. nulla rana cupiditatis nec aliquod venenũ iniquitatis. ſic q potuit dicere illud Pꝛouer. xx. Mundus eſt coꝛmeuꝫ purus ſum a peccato. Ad hoc regnũ gloꝛioſum omnes debemus pꝛoperare qꝛ pꝛudẽs negociatoꝛ diligẽter inqꝛit vbi ſunt illa regna in quibus inueniuntur multa neceſſaria ad ſua mercimonia. Si quis voluerit viſitare aliqꝺ regnum vt regnum vngarie francie polonie interꝛogat vtiqꝫ an ibi ſint cãpi vberes fonteſqꝫ ſalubꝛes vt mediantibus fructib⁹ ſe poſſit i vita ſuſtentare ibidem ⁊ in ſanitate ꝓſeruare. Si autem in aliquo regno eſſet tale pꝛerogatiuum vt homines in eo nõ moꝛerẽtur. eſtimo q omnes homines ad illud regnum ambularent cũ ꝑm venerabilem Boetium libꝛo. iij. pꝛoſa. xj.

Omne animal vitaꝫ tueri deſiderat moꝛtemqꝫ parniciоſam deuitat. In pꝛeſenti qꝺez vita poſiti ſum⁹ peccatoꝛes et venale qꝺ habetur ꝑm Auguſtinuꝫ eſt regnum celeſte. Ideo pꝛopere mus aut tranſeamus ad beatam virginem Katherinam. qꝛ in ea inuenimus criſtalluꝫ purita tis carbuuculum fidei ⁊ ſic de alijs. Quib⁹ habitis habitabimus in celis ꝑm illud Matth. v

Beati mundo coꝛde quoniã ipſi deũ videbunt in eo omne frumentoꝝ inuenitur triticum fi dei ooꝛdeum ſpei. Siligo dilectiõis quibus animа noſtra ſuſtentatur ⁊ ſana cõſeruatur. Et ꝑ ꝺ alijs omnibus dedit deus ei tale pꝛiuilegiũ q quicũqꝫ in ea per deuotioneꝫ habitat nec moꝛte turpiſſima tempoꝛali nec eterna pꝛeiudicium ſentiat eternã habeat. quod pꝛobat Peranenſis in libꝛo geſtoꝝ nobiliũ. quidam antiſtes mediolanenſis Sabinus nomine poſt dei genitricem beatam Katherinam in ꝑcipua deuotiõe habuit. qꝛ hanc ab infantia in ſpõſam elegerat ⁊ ceteris virginibus pꝛeferebat. hic cum vltra mare nauigaret cũ abbate Theodozico ꝺ mõte caſſino ⁊ duobus capellanis ſex militib⁹ et famulis tridenis et ſepulcꝝ dominі viſitaſſent montem ſinai adierunt ad tumuluꝫ ſancte Katherine. Et ecce dux turcoꝝ feroꝝ hoſtis chriſtianoꝝ a ſoldano rediens cuꝝ multis armatis epiſcopum in montis pede obuium habuit cui⁹ comitiuaꝫ moꝝ vt vidit atrociter peremit dicens. Sicut feci capitib⁹ ſic ⁊ membꝛis facã pꝛeſul ⁊ abbas hoc videntes ducẽ rogauerũt dicentes. Liceat nobis montẽ aſcẽdere ⁊ pꝛ⁹ tumbam glozioſe vginis Katherine viſitare et videre. deinde quid tibi placuerit ſuſtinebim⁹ libẽter. Et ille inqꝺ. Neceſſe eſt vt iſta vice me ⁊ non vꝛa volũtas impleaꝫ. ⁊ pꝛecepit feſtim vt lingua oculis auribus manibus narib⁹ ⁊ pedibus ꝓuarentur ⁊ mẽbꝛa iuſſit vt igne cremarentur ⁊ vt ſic ſemiuiui in montem veherent dicẽs. Videbo quid valet ſepulcri hui⁹ viſitatio

ꝛ adiecit. cū nobis mēbꝛa renaſcerentur qđ im=
poſſibile eſt fidei veſtre adherebo. Cunqꝫ illi ad
tumbam veniſſent abbas expirauit. Epus aūt ſi
cut poruit pꝛeces fudit. Et ecce circa noctis me=
dium mons totus ꝓtremuit. tantuſqꝫ pauoꝛ du=
cem inuaſit vt inde fugere vellent nec potuerunt
Deinde ꝑ triū hoꝛarū ſpaciū tanta luminis ra=
diantia ibi ſplenduit vt non ſolum ibi vicini ſed
etiam ſaraceni ī remotis locis ꝓſtituti hoꝛa ea=
dem vigilantes diez clarū crediderūt foꝛe factū
ſinai montē in ſolem conuerſum eſtimabant.
Interea beata Katherina de tumulo pꝛoceſſit ꝛ
triſte caput amatoꝛis ſui tactu blando ꝓmulcēs
pꝛimo oculos. aures. naſum ꝛ cetera mēbꝛa per
ungens pꝛiſtine reſtituit ſanitati. Ille autem glo
riоſam virginem cernens. ꝛ pulchꝛitudinem ei⁹
ferre non potens ad pedes eius cecidit. At illa
pꝛecipiēte duo pulchꝛi iuuenes qui iuxta eū ſta=
bant eum de terra leuauerunt. Cui Katherina
ait. Scire debes michare q amatoꝛ meus ſpon
ſus chriſt⁹ Jeſus hic ꝛ in futuro te ꝛ oēs hono=
rantes me. ꝓpter me paratus eſt honoꝛare. Et
quia perdidiſti ꝓpter me linguam tuam ſoluz
in pꝛopꝛio ideomate expeditaz. ecce accōmoda
ui tibi linguam meam in greco ꝛ latino peritiſſi=
mam. ꝛ animas oīs familie tue in ſinū Abꝛae no
ueris receptas. Facto igiē die cum miſſarū ſolen
nia celebꝛaueris lecto euangelio ſingula mēbꝛa
abbatis oleo quod ſudat de tumulo meo perun
gas ſic ſuſcitabitur. ꝛ anteq̄ diuinum officiū cō=
pleas ad ſtatum pꝛiſtinum reformabitur. His di
ctis virgo ſancta Katherina dexteram pontifi=
cis appꝛehendens dans ei anulū pꝛecioſiſſimum
ꝛ chartulam aureis lr̄is exaratam diſparuit. ſz
maxima odoꝛis fragrantia ibi remanſit. Chartu
la aūt tres lineas verboꝛuz habebat. Pꝛima ſa
bine. hec verba ſint inter me ꝛ te ſigna dilectio=
nis perpetue. Secunda fecit tibi meritum ingēs
doloꝛ faciat tibi gaudiū ingēs amoꝛ. Tertia du
cem baptizabis. ſan⁹ ad ꝓpꝛia remeabis. Dicqꝫ
decennio completo eris laudabiliter mecum in
celi palatio. Ille autem immenſas gratias deo
reddidit. Facto igitur mane dux montem aſcen
dit ꝛ cum epiſcopum ad altre pꝛocedentem vi=
graliter reſpiceret obſtupuit. Tūc lecto euāge=
lio pꝛeſente duce abbatis membꝛa epiſcopus in
medio erat poſitus perunxit per ordinez. ꝛ ecce
omnibus videntibus viuus apparuit. ſicqꝫ mē=
bꝛis paulatim renaſcentibus anteq̄ diuinum of
ficium compleuit perfecte eſt ſanatus. Ipſo mi=
raculo dux lachꝛymis perfunditur. coꝛde com=
pungitur. fidem amplectit̄. ꝛ cum multis nobili=
bus perfecte credentibus ab epiſcopo baptiza=
tus. hic cū beredibus careret ſeculo abꝛenūcia=
uit. terram ſuam vendidit ꝛ bonam poꝛtionem
fratribus in monte ſinai degētibus dedit. ꝛ Ro=
mam cum epiſcopo ꝛ abbate ꝛ multis alijs cau
ſa deuotionis venit multa auri pondera ſecū de
ferens tribuit pauperibus. Demum ad conſiliū
abbatis ꝛ ſancti Sabini monaſterium virginuz
quod dicitur aula dei in honoꝛe ſancte Katheri
ne fundauit. quod ꝛ multis poſſeſſionib⁹ dota=
uit ꝛ diuitijs ampliauit. Poſtremo idem dux in
monte caſſino monachalem ſuſcepit habitum.
ibiq̄ chriſto regi ſueq̄ matri ꝛ beate Katherine
quādiu vixit deuote ſeruiuit. Sanctus vero Sa
binus poſt decenniū cum ad extremam hoꝛā ve
niſſet dignum deo ſpiritū exalauit. ſic q̄ lingua
eius minime appareret. nulli dubium quin bea=
ta Katherina eam tulit que ſuo domino deuote
eam commendauit. In huius glorioſi miraculi
memoꝛiam anul⁹ ꝛ chartula apud Mediolanū
vſq̄ hodie ſeruant̄. Quo quidem anulo btā Ka=
therina virgo dignetur nos ſignare vt ptícipes
efficiamur regni celeſtis quod null⁹ pꝛeſtare ha
bet niſi pater ꝛ filius vna cū ſua genitrice ꝛ ſpūſ=
ſanctus qui eſt idē cū patre benedictus in ſecula
ſeculoꝛū Amen.

Finit pars de ſanctis.

Tabula

Abstinẽtia quã vtilis sit corpori ꝛ aie. sermo .68. D.
Abstinentie iterũ vtilitas. 73. E.
Abstinentia quid faciat. 121. D.
Adulteriũ ꝙ malũ sit. 91. B.
Adamantis magna virtus. 65 E.
Agatha virgo angelis compar. 34 B.
Alabastri, pprietas. 84 A.
Alexandri magni astutia. 9 C. Idẽ ad celũ volu it valare ꝛ quõ. 17 A.
Allexius compatur isopo ꝛ thuri ꝛ eius sanctitas multũ cõmendar. 68. B C E.
Amoris diuina natura. 81. B.
Amatores mundi quõ decipiant amatrices suas. 28 B.
Amãs lasciuo amore odit se reprehendentẽ. 91 A
Amatores pretiosissimis rebus compant suas dilectas. 92. D.
Andreas cõmendat et est timendus. quia vindicatiuus. 1 A B D.
Agnes virgo compar lilio. 28. C. 29. B.
Angeli multas pprietates habẽt. 34. C.
Angelus Gabriel ꝙ reuerenter salutauit virginem. 44. I.
Angeli assimilant stellis. 104 A.
Angeli manibus suis portabũt te quõ intelliga tur. 104 C.
Angeli instar militũ seruiũt regi celesti. 105 B.
Angeli seruiunt nobis in quinq;. 105 D.
Angeli intercedunt pro nobis exemplũ. 105 E.
Angeli orõnes nr̃as deo offerũt. 105 F.
Anima negligens hic penitere quantũ in purgatorio penitebit. 118 B.
Aie i purgatorio vtq; purgent p demões. 90 F.
Anima hois auicule assimilant. 109 B.
Anime in purgatorio vindictã petẽt, p se nõ orãtibus. 108 C.
Aie hoim columbis assimilant. 105 G.
Anima hominis ꝙ pciosa sit in ꝓspectu domini. 70 C.
Animaliũ natura diuersa. 72 B.
Animalia omnia in vere ꝓiunguntur. ꝛ quare. 10 A.
Apostoli compant colũnis spũalib⁹. 2 C.
Aplor̃ diuisio p vniuersaz terrã. 66 C.
Apli dicunt pncipes mũdi. 46 D.
Aplorũ electio figurat. 67 A.
Apostoli sunt electi a christo multiplici de causa. ibidem. B.
Apli colũbis ꝛ telis compant ibidem. C.
Appolonia vgo compatur cedro. 37 C.
Apũ rex ꝛ natura eius. 3 A.
Apib⁹ designant vgines rõne castitatis. 65 B.
Apum natura. 87 A.
Aqua significat martyriũ. 2 F.
Aquile natura. 6 A 8 A. 20 A. 21 A B F. 28 A 72 B 66 A.
Arbores vbi debeant plantari. 2 E.
Arbor. 24 B.
Arborũ, pprietas. 72 A.
Arguẽs criminosos incurrit odiũ. 90 C.
Arthemesie herbe natura. 5 D.
Articulos fidei tenent laici scire. 13 F.
Articulos fidei apostoli cõposuerũt. 67 E.
Aues alique diligunt lucem. alique noctem. et quare. 18 B.
Augustinus excellit omnes doctores ecclesie. 88 B.
Augustinus soli compar. ceteri autez doctores stellis. 88 D.
Augustinus quibusdam romipetis apparuit et eos sanauit. 88 F.
Augustinus disputauit a cedro vsq; ad isopum et quid hoc sit. 88 G.

b
Babylõ cuiusmodi muros hũerit. 121 A
Balsam⁹ vbi crescit et quib⁹ custodit. /61 A.
Barbara cõmendat multipliciter. 3. ꝛ 4 per totum.
Barbare seruire ꝙ fructuosum sit. 3 D.
Barbara xp̃s multa plãtauit. 3 G H I.
Barbara assimilat angelis. 5 F.
Bartholomei vita ꝛ ꝙuersio siue origo. 80 C.
Bartholomei feruens p̃dicatio ibidẽ D.
Basiliſco ꝛ aspide qd intelligat. 105 H.
Beatorũ gaudiũ ꝙ delectabile sit. 77 G.
Beatiores sunt credẽtes in christũ q̃ eũ nõ viderũt ꝙ qui eũ viderũt. 13 C.
Benedicte herbe natura. 62 C.
Bñficia plura habere periculosum ẽ. 6 D.
Bñficia septẽ cõfert deus homini. 22 G.
Bñficia a deo nobis data iugiter memorari debemus. 74 B.
Beneficijs ꝙ grati esse debemus ostenditur exemplo. 83 A.
Benigni sunt sub benignis planetis nati. 114 A.
Boni et mali habent angelos custodes sui. 104 B.
Bona temporalia si pauperibus dant crescũt. si non crescũt. 80 D.
Bona temporalia spernenda sunt exemplo antiquorũ. ibidem D.

c
Calix duplex. 72 F.
Candele quare portantur in festo purificationis. 32 D.
Canis natura. 40 D.
Capre natura. 71 D.
Carbunculi natura. 10 D.

Cardinales quot numero esse debent.38 D.
Castrozũ natura.2 B.
Castrare animalia q̃ vtile sit.24 D.
Castitatem pauci amant.64 D.
Cedrus multas virtutes habet.37 B.
Celebrare an quotidie liceat.50 E.
Cena eterna q̃ delectabilis sit.77 I.
Cerui natura.72 H.
Certamine multa requirunt.48 F.
Ceti ⁊ cocodrilli pugnam.31 A.
Cibum naturalem sumere ꝓpter necessitatem oportet.45 E.
Circũcidi voluit christꝰ octauo die pueros iudeozũ.30 B.
Circũcisio q̃re fiebat cultro lapideo ibidẽ C.
Circũcisio est necessaria ⁊ spũaliter debemꝰ circũcidi.30 D E.
Ciconie natura ibidem E.
Cigni natura.17 B.
Cinctozium quo lumbos nostros precingimus duplex est.89 D.
Cinnamomũ q̃d sit ⁊ ipsi Maria sibi.95 I.
Columbe ꝓprietas.33 B.18 B.
Cõceptio btẽ v̄ginis ꝑm mẽtem quozundã sanctozum ostendit.9 ꝓ totum.
Conceptionis modus ibidem.
Cõceptionis festũ celebrãtibus q̃s fructus conferat.9 D E F H.
Conceptã esse virginẽ sine pctõ oziginali ꝓbat ꝓ plura.10 B I.
Conceptionis omnimoda puritas impugnat.⁊ q̃ tenendũ sit.10 K L.
Conceptam esse virginem in oziginali probat.11 D.
Confessozes quam beatitudinem meruerint.et quam virgines.96. F.
Consortia mala fugienda sunt.23 M.
Contentionis inter discipulos christi ozte oziginalem.87 D.
Coturnices solite sunt cũ accipitribus pugnare.105 C.
Conuiuia raro fiunt sine peccatis.91 I.
Cozpus mulieris est ignis.93 B.
Cozonam quã vidit Johannes cum duodecim stellis.19 E.
Coz hominis intoxicati comburi non potest. 81. A.
Cozuus animal dolosum est.13 B.⁊.14 A.
Chrysis lapis cuius nature sit.88 A.
Crux christi significat ꝓ arbozẽ quẽ Nabuchodonosoz vidit.51. A.
Crux xp̃i habet quattuoz virtutes ibidẽ B.⁊ significat ꝓ arcam A.
Crucis signatio precedat in omni homis actione.51 D.
Crucis christi memozia omnia leuia facit.ibidem.E.
Crucis arboz vnde venerit ⁊ quomodo inuenta sit.51 H.

Quid figurat christũ.35 C.
Defectus triplex.71 G.
Democritus vt liberius studio vacaret iussit sibi oculos eruere.18 H.
Deus duplici motu mouetur.s. miserationis et punitionis.25 K.
Deus in templo est adozandus.exemplus de rege Alexandro.103 C.
Dextra ⁊ sinistra q̃d significẽt.72 C.
Diabolus ꝓ buffonẽ significat.44 A.
Diabolus capit nos peccato instar aranee muscas capientis.91 E.
Diabolꝰ apparuit honeste mulieri in forma epi 107 I.
Diẽ natalis nostre nõ celebremus.91 G.
Dilectionis ordinem ostendunt nobis grues in eozum volatu.39 A.
Discipuli christi tristabant nec audire poterant q̃n christꝰ eis de morte sua predicauit.50 C.
Discordant mali semp ⁊ raro boni.82 C.
Doctozũ scientia a solo deo est.56 D.
Doctozes dicunt lumina ecclesie.60 B.
Domini boni habent bonos famulos ⁊ mali malos.23 I.
Domus spiritualis ẽ duplex.⁊ quid quelibet sit 103 F.
Domini terreni solent habere magnum famulatum.115 B.
Dozothea virgo per flozem campi significatur. 35 B.
Dozotheam quinq̃ claram reddũt. Ipsa deniq̃ lilioconuallium comparatur ⁊ solsequio ibidem. D F H.
Dozothea adiutrix peccatozum est ipsam inuocantium.36 ⁊ 37.

Ecclesia significat ꝓ firmamentũ vel celum stellatum.60 B.
Ecclesia militans frequenter significatur ꝓ regnum celozũ.4 C.
Eccl'ia militãs suos hz ⁊ habuit milites.77 A.
Ecclesia dei debet seruari mũda.103 B.
Eccl'ia mater spũalis plꝰ dat suis filijs q̃ carnal' 118 A.
Elemosynã libenter debemus dare. 51 I ⁊ 114 E.
Elephãt' natura.7. A.12. A.44. A ⁊.75 C.
Elephas quõ captiuat.75 C.
Elysabet vñ scuit Mariã esse grauidã dicẽs.bñ dictus fructus ventris tui.63 E.

Epłie festo xps fecit tria miracula.26 B.
Episcopi aut presbyteri officium q difficile sit. 89 f.
Epi habent tria mandata.120 D.
Equi quomodo cognoscuntur esse sine defectu. 14 D.
Error turbat intellectum hois vt nō cognoscat que dei sunt.88 C.
Euāgeliū Johis cōmendaī.21 E.
Eucharistie sacrm qre institutū sit.54 B.
Eucharistie sacrm quare in vltima cena institutum sit.45 C.
Eucharistie sacrm sumere omnes monemur.ibi bem.D.
Eucharistie an qs possit se indignuz iudicare. ibidem.f G.
Eucharistie sacrm ab omnib⁹ sumendū est reuerenter.45 D.
Eucharistie sacrm digne z indigne sumentes. 45.per totū.
Eucharistiam in peccato mortali sumens grauiter peccat ibidem.K.
Eucharistia anteq sumī qualis dolor requiraī ibidem.D.
Eucharistia sub vtraq specie totus continetur christus.54 C.
Eucharistia nō debet cōmunicare laicꝰ sub vtra q specie.ibidem.E.
Existentibus in purgatorio subuenire tenemur ppter quattuor.117 D.

FAbianus papa in.v.cōmēdaī.27 B
Fama est conseruāda cū summa diligentia.2 D.
Famulatus xpi dinumerari nō pōt.95 C.
Febres quō caueanī.45 A.
Femie qre tardi⁹ formanī i vtero q masculi.32 C.
Feniculi natura.5 C.
Festa stephani martyris Joh.euāge.z innocentum celebranī inter nat iuitatis xpi festa.19 D.
Fides an sit de visis.13 D.
Fideles p mittue ecclie q deuote vixerīt.38 E.
Filij ingenio z moribus ornati multum p alijs a parentibus diliguntur.52 A.
Fiole sunt primi flores.23 C.
Fiola quid significaī ibidem.
Fiolis optima medicinalia pficiunī ibidē.A.
Fontes irrigui sedule exhausti recētiores z dulciores erunt.121 C.
Flores vinee fugant serpentes.112 D.
Fraudulenti hoies assiliī vulpi.90 A.

GAllus vñ habet q distinguit horas noctis z diei.38 A z 96 f.
Galand rij natura.z est auis quedā z quid significat.81 B C.
Gaudent angeli z tristanī demones cuz bñ operamur.104 D.
Georgi⁹ martyr i mltis cōmendaī.48 p totū.
Georgi⁹ dicīt pcipu⁹ inī martyres.49 B.
Georgi⁹ fuit silis xpo in qbusdā opib⁹ z vtutib⁹ ibidem.C D E.
Gloria triplex.77 B.
Gloriari in potentia.in diuitijs.in exteriori vestitu q piculosum sit ibidem.C D E.
Gloriari in interiori scientia que requiruī ad hoc vt quis possit.77 f.
Gregori⁹ papa cōmendaī pcipue in humilitate. 40 C.
Grego.inī.iiij.ecclie doctores ē vltim⁹.41 C.
Gregori⁹ q inuite assumpsit regimen animaruz ibidem.D.

HAbitacla diuersificāī fm merita morientiū.90 E.
Herodes illusus a magis qre iratus est.22 K.
Herodes miserabiliter obijt ibidem p.
Herodes qre vocauit magos occlte ad se.25 f
Herodis noie noiati fuerūt tres.26 C.
Herode qliter ois hierlima turbaī.26 f.
Herodes maluit perire q correctioni Johānis obedire.91 D.
Hō dicīt arbor euersa.2 A z 44 E.
Hō multis signis ostendīt esse animal māsuetuz 57 B.
Homo in statu innocentie multis progatiuis dotatus fuit.44 f.
Hominis reparatio ibidem.D.
Hoies incasti aialib⁹ incastis silanī.89 C.
Homo similaī arbori.103 D.
Hō assimilaī pauoni.90 A.
Hō vñ format⁹ z q vilis sit.110 B.
Hoies similantur auibus die non volantibus. 106 A.
Hō pctōr arbori infructuose cōpaī.76 B.
Hō p se cadit in peccatū.sed nō potest p se resurgere ibidem.C.
Hoies velocit debēt currere viā mādatoꝝ dei.
Honor affect⁹ reph̄ēsibīl ē i mlti.72 D.(77 f
Honore nullus est dign⁹ nisi vtuosus. 95 C.
Humilitas triplex.39 E.
Humilitas va quō cognoscitur.40 A.
Humiliare quō nos debem⁹.64 C.
Humilitas preferī virginitati.112 f.
Humilitate angeli boni pstiterūt.116 C.

IAcobus maior suis pegrinis subuenit.72 C E.z 73 D.
Jeiunare dñt hoies feria sexta,ppter memoriā passiōis xpi z de ei⁹ vtilitate.6 E.
Jeronim⁹ fuit amar⁹ corrector simonie.107 f
Jeronimi imago fugat demōes.107 E.

Iherosolomite ꝙ difficiles fuerũt ad credendũ 18 H.
Johannes baptista compar turturi, ppter suam castitatem. 55 B.
Johannes baptista in se continet vtutes omniũ sanctoꝝ. ibidem. L.
Johannes baptista dicit lucifer ibidem. D.
Joꝫis natiuitas multũ gaudiosa fuit ibidem. E
Johannes ꝓcessit christum sicut lucerna magnũ dominum. 56 B.
Johannes quare dicatur lucerna. ibidẽ. L.
Johannes assimilatur carbunculo ibidem. E.
Johannes compatur berillo. 57 L.
Johannes baptista sup omnes sanctos est honorandus. ibidem F.
Johannis baptiste exultatio in vtero qualis fuit. 63 D.
Johannes baptista quãti meriti fuerit. 90. L.
Johannes euangelista multũ fuit dilectꝰ a christo. 20. B L.
Johannes euangelista an sit vere mortuus ⁊ cũ corpore ⁊ anima assumptus ibidem. D.
Johannes euangelista similatur aquile. 21. L.
Johanni euãgeliste christus plures ꝓgatiuas ostendit. 52 D.
Josue figuram christi tenet in multis. 66 A.
Joseph ꝙ glorioſus fuerit. 2. H.
Judicij extremi quedam assignatio. 4. E.
Justicia in duobus consistit. 102. E.
Infirmi triplices sunt. 100. L.
Infirmitates varie varijs remedijs curantur. 89. A.
Infirmi signa. 13. A F.
Infirmi in nocte plus grauantur ꝙ in die. 16. D
⁊ 33. A.
Innocentes cum occiderẽtur quot annoꝝ erãt. 22. M.
Innocentiũ matres quid occisoribꝰ responderũt ibidem. N.
Innocentes fiolis compantur. 23. L.
Innocentes instruunt nos fugere. vij. capitalia 23. F.
Innocentes sunt multum honorandi. ibidẽ. D.
Jurgia semp inter supbos sunt. 87. B.

Laborare debemꝰ in bonis operibus hic. 67. F H.
Lacertula animal quoddam est ⁊ natura eius. 22. B.
Lachryme contritionis vnde causentur. 71. D. ⁊ 61. H.
Lampadem ornatam tria faciunt. 4. F.
Laruis se ornare in carnispriuio nõ licz. 24 K.
Laudare sanctos conueniens est. in prologo sermonum de sanctis.
Laurentius quare nõ sensit ignem in craticula positus. 78. B.
Laurentius rubo comparat ⁊ quale in tormentis solaciũ sibi fuerit. ibidem. L E. ⁊ 80. H.
Laurentius multos sanctos ⁊ martyres precellit. 79. D.
Laurentius in vita sibi seruientes fideliter in fine iuuat. ibidem. E.
Laurentius auro compar. 81. L.
Leonis natura ⁊ cuncta substantia eius seruit i medicinis. 19. A.
Leo est rex animaliũ quadrupedum. 102. B.
Liliũ in specie alijs floribus pulchriꝰ est. 29. D
Locuste qd sint ⁊ vnde generent. 90. D.
Lucia virgo a luce dicit ⁊ merito. 12. B.
Lucerne ardentes quid sint. 89. E.
Lumen intellectus sepe in vobis extinguitur. 115. H.
Luna multas ppietates habet. 41. B.
Luna quid significet in cõmuni ⁊ eius ppietates. 98. A.
Luna respicienda est a medicis cum dant medinas. 92. A.
Lupi naturam. 22. L. 30. A. ⁊. 75. A B.
Luxuria multa mala infert homini. 23. F.
Luxuriosus assimilatur apro. 91. A.
Luxuria quid eam exercenti ꝓferat. 107 H.
Luxuria a iuuenibus exercitata comitat eos in senium. 60. F.

Magi qua vtute tracti sint ad querendum christum. 25. D.
Magi quõ tam a remotis in breui tẽpore ad christũ venerunt. 25. E.
Magus quidam penitẽs codices artis magice combussit. 107. F.
Magorum erga christum infantem deuotio. 25. L.
Magi diuersarũ, puintiarũ fuerũt quisq; tñ habuit speciale signũ, puocatiuũ ad querendũ christum. 20. B D.
Magi quare hierusalem intrauerint ⁊ ibidẽ stellam pdiderint ⁊ quilibet eorũ tria munera obtulerit ⁊ christum ita deuote adorauerit. ibidem. E S D J.
Malicia mulieris patet. 40. H.
Malorũ sacerdotum ⁊ monachorũ increpatio. 106. L.
Maria dicit ortus delitiarum. 3. L.
Maria dicit pulcherrimũ triclinium requietionis christi. 9. A.
Marie deuote seruire multũ valet. ibidem. E.
Maria a tota trinitate electa est vt eẽt mr christi. 10. L. ⁊. 11. B.
Maria ꝙ ornata domus fuerit. Itẽ ipsa a morte liberat. ibidem. D E.
Maria dicit tabernaculum. 11. E F.

Maria gaudebat valde in natiuitate christi. 17.D.
Maria christum multis coronauit coronis. ibidem.F.
Maria concepit sine virili semine & probat. ibidem.H.
Maria viridarium christi quib⁹ arboribus & animalibus sit ornatum.92.B L.
Maria sil'atur arbori prato & nemori.92.D.
Maria recte stelle maris assil'atur.93.A.
Martyres quã beatitudinẽ meruerint.116.F.
Maria quare voluit purgari.32.D.
Maria per columbã significat.33.B. & ei⁹ progatiue.ibidem.L.
Maria sanctificata est in vtero.33.D.
Maria pulchrũ colloquiũ habuit in annũciatione Gabrieli.42.F.
Maria significata per arcã noe.43.L.& p totũ sermonẽ de gaudiosa annunciatione ei⁹.
Maria p vellus gedeonis significat.44.L.
Maria p lunam significat.62.B.&.62.L.
Maria q̃ pulchra dicat.62.E.
Maria.xij. priuilegia habuit significata p coronam.xij.stellarum.ibidem.F.
Marie exẽplo humiliare nos debem⁹ & de gaudio eius dum Alysabeth visitaret.63.L F.
Marie in assumptione que fuerint. 84.G.& 92.B.
Maria quibus virtutibus floxuit.et qua etate obijt.ibidem.D E.
Maria an corpore & anima assumpta sit. ibidez F.&.44.F.
Maria cedro compatur.82.G.
Marie nomen fugat demonem.ibidem.H.
Maria significatur per arborem quã vidit. Nabuchodonosor.83.B.
Maria quare in scriptura dicat mulier.ibidem. D.& de eius.vij.prerogatiuis.ibidem.E.
Maria,ppter puritatem cigno comparat ibidẽ. G.
Maria sollicita fuit in opib⁹ misericordie & quõ optimam partem elegit ibidem.H J.
Maria multipliciter refrigerat iram dei sup peccatores extentam.8 4.L.
Maria sine intermissione pro peccatoribus exorat.82.L.
Maria omnes virtutum fruct⁹ in se habet.& arce comparatur.ibidem.D.E.
Marie absente auxilio nemo saluatur.ibidem. F.&.92.E F.
Maria ante q̃ nata erat sola iusticia circa nos fuit licet parua sine misericordia .ibidem. G H.
Maria q̃ pulchre ornata est in sua natiuitate. 94.A.
Marie seruientes raro aut vix damnantur. 94.L.
Maria columnis septem sustentata fuit quibus illis columnis significetur.ibidem.D.
Marie natiuitas miraculosa fuit.95.A.
Maria an sit concepta in originali.ibidem.D.
Margaretha multipliciter cõmendat & lapidi p cioso & apibus compatur.68.A B.
Margarite natura & vnde nascat.10.G H.
Maria magdalena an vtgo fuerit & q̃ amare penitiuit.62.B L.F.
Marie magdalene status ante conuersionẽ miserabilis fuit.70.B.
Marie magdalene amor ad christum maximus fuit.ibidem.F.
Maria magdalena multas peccandi occasiões habuit. Ipsa p̃ciosa fercula ad edes pharisei vbi christus erat portauit.71.B E F.
Matthias quomodo elect⁹ sit a christo & q̃ multipliciter commendatur.39.B D.
Medici spũales & corporales amandi sunt.71. B.
Mel siluestre quid sit.90.D.
Mercurius cuiusmodi influentie sit.119.D.
Mereri an quis possit de condigno vitam eternam.50.F.
Milites terreni quare fortiter p christo pugnare debent.27.A.
Militi quid attineat loquendo & corporaliter & spiritualiter.48.A B.
Milites christi & mũdi differunt.ibidem.D.
Militum robur in tribus consistit. ibidem.E.
Miluus nullas aues rapit nisi gallinas & quare.23.A.
Milites multi q̃d circa regem faciãt.105.A.
Mirrha fugat vermes & quid sit.106.B.
Misericordia & mittitas decẽt regẽ.102.D.
Mitis quid sit.116.D.
Monachum ingratum incarnationi christi diabolus grauiter puniuit.44.K.
Mons libani qualis sit.115.D.
Monachi debent habitare in vna habitatione. 119.A.
Morti eterne adiudicat⁹ est liberatus a maria. 92.K.
Morte ppetua non peribit q̃ katherine deuota manet.121.E.
Mulieres caste corpore & nõ verbis grauiter puniuntur.35.A.
Mulieres quare libenter garrulãt vt pice.83.F
Mundus designatur per mericam.112.A.
Mundana affluentia infert penalitatem eternã in 4.D.
Mus fugat gallum album & leonem.96.E.
Muscati natura.65.A.
Mustela interficit basiliscum.5.E.

Nardi ꝓprietas.34.A.
Natiuitas multiplex christi.43.A.
Nebula designat deuotam orationē 117.A.
Nemo vindicet propriam iniuriam.114.D.
Nescit q̄d petit petens purgatorium.109.C.
Nicolaus cōmendatur in tribus.6.7.8. videlicet sermonibus.
Nicolaus adiutor est in tribulationibus constitutis.6.B.C.F.⁊.7.D.J.
Nicolaus vindicat iniuriam sibi factā.7.C.
Nihil nisi quod ad dei cultum pertinet in eccl̄ia agatur.103.D.
Nobiles ⁊ diuites elati q̄ grauiter sunt puniendi.106.E.
Nox a nocendo dicitur ⁊ quid per ipsam significetur.80.F.
Nulla est dolorosior pena q̄ in purgatorio.108 A.

Oblatus quare fuit christus ⁊ redemptus columbis per legem.23.G.
Ocium fugiendum est.28.D.
Oculi custodiendi sunt ne videant vanitatem. 23.L.
Oleum quid significet.4.D.
Oliue ꝓprietates.6.per totum ⁊ multa de oleo. ibidem.F.
Oliua est arbor reconciliationis.107.A.⁊ 114.B.
Oliua apud athenienses victores coronabātur 107.D.
Orationes ⁊ suffragia solum prosunt in purgatorio existentibus qui sunt in triplici differentia 117.B.
Origo festiuitatis de natiuitate marie.92 G.
Origo generalis commemorationis animarum 118.C.
Ortulanus dicitur christus ⁊ libēter in ortis purarum conscientiarum quiescit.3.B.
Ortus celū significat multis de causis.34.A.
Ouis multas virtutes habet.39.D.⁊ alias de oue.67.H.⁊.72.B.

Palme natura ⁊ q̄d palma significet. 86.A B.
Panthera animal pulcherrimum ē. 12.G.
Panthera est animal omnibus amicum.120.E
Parentes corrigendo filios debent esse mites. 87.G.
Parentes primi triplici negligentia innocentiā perdiderunt.23.K.
Passio xp̄i ⁊c̄.49 B.
Passionati inabiles sunt ad bonos mores. 50 A.
Pati q̄ bonū sit et q̄ nobile.101.E.
Paulus iordani comparatur ⁊ de eius cōuersione.31.D F.
Paulus a quo suā doctrinā habeat.ibidem G.
Paulus comparatur regi Sauli in multis. 51.B.
Paulus feruentissimus zelator fuit animarum. ibidem.C.
Pauperes efficiuntur interdum domini magni. 66.B.
Paulus dr̄ vas gratie et humilior fuit oībus apostolis.61.B C D.
Paulus ipse potiꝰ periclitari voluit q̄ ꝓximos et an hoc nunc liceat ibidem.E F.
Paulus permāsit virgo.ibidem.H.
Paulus dr̄ vas nobile et triplex martyriū sustinuit.61.J K.
Pauperes tempore necessitates nutriendi sunt etiam bonis ecclesie.79.B.
Peccator per se sine gratia non surgit licet ex libero arbitrio cadat.31.C.
Peccatum infirmam facit animam et illius infirmitatis origines.89.B.
Peccatores quadriformiter vinculantur.91.E
Peccator debet festinans resurgere a peccato. 91.F.
Peccatorum grauitatem non sentimus ꝓpter consuetudinem.119.B.
Peccatores dū interius aut exterius vocantur ad penitentiam debēt cito sequi.31.J.
Peccator quomodo purificatur a culpa et q̄ multiplex sit talis purgatio.32.F.et.33.F.
Peccatum anteq̄ faceremus mille mortes subire deberemus.49.A.
Peccator indiget ductore ad xp̄m vt saluetur. 53.B.
Peccatores citius agant penitentiam et non procrastinent.58.A.
Peccatum quodcūq; facile potest deleri per hominem.69.A.
Peccatores quare nunc temporis ita imperfecte peniteant.ibidem.G.
Peccator magis debet dici bestia q̄ homo. 70.A.
Paccatum multa facit in homine.ibidem.D.
Peccatori vt misericordiam consequatur necessaria est humilitas.ibidem.E.
Peccator nisi fortiter resistat statī diaboli potestati subijcitur.71.A.
Peccatorem diabolus in omnibus membris excecat.79.E.
Peccatori quattuor sunt necessaria vt in statu penitentie permaneat.79.F.

Peccatoꝛ sequi debet Mattheum in conuersiõe sua.98.G.
Peccatoꝛ ferro compar.99.B.
Pellicani natura.87.E.
Penitentia nõ debet differri vsqꝫ in finẽ.4.G.
Penitentia assimilatur mari.103.H.
Penitentiam agere opoꝛtet in omnib⁹ membꝛis 24.J.
Penitentia pꝛo peccatis per opera penalia fieri debet.69.H.
Perdicis natura ꝛ quib⁹ assimilatur.88.H.
Persecutio aliquãdo magnos viros a fide deiecit.101.D.
Petrus puniendo fuit iust⁹ ꝛ misericoꝛs.38.B.
Petrum chꝛistus sup alios exaltauit ꝛ ipse cete riqꝫ pꝛedicatoꝛes gallis comparantur. ibidem. B C.
Petrus ꝛ Paulus maxime charitatis fuerunt. 58.A.
Petrus comparatur columbe.ibidem.B.
Petri apli penitentia ꝛ q medicus vtilis fuit. 58.A f.
Petrus multum veneratus est in terris a deo ꝛ hominibus.59.A.
Petrus ꝛ Paulus an vno die passi sunt.59.E.
Petrus ꝛ Paulus comparanẽ soli ꝛ lune.60. A C.
Petrus leoni compatur pꝛopter foꝛtitudinem quam in aduersis tenuit.74.f.
Petrus adiutoꝛ est peccatoꝛũ ꝛ maxime virtuꝫ fuit in miraculis.75.E.
Pinguioꝛes sumus natura in tenebꝛis. 114.f.
Pomeria recreatiua sunt.5.A.
Puerozũ bonozum ꝛ malozum sunt signa pꝛecedentia.8.D.
Puerpera quid facere debeat.32.B.
Puerperijs pompe mulierum vituperantur. 63.E.
Purgatur conscientia per tria.33.E.
Purgatoꝛium quidam gꝛecoꝛum negabant. 106.f.
Planete quomodo oꝛdinentur.41.B.
Planeta iupiter qualis sit ꝛ significat pietatem 119.C.
Pꝛedicatoꝛes veritatem non debent obticere. 27.D.
Pꝛedicatoꝛes verbi dei q̃d facere dñt. 97.C.
Pꝛedicatoꝛi duo sunt necessaria.91.H.
Pꝛelatus debet esse candelabrum luminosum. 114.J.
Pꝛincipes animare debent ad pugnandum com militones.19.B.
Pꝛincipes boni bonos ꝛ mali rectoꝛes malos i populo constituunt.38.C.
Pꝛincipi bus debet esse annexa liberalitas. 162.C.
Pꝛoditoꝛ veritatis quis sit.90.C.
Quattuoꝛ pꝛiuilegia relucebant i Johannis baptiste nominatione.90 E.
Quattuoꝛ requirunt ad visionẽ beatificam.104.E.
Quanta securitas ꝛ amenitas in regno dei. 107.A.
Quare seculares non curant de pena purgatoꝛij.109.D.
Quante dignitatis sit anima.109.E.
Quattuoꝛ sunt cõsolatoꝛia animabus defunctoꝛum.111.D.
Quã beatitudinem meruerint patꝛiarche ꝛ quã ppbete.116.E.
Quotiens Marie natiuitas sit pꝛenunciata. 92.E f.
Quo ad quid homo consummatur ꝛ quo ad q̃d nudetur.110.D.
Rectoꝛes debent esse seueri malis. mites autem bonis.38.E.
Receptacula animarum post mortẽ quattuoꝛ sunt.47.D.
Regio celestis q̃ delectabilis sit.7.G.
Regina cleopatra quesiuit facile moꝛi.105.D.
Regnum est triplex.101.G.
Regum quidã apud se habent iuuenes quidam senes.116.B.
Regulam religiosis dedit Johannes euangelista.21.D.
Regnum celoꝛũ quibus emitur.64.f.
Regnum celoꝛum quinqꝫ generibus paratur. 72.B.
Religio.2.E.
Reliquie sanctoꝛũ cõmendande sunt.56.A.
Religiosi habent tria mandata.120.C.
Repꝛobi equaliter penitentia ꝛ pfessione contra se testimoniũ ferunt.91.C.
Rex constituit pꝛudentioꝛem sup curam domus sue.102.A.
Rosa quomodo transit.73.C.
Rosa inter ceteros floꝛes obtinet pꝛincipatum. 106.A.
Ros decoctum extinguit febꝛem.111.A.
Rubi natura.78.C.
Ruta significat oꝛationem ꝛ quare.5.G.
Sacerdotes nomine tñ plures sunt ꝛ de periculo talium.67.C.
Sacerdotum bona pauperum sunt. 78.D.
Salm andre natura.78.A.
Sanctos eligere in patꝛonos quoscuꝫ vtile ẽ 39.C.
Sancti fm gradum charitatis obtinent locũ in celis.50.E.

Sanguis Abel ꝛ iustoꝝ effusus quō intelligit. 18 D.
Sebastianꝰ ꝓfortat tāꝙ fortissimꝰ miles. 27 E.
Sebastianꝰ i multis gratijs claruit. ibidē p totuz.
Sebastianꝰ adiutoꝛ ē ꝓtra pestilentiā. ibidē D.
Senes in senectute bonum operari difficile est. 8 L.
Septem columnis ecclesiam sustentantibꝰ quid intelligatur. 103 H.
Sepeliendi sunt moꝛtui. 111 L.
Septem suffragijs subueniamꝰ defunctis ꝛ que sint illa. 118 D.
Serpentis naturā. 86 B.
Seruis dei cuiusmodi vestis ꝙueniat. 90 D.
Seruꝰ fidelis ē diligendꝰ vt ꝓpria aia. 120 A.
Solis naturā. 99 L.
Sol cū oꝛit cūcta letificat. 15 B ꝛ 16 B.
Solis natura. 25 B L H.
Sol ꝛ luna ꝗre vespe rubent ꝛ mane albescunt. 41 A.
Sol in occasu quibꝰ lucet. 47 B.
Sol ē cā generatiōis et coꝛruptionis. ibidē E.
Solsequij natura. 36 B D.
Sol magni vigoꝛis est in inferioꝛibꝰ. 40 D.
Sola Maria caput serpentis ꝓtriuit. 92 E.
Somnus post cibū valde nocet. 45 L.
Somnia nō semp sunt vana. 107 L.
Soꝛtilegia vitanda sunt ꝛ exercētes excōmunicentur. 62 H.
Superbia multa mala facit. 23 H.
Succurrere debemꝰ aiabꝰ defunctoꝝ. 108 B.
Superiozes ꝛ ꝑlati venerandi sunt. 38 F.
Spoliatoꝛi ecclesie q̄d acciderit. 103 E.
Spūssancti effectus. 53 L.
Spūssanctus quare missus sit in mun dū. ibidez D.
Spūssanctus est liberalis ꝛ eius septē dona ibidem. F H.
Stelle ꝓprietates Marie ꝙuenientes. 92 F.
Stephanus p̄dicās veritatē sicut multi alij occisus est. 18 L.
Stephanus post moꝛtē multis miraculis claruit ibidem. F.
Stephani anim ositas contra iudeos in multis apparuit. 19 H.
Stephanꝰ est triplici coꝛona coꝛonatꝰ. 19 F.
Stella quam magi viderūt tripliciter differt ab aliis. 25 J.

T

Taxus aial pꝛudēs ē ꝛ fetidū. 11 L.
Terra a vulgaribꝰ dicit̄ btā. 101 L.
Terra inhabitabilis habet multa re gna rebus pulcbꝛis decoꝛata. 121 B.
Testamenta fundata sunt ꝓ animabus ꝓpꝛijs ꝛ alienis. 54 A.
Timoꝛ dñi multa bona opat̄. 53 H.
Thomas apl̄s ꝗre ē pmissus dubitare. 13 L.
Turturis ꝓpꝛietas. 55 A.
Tres erāt Herodis noie vocati. ꝛ quid sceleris quisq; cōmiserit. 90 B.
Tristes a deo consolant̄. 50 L.
Tribulatio exterioꝛ ꝓdest pctoꝛibꝰ. 78 D.
Tribulationibꝰ debemꝰ esse patiētes. 81 E.
Tribulationibꝰ boni emendant̄. mali peioꝛātur ibidem. F.
Tritici naturā. 79 A.
Triplex est ratio quare non libenter patimur. 101 F.
Tria eueniūt ex inspectione solis. 115 A.
Triplex est pena. 117 L.
Tria mādata p̄ncipalia bñt milites. 120 B.

V

Ven⁹ denotat donū ꝓsilij. 119 E.
Uer bꝫ aliq̄ p̄nūcia sui aduēt⁹. 92 D
Uerbū dei est audiendū. 24 F.
Ueritatē loquenti caput ꝓterit̄. de boc exemplū 91 B.
Ueritas. 5 J.
Uitia destructa sunt multa in xp̄i natiuitate. 15 J
Uia triplex ambulandi post xp̄m. 50 H.
Uinculū triplex quo illaqueant̄ boies. 74 D.
Uirgo inuerecūda quantū vitupat̄. 3 D.
Uirgies exēplo marie discāt vitare cōitatē. 63 D
Uir sapiēs q̄liter se habere debeat. 64 E.
Uiridarium regum quo pacto sit conficiendum 92 A.
Uirgines compantur flozibus. 112 B.
Uirgines sunt triplices. 113 A.
Uirgines q̄dā q̄ntū coluerit v̄ginitatē. 113 L.
Uirgines caueant dare iuuenibus occasionē cupidinis. 28 E.
Uirginitas difficile custodit̄. 36 H.
Uirginitas multa bona ꝓfert homini. 37 A.
Uirtuose agētes triplicē merēt̄ honoꝛē. 72 D.
Uitis q̄d significet. 24 A.
Uitā pfectā ꝓfessoꝝ tria reddūt. 90 L.
Uita hoīs q̄ bꝛeuis sit. 110 L.
Uoluntates duas posuit in deo Sabiniamꝰ hereticus. 107 D.
Ulpis naturam. 14 L ꝛ 22 J.
Umbꝛe ambulantibꝰ penales sunt. 93 L.
Unicoꝛnus foꝛtissimū animal est. 27 L.
Usurarij quidam puniti sunt in alta arboꝛe. 91. H.

X

Xp̄ō q̄d faciant choꝛizantes. 91 K.
Xp̄m non videre est maioꝛ pena damnatis q̄ sint pene gehenne. 93 H.
Xp̄s libentius habitat in locis mūdis instar animaliū mundoꝝ. 103 A.
Xp̄s nobis in exilio degentibꝰ constituit varias domos. 109 A.

Xp̃s parcit benignit ad instar leonis.109 A.
Xp̃iani mortui nō sunt lugendi.111 B.
Xp̃s attrahendo pctōres efficacissimus fuit.
1.B L.
Xp̃s nō magnates ꝛ nobiles in p̃ncipio sue p̃di=
cationis vocare voluit ibidem.E.
Xp̃s q̃re trahit illū ꝛ nō illū vel illū.ibidē.h J.
Xp̃s dicit zimphonista.4 B.
Xp̃s dicit fluui⁹.14 B.
Xp̃i natiuitas gaudiosa fuit.15 A L K.
Xp̃s quāq; dicat lux nō tñ oēs illuminat.15 D ꝛ
47 L.
Xp̃s nasci voluit in puerili etate.15.F.ꝛ.16.
L.
Xp̃o nato oīs hō sit grat⁹.ibidem.G.
Xp̃s sua natiuitate.v.infirmitates in nobis sa=
nauit.16 E.
Xp̃i natiuitate multa signa apparuerūt.17 L.
Xp̃m natū vt q̃s digne suscipiat multa req̃runt
ibidem E.
Xp̃s q̃re potiꝰ fugerit in egyptum q̃ in aliā t̃raz
ꝛ q̃re de nocte.22 L D E.
Xp̃s mansit in egypto.vij.annis.ibidē.G.
Xp̃s q̃re octauo die circūcidi voluit.ꝛ q̃d illis
diebus signetur.24 L E F.
Xp̃s compat aquile.25 B 52 B.
Xp̃s mirabiliter opat in p̃uersiōe pctōr.31 E.
Xp̃s p rozē significat.42 L.
Xp̃i annūciationis dies p gabrielem letissima ē.
43 B.
Xp̃s tenuit figurā Jone,pbete.44 D.
Xp̃i passione cūcta entia compassionē oñderūt.
46 A.
Xp̃s multi passionib⁹ a deo tradit⁹ fuit.ibidē L
Xp̃i exitus in montem oliuarū figuratur p egres
sum Da nid de bierusalē.ibidem.D.
Xp̃i captio i Sāpsonis captiōe figurat.46 F.
Xp̃i ductio ad Annā ꝛ Caypbā ibidē.h L.
Xp̃i relatio ꝛ accusatio ibidē.J K.
Xp̃i flagellatio.cozonatio ꝛ crucifixio.ibidem.
M N O.
Xp̃s p̃solat discipulos.simulq; cū loquerē infu
dit eis tristiciam.50 B.
Xp̃iani mali intelligunt p rebelles filios israel.
51 F.
Xp̃s añ sui aduentū p̃misit nūcios.57 A.
Xp̃s petrū multū dilexit.58 D.
Xp̃s auceps dicit.74 L.
Xp̃s alabastro compat.ibidem B.
Xp̃i añ aduentū nemo in regnū celozū intrauit.
96 L.
Xp̃s a quibusdam voluit inuitari.ad quosdā ve
nit non inuitatus.71 L.

Finit tabula.

Sermones Reffreth. alias Ortulus
regine de tempore. Pars hyemalis.

Incipit pars hyemalis Sermonũ Meffreth. al's Ortulus regine. Prologus.



Labora sicut bon' miles christi ihesu

Ita scribitur .ij. ad Thi. ij. In quo quidez v̄bo b. apl's quēlibet christi militē. Primo ⁊ principaliter ad laborē exhortat̄ cũ dicit Labora Secũdo discretio laboris explanatur. ibi. sicut bonus miles xp̄i. Quia aũt aliquis labor est delinquentiũ ⁊ pctōꝝ. aliq̄s studentiuz ⁊ scolasticorũ. De primo Hiere. ix. Ut inique agerēt laborauerũt. Et certe illi laborãt vt dicere possint. Luce. v. Per totam noctē laborantes nihil. id est peccatũ cepimus. De secundo dicit Sapie. Non est viri timere laborem. ingenerosos animos labor nutrit. Iste labor est in studendo. p̄dicãdo. colligendo ⁊ scribēdo. vt posteris possit prodesse. de quo dictũ apostoli intelligitur. Labora inquit sicut bonus miles Idcirco indignus ego seruus ⁊ spiritualis miles christi ihesu cunctis diebus quibus nunc milito exhortationi sancti apostoli aurē accomodã opus dudum de sanctis dei aggressum Anno dñi scilicz M. ccccxliij. ob profectum humiliũ studentiuz et desideriũ predicantiũ. ꝓut dñs dedit cõsummaui. Eodem igitur anno ad honorem dei ⁊ ĩtemerate perpetueq̄ virginis Marie sci Mathei. sanctarumq̄ virginũ Ursule videlicet ⁊ sodalium eius nec nõ ad exaltationē fidei catholice. ob honorem deniq̄ misnensiũ dyoces. cuius sedem ꝓtunc Reuerendus in christo pater et dñs dñs Johãnes doctor egregius feliciter gubernauit. opus hoc pñs de tempore. ꝯfisus de spiritussancti adiutorio. inchoaui. Et licet me ab hoc retrahere potuisset scie tenuitas et penuria. allexit tamen econtra vtilitas ⁊ causa varia. Prima est peccatoꝝ effugatio. qꝛ sicut ociuz ⁊ voluptas sunt arma antiqui hostis ad miseras animas captiuãdas s̄m Innocē. tertium ex̄ de renũ. nisi cũ pridem. §. verũ. Sic labor ⁊ studiositas vicijs obicē ponunt. et armis diaboli temptationibusq̄ obsistunt. Quia dic̄ Hay. super Apoc̄. Scio nimirũ q̄ cũ quem hostis noster antiquus in labore conspexerit. de periculosis atq̄ perniciosis vicijs nõ temptabit. Legitur eni in vitaspatrũ. li. ij. c. j. Abbas Anthonius residēs in heremo spiritu temptatus accidie cogitationibusq̄ diuersis implicatus dicebat ad deũ. Dñe saluari desidero ⁊ cogitatiões mee nõ permittũt. quid faciã in tribulatioe mea? quomodo saluari valeã dignanter ostende? Et post paululum surgens quendã sibi similem sedentem vidit ⁊ torquentem funiculum. et surgentē ex opere ⁊ orantē. erat aũt angelus ad emendationez Anthonio missus. qui ait. Et tu sic fac anthoni ⁊ saluaberis. Idcirco btũs Hiero. de ꝯse. dist. v. c. nũq̄. Facito inq̄t aliquid opis vt semp diabolus inueniat te occupatũ. Scda causa est mētis restauratio. Qꝛ dicit cassianus in li. colla. patrum. Felix ille labor qui ob s̄uitium dñi assumitur. a quo ⁊si caro consumitur. mens tamē diuinitus instauratur. Tertia est interna consolatio. Juxta illud Hugo de san. vic. Quies igitur cõsolationis interne labore corporis tribuitur mediãte Quarta est multiplex exoratio. Multi enim studiosi verbi dei seminatores cũ adhuc colligens opi de sanctis insudarē me ad colligendum aliqua de tempore induxerũt. Ut igitur peccatũ a me fugaret̄. mens diuinitus instauret̄. quies cõsolationis mihi daretur. et desideriũ studiosoruz impleret̄. hoc opus arduũ ⁊ vires excedēs suz aggressus. Quod quidez ortulum regine volui nominare. et ꝓ tanto dico hũc librũ ortuluz nominari. Quia sicut in ortulis diuerse plantant̄ arbores tã dulces q̄ amaros fructus ferentes sic in hoc libro sunt plantate arbores spirituales ferentes fructus dulces eterne beatificationis. et amaros sempiterne damnationis Arbores ferentes dulces beatificatiõis sunt cedrus contēplationis alte. Cipressus fame odorifere. rosa patientie. oliua misericordie. et platanus fidei necessarie. que om̄es in hũc ortulũ ⁊ plures alie arbores virtutũ sunt plantate. vt patz cuilibet registrũ intuenti. Arbores ⁊ herbe inutiles ac amare ĩ hoc ortulo s̄borte sunt salices supbie ⁊ spine auaricie. raphanũ iracũdie. quercus gule. vrtice luxurie. tribuli inuidie ⁊ lappe accidie. de quibus habemus plenius dñica Letare. s̄mone Eijce ancillã. Sed ꝓ tanto d̄r ortulus regine. nõ regine anglie. frãcie. aut vngarie ⁊c̄. Sed regine sancte ecclesie. De q̄ Ps̄. xliiij B Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Quia varijs libris ma-

gnis ⁊ diffusis ⁊ q̄ amplis pomerijs sanctorū doctor̄ ⁊ aliorū solennū sermonū collectorū est circundata. ꝑpter quos hunc lib̄r̄ .modice reputationis .decreui ortulum regine nūcupare. Quia sancta ecclesia ꝑm btūm Aug⁹. ꝑmone de dedicatione ecclesie est illa regina que ex partibus ethiopie venit audire sapientiā Salomonis .iij. Regū .x. Que quidem regina nō modo in vna regione .sed quasi in vniuers mūdi partibus reges pitura venit. Et sicut regine seculares ortulos speciales habētes interdum alias reginas sibi charas cū puellis suis in illos introducūt .si hec immaculata regina ecclesia sine ruga reginā illam valde sibi charā de pallacio summi regis egressam charitatē videlicz potissimā cū .xij. puellis suis egregijs per me indignū famulum eius introduxit .sicut patet ꝑmone .j. in quīquagesima. Et hoc ideo fecit vt eam tradat filijs suis ⁊ desponset. Et vere felix est ille cui hec regine charitas fuerit desponsata. qz cum illa habet oīa alia dona. Unde dic̄ Aug⁹. super illo v̄bo Math̄ .xxv. et Luc̄ .xix. Omni habēti dabit̄ ⁊ abūdabit. quisquis charitatē habuerit etiā oīa dona percipit. Quisquis āt charitatē nō habet etiā dona q̄ percipisse videbat̄ amittit .hec ille. Ut aūt ortulus ille magis hic frequentet̄ ⁊ ametur ponam in eo mysticos fructus similitudinuz ⁊ exemplor̄ qui multum aīas recreant .et delectāt .iuxta illud Aug⁹. li. ij. ad Jouinianū. Cū aliquid mystice ⁊ similitudinarie ꝑponit̄ plus diligit̄ .plus mouet ⁊ plus delectat .et plus honorat̄ q̄ qñ verbis .ꝑpijs apertissime dicit̄ .De exemplis dicit Aristoteles .ix. poete. Exemplis vtimur in docendo vt facilius intelligatur quod dr .nec etiam tedeat studentē q̄ ꝑmones ita ꝑlongaui. Quia pōt puidus ꝓdicator in vna parte ꝑcipali ad ꝑponendū ꝓpō ꝓtentari .generat enī ꝑlixitas tedium .et spernitur qñ longo ꝑmone ꝑponit̄ .Uñ plus debet quilibet predicator ad breuitatem ꝑmonis q̄ ad ꝑlixitatē declinare .Si enī facundus est in predicādo doctrina eius breuis audius a populo exauditur. Quia qñ parcius apponit̄ auidius sumitur inquit Greg⁹. in Ome. Est ei de cibo v̄bi dei sicut de cibo corpali. Uñ dicit Job̄ .mesue in de regi. sani. Esuriente adhuc stomacho cessandū est a cibo .qz parcitas cibi ⁊ potus multū valet vt calor naturalis digerens rei digestibili dominet̄. ne nausea ⁊ abbreuiatio vite comitet̄ Sic etiā a cibo verbi dei tunc est cessandū cum desiderātius predicator attendere videt populū congregatū .ne ꝑpter ꝑlixitatem sermonis nauseam ⁊ tediū generet populo .sicqz minori affectu audiat̄. Si autem predicator nō est facūdus nec bene expressiu⁹ libentius auditur citius cessans q̄ ꝑlixe predicans. Et sic fit q̄ ille qui nō laudatur predicando cōmendatur tamē in cessando. Insuper in illo ortulo nullam plantaz moralitatis vel doctrine de sensu meo inserui. Ex quo dicere posſum cum sapiente. Stultissimus sum virorum. et sapia hoīm nō est mecū .nō didici sapientiaz ⁊ nō noui sciam sanctor̄ Prouerb̄ .xxx. Sz de ortis alior̄ doctor̄ plātas accomodaui. ⁊ huic ortulo complantaui. In quo indebite plātata cōmitto sapientioribus emēdanda. Pro beneficijs vero insertis obsequia ⁊ laudes deo tribuo.

Dñica ꝑma aduentus. ꝑmo primus

Hora est iā nos

de somno surgere Roma .xiij. Consuetudo est quādo rex terrenus vel alius dominꝰ in suā peruenerit ꝓuinciam vel ciuitatē q̄ cō sueuit i turribꝰ sui castri vigiles ordinare .quorū aliqui in nocte vigilant. alij v̄o in principio diei dormiētes cornu vel buccina excitāt vt ad labores se disponant. Spūaliter xp̄s vt dic̄ ps̄ xlvi. est rex magnus super omnē terrā .hic venit per incarnationē suā in hūc mūdū vt dic̄ ap̄lus Ubi .j. Uenit ihesus in hūc mundū pctōres saluos facere. Uenit inquā in mundū qui suus est rōne creationis Joh̄ .j. Mundus per ipm factus est. Ideo sb̄ditur. In ꝓpria venit .et sui eum nō receperūt. Erubescāt igitur iudei infideles qui xp̄m regē suū recipere noluerūt .et ipm venisse bucusqz negauerūt. Si vt dicunt nondum venit vbi est eor̄ regalis dignitas que cessauit tpe herodis ascolonite sub quo natus est sicut ꝑphetauit patriarcha Jacob Gen̄ .xlix. Non auferetur sceptruz de Juda .et dux de femore eius donec veniat qui mittēdus est. et ipse est expectatio gentiū .Sed cū ipi suscipere cūnos lunt nos xp̄iani gratanter recipe ipm debemus dicentes. Benedictus qui venit in nomine dñi Igitur veniens in hūc mundum in turribꝰ sancte matris ecclesie vigiles sanctos ap̄los ordinauit qui super hoīes in nocte peccati diligenter vigilauerūt. Ideo figurati sunt Lañ .v. Per vigiles de quibꝰ dr. Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. At sicut mos est vigilū q̄ clamant ⁊ vigilare mādant. Sic sancti ap̄li nō solum vigilauerūt sed vigilare alios iusserunt. sic Petrus qui ait .j. Petri .v. Uigilate .q. di. diliger̄ a peccatis ꝓcauete .quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circūit querens quē deuoret. Similiter ⁊ sanctus Paul⁹ in principio diei gratie buccina sui ordis excitauit dormiētes cum dixit. Hora est iam nos de somno surgere. Et certe ideo nos suscitauit vt se ad labores bonor̄ op̄m darēt ⁊ peccata vi-

tarent. In quibus verbis duo facit. Prio me-
rendi hora publicādo. ibi. hora est iā. Secūdo
a somno peccati suscitādo. ibi a somno surgere
De primo est notandū. Pe. de. cres. li. ij. rurali
um cōmodoꝝ. c. xxi. Attendendū est inquit in
oīni seminatione vt semineꝝ semē qñ adiutoriū
maius habet a celo. et hoc ē qñ magis iuuatur
calido ꝛ humido ꝛ viuifico lumine solis ꝛ lune
simul. Luna enī quia terre vicinior est regit om
nia terrena ad pullulationeꝝ ꝛ inundationem.
Sol aūt quia suo lumine est calefactiuus. ideo
est aliquātulum humidi seminis aduſtiu⁹. Vult
idem Petrus ꝙ incenso Primo lumine in luna
cū ipa tūc est calida. tpata ꝛ humida. iacienda
sunt semina. qz tūc ꝙuenientius iuuatur virtus
eoꝝ a luna. Ideo dicit sapiēs. Omnia tps ha-
bent. Et tempus seminādi ꝛ tempus metendi.
Eccs. iij. Ideo dicit Macrobius in saturnali-
bus ꝙ segetes debēt meti luna iam decrescēte
qz luna accrescente vel plena existente multum
inferiora humectat ꝓtra naturā solis. Ideo se-
getes nō ita aride sunt. nec possunt tūc bene re
poni ad seruandū sicut in defectu eius. Hora
liter. tps pñs ꝓcessum est homini ad seminādū
et ad metendū. Sed in futura vita erit tempus
dñi ad iudicandū. Et ponit similitudinē Anſ.
D li. ix. lxxv. c. dic. Ille qui ludit ad decios facit
anatagiū comparī suo quādo dat ei decios vt
iaciat quo voluerit. Sic fac deus peccatori qñ
quasi decios dat ei tps ad bene opandū. Ho
do enī habemus decios. i. tps. iuxta illud Se-
nece. Tempus enī nostrū est. sed post mortem
nō erit nostrū sed dei. et tūc accipiet ꝛ habebit
decios. i. tempus cōtra nos iactabit. sicut ipse
testat. ps. lxxix. cum accepero tempus ego iu-
stucias iudicabo. Ideo dicit Iero. xiij. q. ij. In
pñti seculo scimus siue orationib⁹ siue ꝓsilijs ī
uicē posse nos adiuuarī. Cū aūt ante tribunal
xpi venerimus. nec Job. nec Daniel. nec Noe
rogare posse ꝓ quoꝙ. vbi vult ꝙ tps merendi
nō est nisi in pñti. Cui ꝓsonat b. Aug⁹. li. de fi-
de ad Petrū. Tempus inquit acquirēdi vitam
eternā in ista tm̄ vita deus hominib⁹ dedit vbi
voluit esse penitentiā fructuosam. qz in hoc tē-
pore habemus maius adiutoriū a deo ꝛ sanct⁹
eius ꝙ in futuro tpe. Ideo ait Dauid ps. cxx.
Adiutoriū meum a dño qui fecit celum ꝛ terrā.
Quare homo in pñti tpe debet iacere semē bo-
noꝝ opm ꝟm qđ iubet sapiēs. Mane inquit se
mina semē tuum. a vespe non cesset manus tua
Eccs. xi. Quia deus astat hic homini vt possit
bonū opari. vnde. ps. v. ait. Mane astabo tibi
ꝛ videbo. Et de hoc tpe merendi dicit aplus in
verbis premissis cū dicit. Hora. i. tempus ē iaꝝ
pmerendi. Vbi nota hora est tps vicia peniten
di. p venia exorādi. in gra. pficiēdi. aduersa su-
stinēdi. Dico ꝙ est hora vicia penitendi. qz ꝟm
btm̄ Aug⁹. in li. de fide ad Petrū. hic facienda
est pnia fructuosa. qz pt̄ hic homo deposita ma
licia bene viuere. et mutata voluntate iniusta
merita simul ꝛ opera mutare ea et in timore
dei gerere que deo placent. Quod qui in hac
vita non fecit. habebit quidem penitentiam
in futuro seculo de malis suis. sed indulgen-
tiam in cōspectu dei nō inueniet. hec Aug⁹. Et
nota ꝙ pnia in pñti facta facit mlta bona. pctō
rū dissimulatōnē. vicioꝝ expulsionē. a carcere
liberationē. Primo quidē facit pctōꝝ dissimu-
lationē. Facit enī pctā dissilare cui⁹ exēplū na-
turale ē. Leo q̄ leene cū pardo ꝓiūctionē odore
ꝓgnoscit tot⁹ in vltionē ꝓsurgit. Hoc aūt ex na
turali instinctu cognoscēs leena se in flumie la-
uat. Quo facto nihil leo pcipit. sicqz factū inul
tū pmittit. vt dicit Plinius in spe. natu. Spūa
liter. leo significat xp̄m Apo. v. Vicit leo ō trī-
bu Juda. Leena vero significat aīam peccatri-
cē q̄ tūc pardo. i. diabolo se ꝓiūgit qñ ei morta
le pctm̄ faciēdo ꝓsentit. Circo deus ꝓtra eaꝝ
puocaꝫ ꝟm illud Deut. xxxij. Deū qui te genu
it dereliquisti scz p pctm̄. et oblit⁹ es dñi crea-
toris tui. Et seqtur. Vidit deus ꝛ ad iracūdiaꝝ
ꝓcitatus est. qz puocauerūt eum filij sui ꝛ filie.
hoc igit̄ scies aīa debet lauare se in pñie flumie
pctī maculā auferēdo vt de⁹ nō inferat vindi-
ctā. Et hoc iubet Crisi. de pe. dist. j. c. mēsuraz.
Qđ inqt defendi nō pōt ablui dz. lauāt lachry
me delictū qđ pudor est voce ꝓfiteri. Hoc autē
vt dic Bar. bzix. nō est intelligendū sine ꝓfessi-
one. Sz sic. si ē pctm̄ adeo gue vt cū pudore cō
fiteamur nō iō est desperādum. qz lachryme la
uāt delictū ꝛc. Vidēs igit̄ xp̄s de tribu iuda ꝙ
aīa p leenā signata in pñie flumine ꝛ lachryma
rū sit lota dissimulat ei⁹ pctā Sap. xij Misere
ris oīm qm̄ oīa potes ꝛ dissilas pctā hoīm. ppt̄
pñiam. Qđ sic intelligit̄. dissilas pctā. i. differs
ea punire. Qđ figuratuz fuit. iij. Regū. xxi. de
Achab q̄ fec malū in ꝓspectū dñi. Insup fecit la
pidare naboth. ppt̄ vineā suā. Iō dixit Helyas
ei in psona dñi. Ecce inducā sup te malū. et iter
ficiā de domo Achab clausum. i. captiuū. et no
uissimū. i. vilē. vsqz mingentē ad parietez. quod
vno modo ꝟm lr̄am intelligit̄ canis. alio modo
infirmus ꝛ debilis q̄ iuxta lectū nō pt̄ mingere
nisi appodiet se ad parietē. vt sit sensus. Si pe-
cutiaꝫ canis q̄. ppt̄ vilitatē nō deberet tāgi. vel
debilis cui debebat parci. multo modo magis
illi de domo achab exterminabū. Cū audisset
ꝟmones istos scidit vestimēta sua. cooperuitqz
cilicio carnē suā ꝛ ieiunauit dormiuitqz ī sacco
ꝟm glo. in signū pñie ꝛ būilitat⁹ coꝝ deo. Et ꝟ-

mo dñi ad Helyã. nõne vidisti Achab bũiliatũ
cozã me. Quia g humiliatus est cozã me nõ in-
ducam maluz in diebus eius. Ecce mitis leo p
F pter penitentiã distulit punire culpã. Scõo pe
nitẽtia facẽ vicioz expulsionẽ. iõ assimilatur za
phiro, ppter. vij. eius vtutes. vij. vicia mozt'lia
expellẽtes. Prima vtus saphiri est q habet vir
tutẽ sudozis z sanguis restrictiuam vt dic̃ Dia
scozides. hoc puenit pñie inq̃ntũ restringit vici
um gule ex qua puenit sanguis supfluitas z su
dozis. Qõ aũt pñia restringit viciũ gule patet ĩ
pmis parẽtibus Quia ex vicio gule comedẽdo
de fructu, phibito peccauerũt Gen. iij. Sed per
pñiam longã sanguis peccati restrictus est cum
satisfecerũt z saluati sũt. sic̃ oz de Adaz Sap. x
Illũ qui pmus a deo format' est pre ozbis ter-
rarũ cũ esset solus creatus custodiuit z reduxit
eũ a delicto suo. Ex quo soluit̃ questio q queri-
tur an pctm̃ pmoz parentuz remissibile fuit. qz
fm doctozes egerũt pñiam. et igit̃ saluati sunt.
qõ nõ esset si pctm̃ eoz irremissibile fuisset. Et
merito pctm̃ eoz remissibile fuit qz nõ ex mali-
cia, ppria. sed ex suggestione dyaboli pmus hõ
peccauit. vt de sum. trini. z fide catho. c. firmit̃
Scõo saphirus habet vtutẽ castitatis amatiuã
vñ oñes naturales ꝓsentiũt q hec gẽma ẽ ama
trix castitatis. Et ideo ne eius vtus vel effect'
per immũdiciã poztãtis impediat̃ opoztet eum
poztantẽ caste viuere. vt testat̃ poeta Si q̃s ge
stat eũ castissimus esse iubeb. Hoc ꝓpetit pñie in
G q̃ntũ repmit viciũ luxurie. et castitatẽ seu cõti
nentiã diligit. q̃uis aliã in ꝓiugatis. aliã in vi-
duis. et aliã in virginibus sanctis. Qõ aũt peni
tentia luxuriaz expellit patet exemplũ in vitas
patrũ. li. iij. c. xl. de quodã fratre q a spũ fozni-
cationis tẽptatus dixit seni. Pater occidit me
fozdida cogitatio. dixit ei senex. Mulier quan-
do ablactare vult filiũ suũ amarũ aliquid sũn
git vberibus suis. et cũ venerit infans ex cõsue-
tudine sugere lac. sentiens amaritudinẽ refugit
Sic tu pone remediũ amare pñie. vt cũ diabol'
veniat suggerẽdo lubzicas cogitationes. aliq̃d
amari sentiat. et sic fugiat. vñ liberer. Mystice
mulier est sancta mater ecclesia que est mat̃ illi-
bata. q̃ cupiẽs ablactare filios vel filias suas a
lacte luxurie, pponit his amaritudinez pñie. qz
hic g̃uis pñia z in futuro g̃uioz erit eis imponẽ
da Quia dicit doctoz amãdus in hoza. sapie. li
bzo. j. c. x. Luxurioſi aliqui in delicijs carnẽ su-
am nutrierãt a Fpẽtib' deuozabãt. et bufonib'
ignitisq̃ aculeis vsq̃ ad viscera replebãtur. sic̃
in spũ vidit. Et sbdit. Qui carnali amozi dediti
fuerãt vtriusq̃ sexus terrã infernalẽ pre dolo-
re mozdebãt. q̃m eos demones nimium afflige
bant. Nã spiculã igneã habẽtes z estu vehemẽ-
tissimo eos insequẽtes seuissimis vulnerib' re-
pleuerũt. Qõ aũt diabolus insequitur luxurio
sos puniendo. legitur in ozto anime. Mulier q̃
dam fornicaria in dyocesi maguntinẽsi mozitu-
ra calceos sibi fieri fecit bene cathenatos. z cũ
magna instantia petiuit dicẽs. Sepelite me cũ
eis. quia multũ erũt mihi necessarij. Quod cuz
factũ fuisset. nocte sequẽte luna splendente. mi-
les quidam equitans cũ suo suo femineos au-
diuit vlulatus. Mirantib' illis. ecce mulier fe-
loci cursu ad illos. pperãs clamauit. Adiuuate
me. Mox miles de equo descendens et gladio
suo sibi circulum circũducens. feminã bñ notã
intra illum recepit in sola camisia z illis calce-
is indutã. Et ecce ex remoto quasi vox venato
ris hozribiliter buccinãtis. et latratus canum
venatoz audiũtur. Quibus illa auditis nimiũ
cõtremuit Miles vero cognitis canibus equũ
seruo cõmittẽs comas capillоz eius brachio
sinistro circumligauit de xtera gladiũ tenẽs ex
tentũ. Appzopinquãte illo venatoze infernali
ait mulier militi. Sinite me currere. qui appzo
piant persequũtur me nimis. Ille aut̃ foztiter
eã tenens. misera illa diuersis vocibus tonãti-
bus militẽ pulsans vt eam dimitteret. Tandez
ruptis crinibus aufugit. quam dyabolus inse-
quẽs cepit. et equo suo inisciens deduxit. ita q
caput cũ brachijs ex vna parte penderet z cru
ra ex altera. Post paululũ venatoz ille hozribi
lis militi obuians captam predam ad infernuz
poztauit. Miles mane ad villam rediẽs quod
vidit exposuit. crines ostendit. Apertoq̃ sepul
cbro feminaz capillos reperit perdidisse. Hoc
miraculum, ppter verbũ amandi sez estu vehe-
mentissimo eos insequẽtes inseruit hic z locaui
Ecce quantã amaritudinẽ sancta mater eccl'ia
pponit filijs luxurioſis. Et quid aliud intendit
nisi vt eos a tali delectatione declinare faciat.
Tertio saphirus habet virtutẽ timozis z inflã
mationis seductiuã. qz apostemata repmit si i
principio noxie collectioni cito appositus fue
rit. vt dicit Dyasco. et hec cõpetit penitentie i-
q̃ntũ repellit tumozẽ z inflammationẽ superbie z
maxime in pncipio anteq̃ superbia inueteraſcit.
si ad humilitatẽ pñie ozatio deducat̃. sic̃ patet
de Nabuch'. Dañ. iiij. qui in spũ elationis dixit
Nonne hec est ciuitas magna Babilon quam
edificaui in domũ regni z in roboze foztitudis
mee. et in gloria decozis mei. Cum adhuc sermo
esset in oze regis. venit vox de celo dicẽs. Tibi
oz Nabuchodonoſoz. regnũ tuũ transibit a te.
et ab hominibus eiciẽt te. z cuz feris erit habi
tatio tua. Fenũ vt bos comedes. et septẽ tẽpo-
ra mutabunt̃ sup te donec scias qz dñetur excel
sus. Eadem hoza fmo cõpletus est sup eum. et

ex omnibus eiectus est.et fenū vt bos comedit donec capilli in similitudinē aquilarum crescerent.et vngues eius quasi auiū. Et illam amētiā debuit septē ānis sustinere. Ez magister in scolast.histo.dicit q̄ precibus danieł hi septez anni mutati sunt in septē menses in quibus quadraginta diebus insaniā patiebaꝫ.et interim p quadraginta dies rediēs ad coz flebat.et a dō supplicabat vt ex nimijs fletibus oculi eius vt caro facti sunt. Ecce quantā penitentiā egit.iō dicit Aug⁹.xxiij.q.iiij. Nabuchodo. penitētiā meruit fructuosam. Et sō dit. Nōne post innūeras impietates flagellatus penituit.et regnum qō perdiderat rursus accepit.quasi diceret sic Et hec quidem penitētia expulit supbiā.qō patuit ex vbis istis Danieł.iiij. Nunc ego Nabuchodonosoz laudo regē celi z magnifico z glorifico.qz oīa opa eius vā.et vniuerse vie eiº iudicia. Et gdientes in superbia pōt humiliare. De nabuchodo.vide infra.Fmone.j.dñice tercie.S.A. Quarto saphirus habet virtutē calorīs febzilis repzessiuam. si iuxta venas cozdis pulsatiles suspendatur. Est aūt auaricia inordinatus ardoz quidam z febzilis caloz qui qui etem omniū tollit.et sitim inextinguibilē gignit hunc calozem penitentia mirabiliter extīguit. exemplū habetur in btō Math.qui sedit in theloneo vt auarus Math.ix. Vocatus autem a christo ad pñiam venit.ppria reliquit q̄ rape aliena ꝓsueuit.vt dicit Beda. Quito habz virtutē venenositatis expulsiuā vt dicit Diascoz. Si araneā in pixidez posueris et verū saphirū indicū vel aliū super orificiū aliquantulū tenueris.eius virtute victa subito moritur. Ex quo patet q̄ habet virtutē veneni penitus extinctiuā.sic penitentia extinguit z expellit venenum inuidie. Et hoc figuratū est Geñ.xxxvij.in fratribus Joseph.qui adeo erāt intenti z accensi inuidia erga ipm q̄ nō poterāt ei quicq̄ pacifice loqui. Sed cū veniſſet ad eos in agrum dicebant. Ecce somniatoz venit.venite occidamus eū.sed tamē vltimate eū vendiderūt Jsmahelitis in egiptū. Cum aūt missi essent a patre ī egyptū vt emerēt frumenta.angustiati sunt a Joseph qui dixit eos explozatozes .et posuit eos in carceres. Tūc penituerūt cū dixerūt Genes xlij. Merito hec patimur.qz peccauim⁹ in fratrem norstum sicq̄ per penitentiam extinxerūt inuidiam.et deinceps benigni erant erga ipsuz

K z ipe pascebat eos vt habeł Geñ.l. Sexto habet virtutem discordie reconciliatiuā .vt dicē dī ascozides. Nā plurimū dicit valere eius presentia ad pacez inter discordes refozmandam. Et hoc ꝓpetit pñie nō solum inquantū aīam reconciliat.sed etiā inquantū de cozdibus penitētiuz irā fugat z odiū vt ad receptas offensas dimittēdas.et p pñs ad pacē inclinet. Exemplū ptz in Paulo Act.ix.qui spirās Slo.ex feruētu spiritu ire minarū z cedis in discipulos dñi petijt a pncipibus sacerdotū literas in damascuz vt puniret christianos. Sed cū iret post eos ipm in terrā,pstrauit. Et tūc penituit cū dixit. Dñe quid vis me facere.q.d. Paratus suz penitere et tibi in oībus obedire. Sicq̄ lupus iracundus factus est agnus mansuetus. vtinā adhuc pñia de cozdibus aliquoz fugaret irā. Ez beu q̄uis ꝓfitentur z penitent tamē irā ꝓtra proximos diutius seruāt. Contra qō dicit Canō di. xxv.vnū ozariū.§.alias Ira bois si longo tpe fuatur est mortale pctm. Et Hugo de scō vict. Melius est inqt sepius irasci. et irā mox extinguiq̄ irasci rarius.z in ira stare inflammat⁹ l

Septimo saphirus habet virtutē cozpis letificatiuā.vñ valet contra cozdiacā passionē z melancoliā.z hoc pñie ꝓpetit inq̄tū accidiā expellit que animā tristē z grauem facit. iuxta illud. Fortunati in omeł. Qualis inquit ꝓsolatio illi debetur qui in laude dei torquet trisiciaq̄ tenetur.q.d.nulla. Si aūt accidia p penitentiam est expulsa alleuiatur z letificatur anīa. Quod atteſtaꝫ Crisł.in ł. Accidiam si abieceris mox ineffabilem percipies leticiā dei z dulcorē. Ex his iam dictis patet apte q̄ pñia expellit septē pctā mortalia. De hoc dicit Crisł. Penitētia respuit auariciaz. abhorret luxuriam.fugat furorē.firmat amorem.calcat superbiam .excludit inuidiam.continet linguam.mores componit. maliciam odit.libenter oīa sufferre cogit.ligata soluit. Tertio pñia facit a carcere libera D tionē quia a carcere pctī liberat z grām dei redonat. Et hoc ostendit ex somno pincerne pharaonis Geñ.xl.vbi ait. Videbā cozā me vitem in qua erant tres ꝓpagines crescentes paulatim in gemmas vulgariter knospin.et post flores vuas matureſcere.calicemq̄ in manu mea tuli erga vuas et expressi in calicē quē tenebaz et tradidi poculum Pharaoni Rndit Joseph. Tres ꝓpagines sunt tres adhuc dies quos pº recordabit Pharao ministerij tui .et restituet te in gradum pristinū.dabisq̄ ei calicem iuxta officiū tuū sicut ante cōsueueras. tūc memēto mei cū tibi bene fuerit. Hanc figuram exponit Anł.li.vij.c.xxiij.di. Ite pincerna reus z in carcere positus z postea tū liberatus fuit significat eos q̄ si peccāt tū per penitentiā liberātur vitis autē est pñia.cuius tres ꝓpagines sunt humilis ꝓtritio.vtilis confessio.facilis satisfactio. Ex quibus,pducūtur gemme bonarū cogitationū z flores bonarū affectionū. z fructº maturarū z sanctarū opationū .et exꝑmuntur

vue per tollerãtiã passionũ xpi qõ exp̃mit in calice regis. Ad hoc idez refertur interp̃tatio. qz tres ꝓpagines sunt tres dies. i. tres aie illuminatiões. Primus in peccati recognitiõe quã facit ꝯtritio. Scõs in pcti ꝓpalatiõe quã generet ꝯfessio. Tertius in pcti redemptiõe quaz generat satisfactio. post quos pharao. i. deus recordaꝫ pctõzis. et restituet eũ ad pstinũ statũ gre. q aũt sequiẽ. memẽto mei dũ tibi bñ fuerit ẽver bũ qõ per xpm õz. et q̃ pcussus tribulatiõe vel infirmitate est memor eius sit z redeat ad cor z peniteat vt liberet. iuxta illud ps. lxxvij. Cum occideret eos q̃rebãt eũ. et q̃nqz tales postq̃ liberati sunt. et ad sanctitatẽ vel ꝓsperitatem redacti nõ ampli⁹ recordãtur dei. nec bonũ qõ ĩceperũt ꝓsequũtur. sic de isto pincerna scribit postq̃ liberatus ẽ succidentib⁹ ꝓpis oblit⁹ est interp̃tis sui. Qõ aũt pñia restituit pctõrẽ pstine gre. pbat Tho. brabantinus in apiario. In germanie inqt ptib⁹ quidã nobilissim⁹ comes. sz verus paupm spoliaꝫ z oppressor. ex miseri cordissima pietate diuina ḡui infirmitate correptus ẽ z amarissima pñia ꝯritus. qz sciuit illd. Sap. v. Stabũt iusti in mag̃ ꝯstãtia aduersus eos q̃ se angustiauerũt. et q̃ abstulerũt labores eoz. oñia ad restitutionẽ posuit q̃ habebat. et irremediabilib⁹ lachrymis quotidie lectum rigãs angelos ad sctõs dei ad impetrãdã miseri cordiã deuotius implorabat. Decũbẽs vo cor pori suo tñ ingerebat supplicium vt thalos. pedes. crura fricaret ad lignũ. vt cutem. carnẽ ac neruos assiduitate euelleret violenta. Aquã etiam frigidã in hyeme q̃i ad bibendũ acceptã illã pectori supfundebat. et mẽbris vt ex hoc glaciali frigore torq̃reꝫ. nec diu post in agonia positus tãto spũ est repletus vt sicut de publicano euãgelistã ita de isto faceret ꝓphetã De se enĩz dixit. q sine purgatorio ad reqem volatur⁹ eẽt Et q benrico regi defuncto tota thuringia maximis calamitatib⁹ sbiaceret. qõ z factum fuit In hoc exẽplo vide optimũ modum penitendi Volẽs enĩ ve penitere dz pctõr oñia ablata restituere. Quia dic̃ Aug⁹ ad mace. in epla. et ponit. xiij. q. vi. c. si res aliena. Propt̃ quã pctm̃ est reddi pt z nõ reddit. pñia nõ agit̃ Nõ remittit̃ pctm̃ nisi restituaꝫ si restitui pt. Et dic̃ notãt si restitui pt. Si enĩ nõ est inposse restituẽdi nõ est cõpellendus. Qz sb̃dit Aug⁹. Qui nõ hz vñ restituat huic nõ possum⁹ Glo. i. nõ debem⁹ dicere redde qõ abstulisti. hoc itellige qñ raptor vl fur nõ ẽ soluẽdo Hz si eẽt soluẽdo lz res quã abstulit sine culpa sua periisset tñ teneꝫ reddere estimationẽ illi⁹. Sz quib⁹ restitutio ẽ faciẽda? rñdet Aeumũ. q spoliati aut eoz heredibus si possunt inueniri. Si aũt nõ inuenirenꝫ. tũc de cõsilio ꝓlatoz distribuaꝫ in pias causas. z maxie in elemosinas paupm z redemptionẽ captiuorũ. et hoc fiat in loco vbi rapina est facta. Sed archidiaconus Guido in rosareo dic̃. imo credo q ipa raptor bona incerta nõ debet pauperib⁹ erogare absq; autoritate vel scia epi vl alteri⁹ iudicis ecci. vt satis colligit̃ ex. de vsu. c. cũ tu. Unde de illo nobili comite q oñia ad restitutionẽ posuit q̃ habebat. et seqtur q lectum lachrymis rigauit exemplo dauid q̃ ait ps. vi Lauabo p singulas noctes lectuz meũ la. meis stra. me. rigabo. Quia dic̃ Crisꝰ super Matth. Nemo ad deũ flens accedit q nõ postulatũ accipit. Et seqtur q angelos z sanctos ad impetrãdũ gram inuocauit. qz dic̃ Job. v. Voca si ẽ qui tibi rñdeat. et ad aliquẽ sctõz conuertere Jõ dixit dauid ps. cxx. Leuaui oculos meos in mõtes. i. in sanctos q̃ sunt mõtes spũales. vnde venit auxiliũ mihi Scõ dixi q hic hora est p venia exorandi. Jõ dicit dñs Jere. xxxiij. Clama ad me z ego exaudiam te. Et. j. Mach. iiij. Nũc scz in tpe gre clamem⁹ in celũ et miserebitur nri deus. Et ipe dñs hortaꝫ nos ad orãdũ Luc. xi. Petite inqt z dabit̃ vobis. q̃rite z inuenietis pulsate z aperiet̃ vob. Et merito ẽ hꝫ provenia exorandũ. qz in pñti tpe oratiõe venia impetraꝫ. tẽptatio supaꝫ. vita, plongaꝫ. celũ reseraꝫ. Primo enĩ venia inpetraꝫ exẽplo publicani q hac breui oõne. Deus, ppitius esto mihi peccatori Luc. xviij. veniã meruit z iustificat⁹ in domũ suã intrauit. In inferno aũt dãnati. et q hoc tẽpus gre neglexerũt nõ orant, p venia. Isa. lxiiij. Nomo nõ est q̃ invocet nomẽ tuum. Sed dicũt illud Jere. viij. Trãsijt estas finita est messis. et nos saluati non sumus. Jõ narrat q̃dam religiosus apud clareuallẽ. q q̃dam vir sanctus dũ staret quadã vice in oõne audiuit quãdã vocẽ in spũ miserabiliter clamantẽ z lamentantẽ. et eo q̃rẽte q̃s esset. respõdit q esset anima cuiusdã dãnati suã plãgẽs dãnationẽ addẽs q inter oia q̃ ipm z alios damnatos excitarẽt ad planctũ esset maxie tpis amissio sibi de gra dei collati. In cuius vna morula feciss̃e pñam portuissent q̃ eas a pena inferni prefualset. Jõ dic̃ dñs Jere. xxiij. Dedi eis tps qõ debent fugare vt vinitores obfuãt tps ad vineas putandũ. z Dañ. ij. Tẽpus putatiõis aduenit. Tps inquã in quo pctm̃ decidatur. et venia impetret. Secũdo tẽptatio supaꝫ. qõ patet i exẽplo. Quidã pater paruulũ filiũ in heremo nutrierat. quem adultũ diabolus de luxuria tẽptabat. Qõ cum patri indicasset iussit euz anteq̃ seculum intraret solũ. xl. diebus ieiunijs z orationib⁹ vacare. Expletis vero. xx. diebus vidit deterrimaz mulierẽ z nimis fetidã nudã sup se irruere. Qõ

fetozem nō valēs sufferre .cepit eam a se repellere. Et illa cur inquit me intantū hozrescis cuius amoze pus tantū exardebas. Ego enī sum luxurie imago que dulcis z pulchra in cozdib⁹ hominū appareo .et nisi patri tuo obedisses a mea tēptatione pstratus fuisses. Ecce q̄ h̄ ozatione tēptatio superat. Ideo hortatur dom⁹ Math̄ .xxvi. Orate inquit ne intretis in tēptationē. Tertio hic ozatione vita plongat. Exēplum de Ezechia cui dixit Esa.iiij. Regū .xx. z Esa.xxxviij. Dispone domui tue. moz̄eris z ñ viues. Et ille q̄uertit se ad parietez ꝑm Elo. vt ozaret z ait. Memēto dñe quom̄ ambulaueri cozā te in veritate z cozde perfecto. et q̄ placi tū fuit cozā te fecerim Et dñs ad Esa. Reuerte re z dic Ezechie. Audiui ozationē tuaz z sanaui te. et addaz diebus tuis .xv. annos. Quarto h̄ ozatione celū reserat. q̄ patet in latrōe q̄ hac brzeui ozatione. Memēto mei dñe dū veneris i regnū tuū Luc̄.xxiij. celum reseratū est dicēte dño. Amē dico tibi. hodie mecū eris in paradiso. In futuro aūt ozatio ꝑ dānatis erit inutilis q̄ deus nec sanctos pro eis exaudit Piere. vij. Noli ozare ꝑ populo hoc. et ne assumas laudez ꝑ eis nō exaudiā te. Tertio hic est hoza i gratia pficiendi. pficere enī z crescere potest hō in virtutibus q̄diu durat in pñti vita. cuius sumi litudinez ponit Anſ. li.ij.c.ci. Ceruis inq̄t crescūt cozna vsq̄ ad vij. annū. q̄ vsq̄ ad vij. annū pullulant osīi anno cozna eius vnū ramū vnde eoz̄ etas per cozna deprehendit. Quid per vij. annos. certe vniuersum tps vite nr̄e designatur. Accipiemus ergo inq̄t Anſ. in septenario annoz̄ totū tps dierū nr̄oz̄. Scriptū est enī Esa.iiij. Die pro anno dedi tibi. Et in Ps̄. lxxxix. Dies annoz̄ nr̄oz̄ in ipis .lxx. ānī. Septenarius ergo per denariuz multiplicatus in lxx. psurgit. vt sic innuat q̄ totū tempus anno rū nostroz̄ debemus dedicare. et per pfectum virtutū quarum principaliter .vij. sunt. q̄ttuor cardinales z tres theologice que significant ꝑ augmētationē vij. cozn̄u. Contra hoc aūt fuerūt quidā beretici begardi dicti. et begine. de q̄ bus habetur in clem̄. de bere. c. ad nr̄m. q̄ dixerūt. q̄ hō in pñti vita tantū perfectiōis i virtute gradū posset acquirere q̄ redderetur penitus impeccabilis et amplius in gratia pficere nō valeret. Nam vt dicūt Si q̄s semp posset pficere. posset aliq̄s xp̄o pfectioz inueniri. Quorū errorē ꝓdemnat sancta eccl̄ia. ne de cetero hoc aliquis audeat temerarie tenere defendere vel appzobare. Sed nota. licet hic sit hoza pficiendi in gratia. nō tamē in futura vita quia ibi nemo melioz fieri potest eo q̄ est extra tempus meriti Ideo dicit sapiens Eccl̄i.xi. Si ceciderit lignū ad austrū vel ad aq̄lonē in quocūq̄z loco ceciderit ibi erit. Q̄d exponit Nico. de ly. Per lignū intelligit̄ hō qui dz arboz euersa a pb̄is. Et li.ij. de aīa dic̄ Arist. q̄ radices in plātis similes sunt ozi in aīalib⁹. qz ꝑ illas arbozes accipiūt alimētū. Dicit̄ g̃ lignū cadere q̄n ꝑ mozte scindit̄ a statu vite. Si ergo ceciderit ad austrū. i. ad ptē electoz̄ q̄ intelligunt̄ noīe austri vel ad aquilonē. i. ad partē reprobor̄ q̄ noīe aquilonis intelligūtur Piere. j. ab aquilone pandetur oīne malum. Ibi erit. i. imutabilit̄ remanebit. ppt̄ q̄d in pñti vita vbi ꝑ dest pficere i vtutibus debet homo facere id q̄d potest. iux̄ illud Eccs. ix. Quodcūq̄z potest man⁹ tua instāter opare. scz in pñti vita pficiēdi in gr̄a. z merito. Quia nec opus. scz exterius .nec ratio scz mētis meditatio. nec scia de bānis .nec sapia scz de diuinis er̄t apud inferos quo tu ꝑperas q. d. ibi nō est status in gr̄a pficiēdi. Quarto hic ē hoza aduersa sustinēdi. Ex quo enī dictuz est statim s̄. hoza ē iā nos de somno surgere. s. pficiēdi in gr̄a. Qui ergo h̄z gratiā dei aduersitas ꝑdest ei. Si aūt ipam non h̄z aduersitas ei nocet. q̄d ꝑbat Anſ. li.iij.c.iiij. de piro. Piruz inq̄t post cibū comestū ꝑdest ex eo q̄ est laxatiuū. Nā cōprimit cibaria ad locū decoctionis. et neruos ozificij stomachi ꝓfortat Si aū ꝓtan diū sumptū ꝓstipat. et si q̄s multa z sepe ex eis comederit vmes in vētre generāt z colericam passionē durā z incurabilez puocant. Et sic dit hoc declarādo. Cibus inq̄t z nutrimentū est g̃tia dei. Nā sicut ph̄s dicit. Ex eisdez nutrimur ex q̄bus sumus. Spūaliter aūt sumus ꝑ gratiam dei ꝑm illud Apli. j. Choz̄. xv. Gr̄a dei nutrimur. Si q̄s hoc cibo igit̄ vel nutrimēto refectus sit vicz q̄ gratiā dei habeat in se vtilit̄ pr̄ū sumit. qz ei nō obest si tribulationē incurrit qz licet tribulatio grauis sit ad portandum .tñ laxat. i. purgat pctm̄ z ꝓfortat animū z bonuz robozat. nā vtus in infirmitate pficit̄. ij Coz̄. xij Si quis aūt hoc nutrimēto est vacuus z ieiunus gratiā illius nō habens tribulatio aut aduersitas ei nocet. ex eo q̄ generat ei plerūq̄z cōstipationē. i. diuturne mētis desperationē impatientie inq̄etationē aut colericā. id est iracūdie implicationē seu implicabilē passionē. Q̄d aūt vtilis est aduersitas gratiā hūtib⁹ pz. ij. Regū xxiiij. de Dauid. q̄ cū nūeraret ppl̄m aduersa sustinuit. eo q̄ ppl̄m suum mozi ex pestilētia vidit. attū penituit d. Ego sum q̄ peccaui. Sz g̃tiam nō hūtib⁹ aduersitas duriciā mētis inducit sic̄ pz de pharaone q̄ intra flagella sua sp durioz effectus ē. vt ptz in Exo. et. xxiij. q. iiij. c. na buch. iō bonū est g̃ram hūtib⁹ vt h̄ pmanēt aduersitatib⁹. qz ꝑm Greg. Mala q̄ nos h̄ pmunt

ad deum ire cõpellunt.

¶ De eadem dñica Sermo secundus

Abijciam⁹ opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis ad Ro. xiij. Dicũt naturales. balustia ẽ q̃dã flos malognati. et ẽ frigid⁹ ⁊ sicc⁹. et hz vtutẽ restrigẽdi ⁊ desiccãdi humorẽ. Jõ valet ꝓtra dissenteriam ⁊ sanguineũ fluxũ vẽtris. Vomitũ etiã colericũ restrigit si cocta aceto sup furculã pectoris ponat vt volunt medici. Mozaliter hic flos significat deuotos ⁊ bonos hoies huius mundi q̃ quotidie flozẽt in vtutibus. iã in hũilitate. iã in castitate ⁊ interdũ i charitate. de q̃b⁹ in ps. lxxxiij. Jbũt de vtute in vtutẽ videbit de⁹ deorũ in sion. De his dz Isaĩ. ij. Flozes apparuerũt in terra nr̃a. De ipis etiã dicit xps Eccli. xxiiij. Flozes mei fructus honoris ⁊ honestatis. et recte sic̃ flos balustie cum cadit de arboze siue ramo colligit a medico. sic hoies deuoti cum cadũt de mundo scz operibus eius non ꝓsentiendo colligũtur a xpo celesti medico. Et ratio est qz adistar balustie flozes sunt frigidi ab estu. s. auaricie ꝓtinẽtes. et sunt sicci ab humoze ⁊ fluxu luxurie ⁊ ventris. restringũtq; vomitũ cole re. i. impetũ ire. Qđ aũt xps hos colligit quos mũdus abijcit. figuratũ est. j. Regũ. xxx. vbi legitur de puero egiptio. q̃ in via egrotare cepit quẽ Amalech ita egrotũ invia deseruit Dauid vero inde trãsiens eũ inuenit. cibo refecit. ⁊ duxẽ itineris sibi fecit. Mystice puer dz a puritate. et significat hoies bonos quẽ Amalech que interp̃tat gẽs bruta significãs malos abijcit et dimittit. Sed verus dauid xps hos colligit. et cibo sue doctrine eos pascit. Ideo dauid. Ps. lxxxiij. ait. Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei. Et qz deus bonos colligit ⁊ deuotos. Jõ nec̃e est vt opa tenebrarũ abijciam⁹ ⁊ vtutes induamus. ad qđ hortat apl's in vbis plibatis. Abijciamus g̃ opa. In q̃b⁹ ad duo nos monet. scz ad vicioꝝ abiectiõez. ibi. Abijciamus opa tenebrarũ. Ad vtutũ induitionem. ibi. Et induamur arma lu. De ꝓmo notandũ. hõ qui vult ascendere montẽ. si sup se habet aliqđ g̃ue põd⁹ vel onus difficulẽ aut neq̃ꝑ p̃t ascendere. iõ nec̃esse ẽ vt põdus dimittat in valle. Mistice q̃libet hõ nitiẽ ascendere in montẽ celestis curie. sicut de hoc diẽ venerabilis Boe. li. iij. de cõso. ꝓsa ij. Omis mortaliũ cura q̃ multipliciũ studioꝝ labor exercet diuerso q̃dez calle ꝓcedit. sz ad vnũ tñ btitudinis finẽ nitiẽ puenire. Sed certe hõ hz sup se pondus g̃ue pctoꝝ. et põt dicere cũ Dauid ps. xxxvij. Qm̃ iniq̃tates mee supgresse sunt capũ meũ. et sic̃ on⁹ g̃ue ⁊c. Ibo si voluerit ascẽdere nec̃e hz onus illud in valle hoc mũdi abijcere. qz cũ Dauid q̃reret ps. xiiij. Domine q̃s hitabit in tabnaculo tuo. aut q̃s requiescet in mõ. san. t. rñdit ex spũ Qui ingredit sine macula. Et ps. xxiij. q̃s inq̃t ascẽdet in mõtem dñi. aut q̃s sta. i lo. san. e⁹ ⁊c. Rñsuz fuit. Innocẽs manib⁹ ⁊c. q. d. Qui abiecit opa tenebraꝝ ⁊ onera pctoꝝ. et induit arma luci. i. vtutum. Ubi nota. aialia irrõnabilia docẽt nos abijcere vicia. Jõ Job remittit nos ad ea cum diẽ. c. xiij. Interroga aialia ⁊ docebũt te. et volatilia celi ⁊ indicabũt tibi. Prio igit̃ q̃ vult abijcere a se hec tria nociua elationẽ mentalẽ. dñatiõez tpalẽ. psperitatẽ mũdialẽ. interrogare dz cerũ ⁊ docebit eũ. Dicũt naturales. ceruus interoia aialia solus mutat cornua. qz eius cornua sunt solida. et iõ põderosa q̃re ea abijcit. ꝓpter põderositatẽ vt vult mgr̃ li. xiiij. ꝓprieta. rer. Et diẽ Arist. li. viij. aialiũ. Ceru⁹ eijcit cornua sua vbi difficile est ea inuenire Jõ dz i puerbio Vade vbi ceru⁹ abijcit cornua sua. Quid moralit̃ per cornu intelligit Uno modo elatio mẽ talis iuxta illud ps. lxxxij. Nolite exaltare i altũ cornu vestrũ. id est nolite vos exaltare in superbia. Hoc cornu diabolicũ abijcere debem⁹ ꝓpter multa. Prio qz eũ impedit. iõ deijcit ꝓpt qđ cornu ꝓpat tonitruo q̃ turres altas ꝓcutit et deijcit. Ipa cni elatio deiecit luciferũ cũ suis cõplicib⁹ de celo in terrã. vt ptz Ezech. xxviij. Eleuasti inq̃t cor tuũ in decore tuo. et in terraz pieci te. Et hoc mirat Esa. xiiij. Quõ cecidisti lucifer q̃ mane oziebaris. Ipa deiecit Adaz de paradiso Gen. iij. Saul de regno. j. Regũ. xv. Hoc perpẽdens dauid ait. ps. xviij. Emunda me a delicto maxio. Scdo modo infatuat. imo ad modũ ebrietatis Abacuc. ij. Quõ vinum potantẽ decipit. sic erit vir supbus Unũ scdm Glo. hoc modo potantẽ decipit. Ingredit enim blande ꝓuerb. xiij. Sz postea dñat in hoie et facit eũ fatue credere ⁊ loq̃. Sic etiaz supbia facit de se credere vel loq̃ fatue. Nonne supbe locutus est lucifer cũ ait. Ero similis altissimo. Esa. xiiij. Nõne fatue loq̃bat Michanor dux. ij Mach. xv. cũ diceret ei iudei. Deus potens ẽ in celo q̃ iussit. vij. diẽ celebrare. Rñdit. Et ego potẽs sum in terra q̃ iubeo sumere arma. Alio modo infatuat eodem modo quo inflatio facit solz ipz vilũ impedire. Supbia ei ẽ inflatio facit interiozis. de quo Job. xv. Operuit faciẽ ei⁹ crassitudo. Hanc inflationez mentis interiozis habuit btus Aug⁹. ante cõuersionẽ. idco dixit Facies mea inflata nõ sinebat me videre. Cretio supbia cõdemnat Sapie. v. dicũt damnati. Quid nobis ꝓfuit supbia aut diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis. quasi diceret. contulit nobis condẽnationẽ. Quarto cũcta pctã

de se parit Eccī.x. Initiū oīnis peccati superbia qui tenuerit eā replebit maledictis.id est vicijs vbi dicit Hlo.interlin.de superbia nascit heresis scisma.detractionis inuidia.verbositas .iactā tia.ꝓtentiones ꝛ hmoi .Hec mala ꝛ plura alia tangit metrista de superbia.vt habeť ex margarí ta sup decretū.Deijcit.infatuat.cōdemnat .de ꝑmit.inflat.Crimina cuncta parit virtutū ger mina perdit.Alio modo ꝑ cornu intelligit dña tio vel ptās tpalis.iuxta illud ps̄. exaltabitur cornu nostrū.i.ptās nr̄a .Et iterum ps̄.lxxiij. Cornua pctoꝝ ꝓfringā. et ptātes impioꝝ dis perdā.Vbi nota ptās humana assiłat brachijs Prio sic duo sūt brachia dextrū vicz ꝛ sinistrū ita duplex est ptās.vicz spūalis ꝛ tpalis.Spí ritualis ē vt dextrū brachiū .tpalis vt sinistrū Et sicut brachiū dextrū excellit sinistrū. ita po testas spūalis excellit secularē.de hoc Innoc. ex de maiorí.ꝛ obe.c.solite. ad Cōstantinū im peratorē.Quāta est inter solem ꝛ lunā tanta in ter pōtificē ꝛ reges drña cognoscať Sup quo Laurētius doctor. Duz luna sit septies maior terra.restat vt pōtificalis dignitas q̄dragesies octies sit maior dignitate regali. Secundo sic brachia sunt in ossib⁹ grossa.et medulla plena. sed exterius parū carnosa. Sic debent in ptāti bus vel dñationib⁹ ꝓstituti esse interius magni in vtutib⁹ ꝛ pgrū carnosi ꝛ nō voluptuosi. Vn dic canō.j.q.j.c.vilissimus. Vilissimus cōputā dus est nisi ꝑcellat scia ꝛ sanctitate q̄ est hono re pstantior. Prelatū igit esse peiorem pplo ab surdum est. Et ratio q̄re debēt esse vtuosi. quia sunt tanq̄ signū positi ad sagittā.vñ inferiores vitā eoꝝ inspiciūt.vt ex de accu.c.q̄liter ꝛ qñ Si ergo sunt magni in vtutib⁹ inferiores ab eis sumūt exēpla vtutū. Vn dr de vo.et vo.redēp. c.magne deuotiōis ꝑ Inno.iij. Nō a prelatis agit facile trabit a sbditis in exemplū. Nō aūt nō debēt esse voluptuosi rō ē .qr voluptuosos appellat phs.j.Ethꝫ.boies bestiales vitā pecu dū eligētes. Sed qr nō decet rectores aliorum esse bestiales sz valde rationales. Juxta illud Arist.j.Pollit.Boies intellectu ꝛ rōne vigen tes naťaliter sunt dñi ꝛ rectores alioꝝ .iō non debēt esse voluptati dediti. Sed de multis po tentibus mūdi dicit Laborintus Indulgentes plurimi cibo delicato toto nisi fuiūt ventri de licati viuūt sine regula sic pecus in prato. Ter tio brachia sunt valde vtilia sez ad leuandum. purgandū.stringendū repellendū.impugnādū et opandū.Sic illi q̄ sunt ī ptāte ꝓstituti debēt leuare humiles.portare debiles.stringere.id ē amplecti vtiles.repellere nocētes .impugnare hostes.et opare iusticiā in oēs.qr ipsi sunt du ces gregis ꝛ pastores.vt dr.vij.q.j.c.scisciter Quarto brachia sunt flexibilia circa tres iun cturas.sez circa armū .circa cubitū ꝛ circa ma nū Sic in ptāte ꝓstituti debēt esse flexibiles cir ca armos.i.circa superiores suos ꝑ obedientiaz ꝛ būilitatē.qr dicit btūs Aug⁹.li.ij.ꝓfessio. In ptātibus societatis hūane maior ptās minori ad obediendū ꝑpatur. Sz circa cubitos.i. cir ca medios debēt esse flexibiles ꝑ beniuolentiā ꝛ affabilitatē exēplo Titi impatoris.de quo re fert Suetoni⁹.q̄ cū adeptus esset imperiū qui uia instituit magis iocūda q̄ ꝑus. Affabilis fu it suis.nulli ciuiū aliquid recepit . sed in solitis collationibus ꝓtentus stetit Sic aūt nūc nō fa ciūt dñi terreni q̄ varias occasiones q̄rūt con tra ciues suos ꝛ rusticos .et occasione habita aufferūt bona eoꝝ. Sz audiāt tales sapientem Tūc sez in die iudicij stabūt in mag̃ constantia aduersus eos q̄ se angustiauerūt.ꝛ q̄ abstuleŕt labores eoꝝ Sap̄.v Et b.Aug⁹.ſ.xx.tractās illud Luc̄.xvi.Mortuus est diues ꝛc̄. Si inq̄t in ignē mittit qui nō dedit rē ꝑ pria vbi putas q̄ inuasit rē alienā mittēdus est. Si cum diabolo ardere debet qui nudū nō vestiuit vbi putas ar surus est q̄ eundem spoliauit .Sed circa man⁹ id est infimos debēt esse dñi terreni flexibiles ꝑ sbuenientiā ꝛ pietatē.qr debēt pauprib⁹ sbueni re eosq̄ nutrire.Quia dicit Aug⁹. de vbis dñi ſmōe.vi.loquēs de plātis.Bonus si fuerit qui tibi pest nutritor tuus ē. malus si fuerit tortor tuus est.Et certe magis iam sunt tortores pau perū q̄ nutritores.plus flectūtur ad rapacita tē ꝛ impietatē q̄ ad pietatē. Ideo dicit de ipis Hay.sup Apoc̄.Qui ptāte sua abutit ꝓtra ege nū ꝛ paupem ptās dař de oīnibus a deo cōtra eū Quinto sicut brachia sunt q̄nq̄ mortis indi catiua.qr sicut habeť in ꝑnost .Hipocrat .De nudatio brachioꝝ ꝛ inq̄etatio eorum in acutis morbis est mortiferū signū. Sic silr est in pote state ꝓstitutis.si sunt interius denudati virtuti bus ꝛ inq̄eti pacē sbditoꝝ destruētes.signū est q̄ respublica perit ꝛ ruit Prouerb.xxviij. Re gnātibus impijs ruina boīm. Ulterius nota ex quo dic̄ apls ad Ro.xiij. Nō est enī ptās nisi a deo. Concordat b.Aug⁹.xxiij.q.j. quid culpa tur. Ptās nō est nisi ex deo siue iubēte siue sinē te.iō nō est sp abijciēda ꝛ spernāda ab illis.ma xime qui bene sciūt pesse.et ad similitudinē esse brachioꝝ sustentatores egenoꝝ. Quia dic̄ b. Aug⁹.li.cōtra Manicheos.et habeť.viij.q.j. oliz Qui curā lucroꝝ refugit alioꝝ se impletū portabit opprobrioꝝ. Sed tamē multi ꝛ heu q̄ si oēs ptātib⁹ sibi a deo datis abutūtur deo cō tradicētes.iux̄ Hiero.cōtra Joui.Oīnis ptās que in hoc mūdo fuerit ptāti diuine ꝓtradicit. ideo nō est appetēda.sed magis abijciēda ꝛ fu-

ro coronabor. Discipulus enī in agone victori
osus z ignus erit corona mgri. Sexto necessa
ria est prudentia ad quā pertinent multa. Prio
vt ipa laudabiliter viuat. Aug⁹. in li. de doctrina

christiana. Non obedienter audiẽt qui seipm nõ audit. Et Greg⁹. in moza. Cũ imperio docetur qõ pus agit q̃ docet. Scdo vt oratione3 pmit tat. Aug⁹. Si orauit regina Hester, p sue gẽtis tpali salute locutura apud regẽ vt in os eius ꝼmonẽ ꝓgruũ dñs daret. quanto magis 7 orare debet vt tale munus accipiat qui ꝑ eterna hominũ salute in vbo 7 doctrina laborat. Tertio vt sniam plus q̃ verba diligat Aug⁹. Bonorũ ingenioꝝ insigne est in vbis verũ amare nõ verba. Idem i doctrina christi. Quid, pdest clauis aurea si aperire qõ volumus nõ ꝓt Et q̃d obest lignea si põt. quoniaz nihil querimus q̃ patere qõ clausum est. Quarto vt in docẽdo veritatez nõ deserat. Idez de doc. xpi. Minus intelligãtur. minus placeant. minus moueãt. que dicuntur pre falsitate 7 iniusticia. ac si dicta non sint videnẽ Quinto vt in docendo facilitatẽ habeat Aug⁹. in eodem. Quid prodest integritas quã nõ sequitur intellectus audiẽtis. Ideo dic̃ sapiens. Prouerb. xix. Doctrina prudentis facilis est. Et iesus syrach Eccĩ. iiij. Ne inq̃t abscõdas sapiam in eius decore. Quib⁹ cõcordat Amb. Melius est vt vos intelligãt populi q̃ vt commẽdent grãmatici. Septimo necessaria est p̃dicatori potẽtia. scz vt vincat diabolũ. mũdum. et carnez. vt sic exeat vincens. qz dr Apoc̃ .iij. Qui vicerit faciã illũ colũnã in tẽplo meo. Hec sunt nc̃cia p̃dicatorib⁹ quos mittit dñs. Postq̃ igitur misisset dñs p̃dicatores 7 p̃latos sbiũ git. Ite in castellũ. i. in mundũ qõ ꝓra vos est.

¶ Dicit notanr ite. q. d. nõ equitate qõ est cõtra m̃tos p̃latos q̃ eq̃tãt magnos 7 pigues equos Ubi nota q̃drupl̃r ꝑt apparere supbia p̃latoꝝ in eq̃tatur. Prio in m̃tiplicatiõe q̃ phibita eti am fuit regi. Deut. xvij. Cũ fuerit rex ꝓstitutus nõ multiplicabit sibi equos. nõ reducet pplm i egiptũ eq̃tatus numero sbleuatus. Scdo in nõ ncc̃io vsu equoꝝ. sicut accidit in illis q̃ p dimidiã leucã ire nolũt nisi eq̃tando. qui, p nihilo vidẽtur habere pedes cũ nõ ambulent in illis. de q̃bus ps. cxiij. Pedes habẽt 7 nõ ambulabunt Tertio ex nimia exq̃sitione equoꝝ. sicut accidit in illis q̃ volunt habere equos impiguatos ad pascendũ hoim oculos. et forte paupes dimittũt famelicos 7 morib̃udos. Qõ tñ est ꝓtra btm Jero. in li. de offi. Et ponit. lxxxvi distĩ. c. Pasce fame morientẽ. Quisq̃s pascendo hoiem fuare poteris. si nõ pauer̃ occidisti. q. d. Si tu p̃late potes equos tuos ipiguare posses 7 vtiq̃ pauperem cibare. qui nõ facis eum occidis. Quarto in superbo ornatu equoruz. sicut patet in illis qui equos suos faleris deauratis 7 dear gẽtatis ornant. et paupes nudos dimittũt. Cõtra illud Esa. lviij. Si videris nuduz operi eum 7 carnẽ tuã ne despexeris. Et Thob. iiij. de vestimentis tuis nudos tege. Sed qz multi prelati hoc nõ faciũt. sed potius equos suos de pte paupm fultiunt. ideo refert venerabilis Apiarius de quodam archidiacono q̃ solebat habere equos grãdes 7 faleratos. ille enĩ quodã die sedens in equo falerato 7 grãdi de eo cecidit 7 fractis ceruicib⁹ subito expirauit. Idcirco mlta sunt que possunt eos ab hac supbia cohibere Primũ est multiplex cõminatio quaz facit scriptura eq̃tantibus. Pria est zach̃. ix. Cõfundã tur ascẽsores equoꝝ. Scda ẽ eiusdẽ. c. xij. In illa die dicit dñs pcutiã oẽm equũ in stupore. et ascensores eius in amẽtia. Tertia ẽ Esa. xxxi. Ue qui descendũt in egiptũ in equis sperantes Scõm est exemplũ xpi qui nõ legit eq̃tasse. sed tñ semel asinũ eq̃tasse. et tũc ibat ad mortẽ suã in signũ q̃ multi equitãdo trãseant ad mortem eternã. Multũ etiã deberet mouere exemplum illud Zach̃. ix. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. iustus 7 saluator. ipe pauꝑ 7 ascendens super asinã 7 super pullũ filiũ asine. et dispердaz quadrigã ex effraym 7 equũ de hierusalẽ. Mirũ est q̃ nõ erubescat seruus eq̃tare ex quo dominus vadit pedester. Ideo dicit Berñ. Intolerabilis prudentie est vt vbi se exinaniuit maiestas infletur vermiculus 7 tumescat. Tertiũ est exemplũ sanctoꝝ. Indecens enĩ est ex quo filij dei scz viri scti 7 iusti pedites incedunt seruos diaboli equites incedere. De apostolis legitur Act̃. v. Ibant apli gaudẽtes. Ecce principes celi 7 terre sancti apli transeunt. et nunc serui eorum prelati equitant. Ideo hoc puidẽs in spiritu Salomon ait Eccs. x. Vidi seruos i equis. et principes quasi seruos ambulantes super terrã. vbi per principes intelligũtur apli. q̃ bus aplis dñs p̃cepit di. Ite q. d. Nõ in equis sicut supbi. sed pedites vt hũiles. Ite in castellum inquit quod contra vos est. vbi per castellũ intelligit mũdus q̃ respectu celi est quasi castellũ 7 ciuitas pua. de qua Eccs. ix. Parua ciuitas 7 pauci viri in ea. Uenit cõtra ea rex magnus qui vallauit eam 7 extruxit munitiões per gyrum. Inuentus est in ea vir paup 7 prudens qui liberauit vrbem p sapientiam suam. et nullus. Deinceps recordat⁹ est pauris illi⁹. Mo ꝼraliter ciuitas parua ẽ mũdus q̃ puus est respectu celi. qz spera mũdi compata ad speraz celestẽ ẽ q̃si nulli⁹ q̃ntitat̃. Qõ, pbat boe. li. ij. d. cõso phi. psa. vij. Qis ẽre ambitus ad celi spaciũ scz compatus pũcti ꝓstat obtinere rationẽ. Et subdit exponẽdo. id est si ad celestis globi magnitudinem conferatur nihil spacij, pfus habere iudicet. quasi diceret Quantitas terre nulli⁹ estimatiõis est in ordine ad q̃ntitatẽ celi. Et

subdit hō cām exiguitatē mōi regiōis. q̄rta enī fere portio ē que a nobis cognitis aiantib⁹ incolat. Dicit enī auctor spere materiat Joh. de sacrobusco. q tres ptes terre coopte sunt aqs z terra natat in aqs. et solū q̄rta ps discoopta est. ppē vitā aiantiū tuendā Jō dic etiā Aristo. iiij. methaph. Locus apud nos q̄ ē spera actiuor z passiuor ē q̄ nīa ps respectu celi. q̄re merito dr ciuitas pua p sapientē vel castellū q̄i paruū castrū per os xp̄i. Sz per regē magnū q̄ vallauit mūdū intellige diabolū q̄ ē rex sup omnes filios superbie Job. xli. vir aūt paup z prudēs xp̄s est q̄ mūdū p suā prudentiā liberauit. Sm illud Job. Prudētia sua ptransiuit supbuz tes referat. Mittēs igit xp̄s discipulos dixit. Ite in castellū qd ptra vos est. q sp mali z tirānī in mūdo sunt ptrarij pdicatorib⁹. sic figura tū est Nūeri. xxiij. de balaā cui dixit angelus. Peruersa ē via tua ptraria q̄ mi. Balaā interp̄tat deorās vl pturbās pplm. et significat quēlibet tyrānū q̄ hic in mūdo vt dic ps. deorat paupem in abscōdito z pturbat eū. Sz p angelū intellige quēlibet pdicatorē q̄ dr angel⁹ exercituū Malach. ij. Cui ptrariātur mūdani hoīnes. sic testat b. Amb. libere inqt z absq vlla adulatiōe vitatē pdicātes nō babēt gtiā apd hominēs. sz tñ nō ppē hoc debēt dimittere pdicationes. sic nec angelus cessauit impedire balaaz Esa. lix. Clama ne cesses q̄i tuba exalta vocem tuā. et ānūcia pplo meo scelera eor. Quantuz ad tertiū p̄bēdit pctōr solutionē cum dic. Et ste z adducite mi. Circa qd ē notādū. p asinum intelligit pctor vl gen⁹ hūanū. qz ē pōderosus ad cadendū. tard⁹ ad penitēdū. piger ad opandū. timid⁹ ad amittēdū. stolidus ad puidendū nēdū. Prio igit asin⁹ est pōderosus. qz est aial melācolicū. frigidū z siccū. iō naīaliē est pōderosum. sic ois pctor est frigidus. ppē pctī pūtiā et sicc⁹ p gr̄e carētiā. iō bñ dr pōderosus. et lacrimabiliter posset dicere cū. dd ps. xxxvij. Iniq tates mee supgresse sunt caput meū. i. rōz oppſſerūt. Caput enī aie ē rō. et sic onus gue gquate sunt sup me. Sūt enī pctores similes ethiopi. d quo legit in vitaspatrū. q btūs Arseni⁹ qui habitauit in heremo licie. talē vidit visionē. venit ad eū vox dicēs. Egredere z ostēdenī tibi opa hominū. Et egressus vidit ethiopē nigrū cū securi scindentē lignū. et facientē grandē sarcinā et temptauit leuare eā. et pre magnitudine non poterat. Et iterū cedebat alia ligna z addebat sarcine. Ethiops niger est homo peccatis denigratus Treno. iiij. Denigrata est facies eor super carbones. et non sunt cogniti in plateis. Hic enī cū sit onerat⁹ peccatis multis. tamē superaddit alia. et sic adeo ponderosus fit q disponitur ad casum eterne dānatiōis. Quia dic Cassiod. sup vbo. sicut onus gue tc. Pctā velut plumbū deorsum depmūt ac demergūt. Et qz pctī pōderositas disponit ad cadendū. ideo dicit dñs Esa. j. Ue gēti peccatrici. pplo grauiniqtate. semi neq. filijs sceleratis. Secūdo peccator est tardus ad penitendū. Recte enī sicut asinus ē aial tardū. et causat hoc debilitas calorīs. ex quo sunt debilis calorīs. tūc caro eorū redditur grossa z dura. que quidez duricies causat tarditatē. Sic etiaz pctōr tardus, pprie langsam. ad penitendum, puenit. Illa tarditas causat ex hoc q pctōr longā vitā sibi repromittit. Sed hec repromissio est neq̄ neqor nequissima. Juxta illud Eccī. xxix. Repromissio neqssima multos pdidit. Est enī ideo neq. qz sibi vsurpat peccator in hoc q, pprius est dei. scz de futuro tpe disponere. de quo dr Act. j. Nō est vestrū nosse tpa vel momēta que pater posuit i sua potestate. Nequior vero est. quia cū tēpus infiniti valoris sibi a deo datum tā fatue expenderit. adhuc tamen psumit q deus multū temporis sit sibi daturus. Tali fatuitate laborans laborat quasi ille qui thesaurū sibi magnū a patre datū ad negociandū fatue expendisset. z ad huc large expendere vellet dicēs. Bene possuz expēdere qz pater meus adhuc dies satis dabit mihi. Cui respōderi posset. Uerū est qz ista bñ custodisti que tibi iam dedit. Tales deberēt aduertere q hoc dñs tpe Noe recepit de tēpore penitētie hominibus promisso sm Straboñ. sup Genē. viginti annos. eo q videbat q hoies penitere nolebāt. Si vo tūc dñs, pmissum tps nolentibus penitere abstulit. quid faciet de ist⁹ quibus nūc tps penitētie, pmisit. Ideo dic Sapiēs. eccī. vi. ne tardes querti ad dñm. et ne differas de die in diem. Subito enī veniet ira illi⁹ et in tempore vindicte disperdz te. Nequissima vero est. qz talis tempus nō solum sibi datū pdit. immo etiā in cōtumeliā ipius largientis expandit. et futurū tempus in contumeliam eius exponere disponit. Ad quod potest referri illd Joh. xxiij. Dedit eis deus locum penitentie. z illi abutūtur eo in superbia. Tertio sicut asin⁹ piger est ad operandum. quia nisi baculetur piger incedit. Sic peccator piger est ad operandū illud quod ad salutez suam videtur ptinere. aut necessitatē vite. Igitur q̄ piger est ad operā dū pro salute anime. manifestum est q celū nō potest recipe. qz celū est merces eor qui operarij fuerunt. Math. xx. Voca inquit operarios et redde illis mercedē. In padiso etiā terrestri

nō recipiet.qz Gen.iij.dz.Tulit dñs hominem. et posuit eū in paradisum voluptatis vt operaretur. In purgatorio etiā nō recipiet .Quia dz in Ps̄.lxxij. In labore hominū nō sunt.et cum hominibus nō flagellabūtur scz ī purgatorio .iō solum in inferno digni sunt recipi. Jō b. Aug⁹. in Ench.xvi horta.Quantū inquit possumus fructū iustīcie afferre studeamus timētes illud Math.xij.Oīnis arbor q̄ nō facit fructus bonos excidet z in ignē mittet .Nec sn̄ia euidēter oīndit q nō solū malū feciſſe .verūetiā bonū nō egisse dānabile est.hec ille.Si aūt piger nō operatur,p necessarijs vite erit in egestate .iuxta illud Prouer.xxi.Piger semper in egestate ē. et Prouerb.vi.Si fueris piger veniet tibi q̄i viator egestas.Qui aūt opatur terrā suaz satiabit panibus Prouerb.xij. Jō legit in vitaspatrum li.ij.c.xli.q abbati dicebat Jobes.magis velle securus esse sicut angeli securi sunt nihil operātes sed deū sp tm̄modo collaudātes.Et,prjecto pallio egressus ē ī heremū.factaq̄ septima die regressus est ad fratrē suū pulsans ad hostium. et ille ei nō aperuit z dixit. Tuq̄s es.Qui dixit.Ego sum Jobes .Rn̄dit ei frater z dixit Jobes angelus factus est. Ille autē rogat non sum d.Et noluit ostium aperire donec luceret. Mane dixit ad eū.Si hō es ncc̄e habes opari vt pascaris.At ille se,piecit ad pedes eius z dixit.Indulge mihi alba.Quarto peccator est timidus ad amittēdū.recte sicut asinus,ppt̄ naturā melancolicā semper timidus est.sic peccator semp est timidus.Timet enim amittere tpalia z alia sibi mala eueniētia.et hoc ē signum q deus recessit ab eo Chayn post peccatū fratricide tremulū caput habuit .et adeo timidus fuit vt dño diceret .Oīnis q̄ inuenerit me occidet me Gen.iiij.Et,ppter hūc timorē ipe pius fuit. qz ciuitates murauit timēs quos ledebat.et obscuritatē se z suis in vrbibus collīgebat .vt dic̄ Vincen.in spe.histo.li.ij.c.lvij. Ad idē legitur Leuit].xxvi.Si sprxeueritis leges meas.et iudicia mea ptemspseritisvt nō faciatis ea que a me cōstituta sunt.et ad irritū perducatis pactū meum.hoc quoq̄ faciā vobis.Corruetis enī corā hostibus vestris.et sbijciemini his q̄ odeūt vos fugietis enī nemine persequente .Et ibidem dicitur.Terrebit vos sonitus folij volantis. Sz talem timorem iusti non habent.Quia Prouerbioz xij.dicit.Non ptristabit iustum quicquid ei acciderit. Jdeo ait dauid Ps̄.xxij .Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala quoniam tu mecū es Quito pctōr est stolidus ad,p uidendum .Sicut enī asinus est animal stolidū sic peccator est fatuus ad bona sibi ,puidenda. Cōtra quos dicit aplʒ.ij.Cor.viij .,puidem⁹ bona nō tm̄ corā deo sed etiā corā oīnib⁹ bonibus.Est tm̄ notandū q multe sunt stultīcie peccatoris.Prīa q ipm diabolus illaqueat Job. xviij. Immisit rete pedez suū. vñ q pedē in rete mittit nō cū voluerit eijcit.sic q̄ peccatis se inijcit nō cū voluerit surget .Qua dicit Prouerbij. Iniq̄tates sue capient impiū. Glo. Pascasij. Sicut hamus piscē. sicut laqueus auem .et sic̄ fouea lupū.sicut latro mercatorē. et sic̄ leo venatorē.sic funibus pctōr suor ꝓstringet glo. eiusdē.vt nec pedez boni affectus moueat .nec manus boni opis.sed sicut latro victus ad pabulū ducat.Scōa q q̄si insanus in seipm mat nus mittit infligendo sibivulnus insanabile.dz enī de pctō Eccī.xi.Plage illius nō est sanitas immo qō plus est seipm occidit.iuxta illud Sap. xvi.hō p malicīā occidit aīam suā. Jdeo legit Luce.x.de illo q incidit in latrones qui expoliauerunt eum.et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto.Et dicit notāter semiuiuo.quia liget peccator viuat fm corpus .tm̄ quo ad aiam mortuus est fm illud Aug⁹.in li.de vā innocē tia.Aīa per pctm̄ pīt̄ia xp̄i carēs q̄ est vita aie merito dz mortua.Tertia stultīcia pctōris asimi.qz oīa bona aie p pctm̄,pijcit.sic̄ ꝓphet Ozee.viij.,piecit isrl bonū. Dīa enī bona q̄cūq̄ fecit amittit.bona etiā q̄ agit in statu illo vā bōa nō sunt. qz nō sunt sibi meritoria. vñ q mortale pctm̄ cōmittit fac̄ sicut q̄ ignē ī ,ppria domo ponit q omnia destruit.Quarta stultīcia q se charissime a deo emptuz.diabolo vilissime vendit .Dīa enī pctōris fuit empta pcioso sanguine xp̄i.vt.j.Pet.j. Non inquit corruptibili bus auror argēto empti est sz pcioso sanguine agni incōtaminati. Sed heu hāc,p vilissimo pcio scz,p ere vēdit pctōr.sicut dicit Amb .in li.de vera vita btā.et ponit.xv.q.j.c.nō ē. Ne minē diabolus iugo fuitutis astrictū p̄sidet nisi se ei prius ere pctōr vēdiderit. sed qz pctm̄ est nihil Job.j.Sine ipo factū est nihil.i. pctm̄ Jō dic̄ sapiēs,puer.ix.Qor īpioꝝ,p nihilo vocatur.Et Esa.iij .Gratis venūdati est̄. Quia stultīcia q ab auctore oīm rerū vel bonor deserit. Jō nō est mirū si male ei sit.Quia dic̄ Augʒ. Tale bonū est deus vt nemini eū deserenti bene sit. Quare cōminat eis eternū ve q̄ a deo recesserūt Ozee.vi. Ve eis qz recesserunt a me Sexto peccator est aptus ad pctōr onera portandū.Sicut enī molendinator aptiori z fortiori asino maius on⁹ imponit.et debiliori debilius.sic diabol⁹ aliq̄b⁹ hoīb⁹ maiora onera imponit vicior vt torq̄ant in inferno fortioribus cruciatibus.iuxta illud Sap̄.vi Fortioribꝰ fortioribus instat cruciat⁹. Aliq̄b⁹ etiā miora ipōit fm q̄ videt eos posse portare.Et sic scōm peccata

penam sustinebit vnusquisq;. quia dicit Bern̄. li.medi.capitulo.iij.iuxta qualitatem culpe sustinebit vnusquisq; gehenne similes iugiter cruciatus. Septimo peccator est patiēs adinstar asini ad laborem mundi sustinendum. sicut claret primo de auaris qui sustinent patiēter multos labores vt fiant diuites. de quo metrista. Impiger extremos currit.mercator ad indos per mare pauperiem fugiens. per saxa p ignē.

E Secundo etiam patet de luxuriosis q̄ multotiens per annū patienter vigilias t labores multos sustinent.vt peccatum illud expleant sicut ponit exemplum Salomon Prouerb̄.vij. dicēs.de fenestra dom⁹ mee p cācellos ꝓspexi et vidi puulum t considero vecordez iuuenem qui trāsiuit p plateā iuxta angulū. Et ecce mulier occurrit ei ī habitu meretricio de appzehē sum deosculabatur iuuenē .vbi per trāsitū per plateas vult innuere vigilias q̄s faciūt luxuriosi t labores.ideo dicit dñs Osee.iij. Sepiam vias tuas spinis.spine iste sunt vigilie timoris expense.et sollicitudines precedentes hoc peccatū.de quo dicit Bern̄. O quāte vigilie q̄ modicū festum in nimia libidine. Tercio manifestuz est de superbis q̄ patienter sustinēt labores vt p hos veniant ad honores.sed nesciunt quid dicit. Inno.papa de hmōi supbis.li.ij.c. xxiiij.esto inquit vt sublimet quis in altum ꝓuehatur ad summū statum cure succrescunt.solicitudines cumulant.extendunt ieiunia.vigilie ꝓdunt. Ex quibus natura corrūpitur.spiritus infirmat.corpus destruitur.amittit vtus et attenuat.et sic in seipo deficiens nō dimidiat dies suos.sed miserabilem vitā miserabili fine concludit. Hec ille. Hee aūt sunt septē similitudines quare asino cōparant peccatores iō dicit dñs. Statim inuenietis asinam t pullum

F cum ea. Sanctus enī Amb.p asinam intelligit euā.sed per pullum adam.quia sicut pullus fit ab asina.sic adā factus est asinus ab eua. q̄ vt probat magister li.ij.dist.xxij.plus peccauit mulier que voluit vsurpare diuinitatis eēlitatem que t nimia p̄sumptione credidit ita esse futurū.sicut serpens dixerat .adam vero illud non credidit.et de penitētia t misericordia dei cogitauit tamē vxori morē.i.voluntatez gerēs cuius psuasioni ꝓsensit nolens eam contristare.et a se alienatam relinquere ne periret. Ex quo patet q̄ adam factus est quasi pullus asininus ab eua. Ideo etiam dicit Apostolus.j. ad Thimo.ij. Adam nō est seductus.s.primo ſm Aug⁹.sed eua .Et hoc est qđ dicit Gen̄.iij. Mulier quā dedisti mihi socīā dedit mihi t comedi. Unde Amb.super Math̄. Ideo asinam et pullū legimus .vt q̄ in duobus hominibus vterq; sexus fuit expulsus.ita t in duobus animabus vterq; reuocaretur.sed per asinam alij intelligunt iudeos qui alligati erāt per legem. et p pētbateucon.p pullu vero qui liber erat intelliguntur gentiles qui libertate fruebātur Sed moraliter hec animalia significāt quēlibet peccatorē quez diabolus ligatum tenet cathena pctōz quā diabolus facit ſm Aug⁹.li.confessio. Facit enī malā voluntatē ex qua facit libidinem.deinde cōsuetudinē.ex illa necessitatē ex necessitate obstinationē.et tandez obdurationem.et sic miser peccator ligatur adeo dure q̄ per se nō potest se soluere.q̄ tamen ꝓpitius dñs qui perire neminē vult mulcēs predicato- G res precipit eis .Soluite t adducite mihi . ad quos intelligendum dicit magister .li.iij.sententiarū.dist.xviij Quidam arbitrati sunt cuz peccator dupliciter teneat ligat⁹.scz indignatione dei.et debito pene alteruz curari p dñm. alterū solui per sacerdotē.et infra.q̄d infra ī resuscitatione lazari signatū est quē xp̄s p se pri⁹ interius viuificauit. Deinde foras iussit exire eū quē adhuc ligatū absoluere a peccatis p̄cepit. Glo.q̄d est iniungere satisfactionē .et infra solu unt sacerdotes cum de satisfactione aliq̄d dimittunt.vel per eā purgatos ad sacramentoz cōmunionē admittūt. Et hoc est q̄d dicit euangeliū q̄ discipuli adduxerūt asinam et pullum ad iesum.q̄ autem vestimenta imposuerunt asine significatur q̄ predicator vel confessor debet imponere peccatoribus bona opera vt largitionē elemosynarū auaris.sicut dñs ait Daniel.iiij. Peccata tua elemosinis redime.vel castitatem luxuriosi.humilitatē supbis ꝛc̄.vt sic sedere possit sup eos dñs hic in gr̄a.t in futuro in glozia. Quātū ad quartū ponit obsequoz exhibitionē cū dicit euāgelista. Plurima aūt turba ꝛc̄. Consuetudo est hominum laudabilis vt cum rex ip̄oz venit in regnum q̄ occurrunt ei deponētes vestimēta vilia t induunt melioza t si talis rex veniret ad vincendū inimicos merito cum ramis palmarum ei in signum victorie obuiarent. Si autem esset rex pacificus cū ramis oliuarum esset sibi obuiandu. Si vero esset mundus vel castus cum florib⁹ esset bonorandus. Spiritualiter dñs noster hiesus chri- H stus rex magnus sup omnē terrā.vt dic̄ . ps̄. xlvi. Dignatur venire ad nos vt pater ad filios visitandos.vt frater ad lapsos subleuādos vt medicus ad infirmos visitādos t sanandos vt socius ad tribulatos ꝓsolandos.vt dñs seruos p̄miādos. Primo enī dico q̄ venit ad nos vt pater ad filios visitādos,ꝓpter septē vtilitates. Primo vt nos filios suos ī fide generaret sicut enī pater carnalis filios generare natura

liter appetit vt naturaz quã nõ potest ꝓuare in se seruet in filijs sicut christus. ideo in mundũ venit vt nos in fide spũaliter generaret. Ante enĩ xp̃i aduentũ fuit varius erroz ita vt etiam viri magni errarent. sicut dauid qui dixit ꝑs. cxviij. Errauí sicut ouis que perijt. ideo veniens xp̃s errores abstulit. et nos filios dei ptu riuit. ideo dicit Joh. j. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri his qui credũt in noĩe eius. Scdo vt nos filios dei adoptaret. sicut enĩ pater ad filiozũ generationẽ de sua ſba transfudit. cum hoc tamẽ suã naturã nõ minuit. ita xp̃s vt nos filios faceret dei sine diuine nature diminutione seipm nobis dedit. nam idem manens ĩ deitate apparuit in humanitate. sicut canitur. Id qõ fuit pmansit. et qõ non erat assumpsit. Tertio vt nos locupletaret. sicut enĩ pater intime diligẽs pueros suos sepe sibi necessaria subtrahit vt eos nutriat z pascat. sic xp̃us adeo dilexit nos vt paup appareret in terris vt nos diuites faceret. Juxta illud Apli ad Chozinth. viij. Scitis. i. scire debetis gr̃am dñi nr̃i ihesu xp̃i qui ꝓpter nos egenus factus est. cũ eẽt dives. vt illius inopia diuites essem⁹. De hoc dicit etiã Berñ. in sermone. forte aliqs arbitraretur aliq̃ filio dei sublimia esse q̃renda pallacia. vt cũ gloria rex glorie suscipetur. sz nõ ꝓpter hoc a regalibus illis sedibus venit. nam in sinistra eius diuicie z glorie. ĩ dextera eius diuturnitas vite. hoz oĩm eterna ĩ celis affluẽtia sup petebat. sed pauptas non inueniebatur in eis. Pozro in terra abundabat z nesciebat hõ pre ciũ eius. Hanc inq̃ filius dei cõcupiscens descendit vt eã eligeret sibi z nos quoq; sua egestate faceret precios. Quarto vt nos informaret. sicut enim pater erudit filios. ſm illud Eccĩ. vij. Si filij tibi sint eruditi illos z arces eos a puericia eoz. sic ad nos ideo xp̃us venit vt nos verbis z exemplis erudiret. ideo dicitur. Actl. j. Cepit ihesus facere z docere. et Apl̃us ad Thimo. v. Apparuit benignitas z humanitas saluatoris nostri dei. scz vbo z exẽplo erudiens. vt abnegãtes impietatẽ. i. idolatriam et seculares desideria. sobrie. s. in nobis z iuste. s. ad ꝓximũ. et pie scz ad deũ. viuamus in hoc seculo. Quito vt filios suos castigaret. sicut enĩ pater ex amore filios suos corrigit z castigat. iuxta illud Eccĩ. xxx. Qui diligit filiũ assiduat illi flagella z verbera vt tolletur in nouissimo suo. sic z xp̃s ideo veĩt vt flagellaret filios malos vicz Joh. v. q̃ fecit flagellũ de funiculis z eiecit vendentes z emẽtes de templo. Sexto vt filios suos sub custodia mãciparet. sicut pater cũ decedit filios suos sub custodia tutoris ꝓstituit. sz q̃m diuti⁹ cũ eis ẽ curã eoruz gerit. Sic christus cum per suã incarnationẽ esset cũ filijs suis in cura eos habuit. sicut dixit Joh. xvij. ad patrẽ. Cum essem cũ eis ego seruabaz eos quos dedisti mihi custodiui. q̃n aũt p mortez abijt sub tutela ꝓtoz dimisit quoz vnus fuit beatus petrus z principalis cui commisit oues suas Joh. vlti. Pasce oues meas. ĩo dicit Apl̃s ad Hall. iiij. Quanto tpe heres puulus est. nihil differt a seruo cũ sit dñs oĩm. sz sub tutozib⁹ est vsq; ad ꝓfinitũ tempus a patre. Qõ exponit Anselm. dicẽs. Talis debet esse bonus christianus. i. heres futurus celestẽ patriã sperando. puulus se humiliãdo. seruus mandata dei custodiendo. dñs oĩm. s. tpaliũ ea cõtẽnendo. sub tutozibus. i. prelatis se voluntarie subijciendo. Septimo vt nos hereditate cõdonaret. sicut enĩ pater filijs hereditatem acquirit et donat. nec ꝓt eos exhereditare nisi ex certis causis. que ponũtur in glo. exheredare. c. quidam vallis. de iurĩur. et habentur originaliter in auten vt cũ de appl̃. cogno. §. causas. coll. viij. sic xp̃s ideo venit vt celestẽ hereditatẽ nob acquireret z donaret. Quare dixit Apl̃s ad Galathas. iiij. Jam nõ est ſuus sed filius q̃ si filius z heres ꝑ dñm. Scdo venit xp̃s vt frat̃ adapsos subleuãdos. Ipe enĩ frater z caro nr̃a ẽ Gen. xxxvij. Quare de lapsu primi parentis doluit. et ad ipm cũ suis posteris subleuare veit. qõ philologus declarat de elephante dicens. Cum elephas vult pausare accũbit arbozi q̃m notat venatoz. et occulte arbozem concauat z clam sedens requiem eius spectat. veniens igitur elephas securus vt prius. arbozi se incumbit. et cuz ruenti. i. cadenti arboze ruit. sicq; bomo nõ aderit gemit elephas z barrit. Tũc vnelephas curret z eleuare cupit. sed cuz nequit plozat z barrit. sicq; multi alij conueniunt. et cum nõ possunt subleuare simul voces emittũt et tandez veniens minimus eleuat ipm roſtro suo. Et exponit hoc sic Jero. Sic homo primus scz adam per lignũ cecidit quẽ moyses voluit tollere nõ potuit. post hunc pphete voluerunt non potuerunt ipsoruz precibus. venit ad hos dñs qui cum sit paruus. quia deus homo factus sic releuauit eum recõciliando reũ. Tertio venit vt medicus ad infirmos curandos. cũ enim homines sani sunt de medico non curant neq; enim aduocant. si autem infirmitates sentiunt medicũ rogant vt ad eos curãdos festinet. sic patres antique legis qui aduertebant ad infirmos vocabant medicũ celestẽ. et ꝓ sanitate petebãt quoz vn⁹ fuit dauid. ꝑs. vi. dicẽs. Miserere mei domine quoniaz infirmus sum sana me domine quia peccaui tibi. Alius fuit Jere. xvij. c. Sana me domine z sanaboz saluum me

fac ⁊ salu⁹ ero qm̄ laus mea tu es. Alij dixer̄t ps̄. xvuj. Adiuua me deus salutaris noster et ppter gloziā nois tui dñe libera nos .quasi dicerent. Tu noiaris deus noster ⁊ medicus .et tu deus noster .et nos populus tuus .et ideo liberatio ⁊ sanitas .sanatio pertinet ad gloziam nois tui dñe. Et ppitius esto peccatis nostris ppter nomē tuū .i. ppter tuā bonitatē ⁊ nō nostram iusticiā .sic clamabant ⁊ ingemebant infirmi aduentū xp̄i .idcirco puocatus eozum gemitibus ait. ps̄. xi. Propter miseriā inopū .et gemitū pauperū .nunc exurgam dicit dñs. Ex hoc lucet q ppter peccata hoīm venit xp̄s in mundū .ō dicit sanct⁹ Aug⁹ .nulla causa veniendi deo fuit nisi peccatozes saluos facere .tollere mozbos .auferre vulnera .totū enī gen⁹ humanū perierat ex quo vnus peccauerat in quo totū fuerat .ideo venit sine peccato .vt oēs saluos faceret sub peccato .nō enī de celo traxer̄t eū nr̄a merita sz peccata. Quarto venit vt soci us ad tribulatos ꝓsolandos .ō assimilat̄ crisolito lapidi pzecioso .de quo dicit Hugo in dida sca .q in auro positus .et in sinistro latere pozratus terrere dicit̄ .et fugare demones .qui etiam cōtra timozes nocturnos iuuat .et melāco liam euacuat. Hec verissime xp̄o ꝓueniūt .ante cuius aduentū hoīes ī tribulatione fuerāt .ppt terrozes demonū .ppter qō dixit Dauid. ps̄. lviij. Timoz ⁊ tremoz venerunt sup me .sed ille vere crisolitus dñs noster ies̄us xp̄s in auro fuit positus quādo a sanctis patrib⁹ vt eoz̄ consolatoz fuit dilectus .sicut Dauid qui ait. ps̄. xvij. Diligam te dñe fortitudo mea. Et sic aurū oīa metalla excellit .ita amoz sanctoz patrū excellens fuit .sicq xp̄s positus in dilectionis auro in sinistro latere ab eis portabat quā do tribulationē ⁊ aduersitatem pzo xp̄o libent et patienter patiebantur .scientes veraciter ipsum vēturū .et ipos ꝓsolaturū .ideo dicere potuerūt illud dictū beati Ambzo .in li. ozationū Consolationē a te bone ies̄u iugit̄ expectamus qui mala nostra omnia abbzeuias .alleuias .in gaudiūq ꝓmutas .idcirco ipe sic desiderat⁹ .⁊ patienter expectatus venit ⁊ demonia fugauit quando ea ab obsessis eiecit. Math. viij. Uel etiam per demones intelligūtur tēpestates manifeste .quas christ⁹ fugauit .et timozes nocturnos .i. temptationes occultas que magis sunt timende .et euacuauit melancolias ⁊ tristitias consolationem infundendo .vt tunc quilibet dicere potuisset cum Dauid ps̄. xcvij. Secundū multitudinem dolor̄ meozum in cozde meo ⁊c

℟ Quinto veit xp̄s vt dñs ad seruos pzemiandos .ipsi enim sancti homines in antiqua lege .et patres laborabāt .⁊ pondus diei ⁊ estus portabant qui signati sunt in illis. Math. xx. Qui dicebant nos portauimus pondus diei ⁊ estus et quia dignus est mercennarius mercede sua Luc. x. Ideo dignū fuit vt xp̄us dñs ies̄us veniret .et hos qui tamdiu opati sunt iuuaret pducendo eos in refrigeriū eternum. De tribus vltimis vtilitatibus aduentus xp̄i .dicit Beda in persona christi venio vt infirmū sanē vt pugnātes ab hostib⁹ defendam ⁊ triūphantez remunerem. Ecce rex iste venit vt pater ad filios visitandos .vt frater ad lapsos erigendos ⁊c. Idcirco debemus ei occurrere ⁊ more puerorum hebzeozuz obsequia exhibere. Primo igit̄ q iste rex venit ad vincendū inimicos nostros ideo laudabile ē vt cū ramis palmaz ei occurramus in signū sue victozie eo q palmaruz rami significāt victoziā .q dicit Ysi. li. xvij. Palma est arboz victozialis sic dicta .eo q manus victozis vel obtinentis victoziam est oznatiua Sz mozaliter palma significat quēlibet hoiem Primo ppter humilitatē .quia sicut palma habet radicis pfunditatē .sic debet quilibet in aduentu xp̄i habere mentis humilitatē .quis enim xp̄o cū humilitate nō occurrat .ex quo ip̄m tm̄ pro nobis humiliatū videat .exinaniuit inquit Aplus ad Phil. ij. Semetip̄m formā serui accipiens scōm habitum inuentus vt homo .ecce homo verus Ysaac ambulabat in agro humilitatis .idcirco descēde de camelo elationis .fac inq̄ ad exemplum rebecce Gen. xxiiij. Que cū videret Ysaac ambulare p agruz descendit de solio in quo sedebat et dixit ad seruum qui euz ducebat .quis est ille homo qui venit p agruz? Cui puus .ipe est dñs meus .at illa cito tollens palliū et operuit. Rebecca interpretatur multū accepit .et significat aiam hoīs q̄ certe multum accepit a xp̄o .sic de hoc venerabilis Hugo in li. de arra aie dicit .quid inq̄t dedit tibi .o aia mea sponsus tu⁹ .tu nosti qō accepisti .et ne cesse habes adhuc meli⁹ nosse ne incipias. De L
his que accepisti presumere gratias non referre. Et subdit .precogita o aia q aliquādo non fueris .et vt esse inceperis. Hec cuius dono acceperis .nūquid amplius dicit .nō solū esse sed pulchrū esse ⁊ formosam esse. Adhuc aliqd pl⁹ dedit scz magis te ad similitudinē traxit suam Hec ille. Ecce q magna accepit anima nostra hec ⁊ plura alia .videat igitur anima nr̄a ysaac qui interp̄tatur risus .significans xp̄m qui est risus ⁊ gaudiū sanctoz .pedibus ambulantem p agrū in hūanitate assumpta. Juxta illud Baruch .iij. Post in terris visus est .et cū hominibus cōuersatus est .et post q̄ viderit eum interrogat .q̄s est iste homo qui venit p agrū scz humilitatis .cūc rñdent serui dñi .primus Dauid.

ps̃. xxiij. Ipse est dñs fortis ꝛ potens in prelio. scdus est ysaias. Iste formosus in stola sua scz humilitatis ꝛ humanitatis. Isa. lxiij. tertꝰ est princeps apl'oꝝ petrus qui habet ad hanc interrogationē respōdere. iste est in quez desiderant angeli. pspicere. pet. j. Ad vltimū respondit btūs Tho. Cuz querit aīa quis est iste. ipse inquit est dñs meus ꝛ deus meus. Johan. xx. His rationibus auditis merito descendit anīa a lachrymis camelo ꝓprie voluntatis et pedibus graditur humilitatis xp̄o humiliter occurrendo. et eius incarnationē admirando. et euz toto corde venerādo. qz dicit Bernñ. Justo dei iudicio hic dānatur. qui nō aduentuz christi in carne toto corde ꝛ anima veneratur. Secundo palma significat hominē ꝓpter castitatē. sicut enī palma habet stipitis firmitatem. sic homo volens occurrere debet habere cordis puritatem ꝛ corporis castitatem. si enim aliquis vellet occurrere regi terreno vt euz honozaret cōueniens esset vt iste regis oculis nō displiceret. sic est de incastis vt displiceant regi christo Jō dicit Dionis. in celest. ierarchia absq; pfecta mētis ꝛ corpis castitate r̄ūq; aliqs placuit oculis diuinitatis excelse. Tertio p hostiuz supabilitatē. sicut enī palma significat victoriā sic homo qui vult occurrere xp̄o debet hostes vincere. Ait enī triplex hostis. mundus. caro. et diabolus. Mundū debet vincere p rerū abdicationē. ꝓsiderādo qꝺ xp̄s paup venit in hūc mundū nō habens. ꝓprīū domicilū. vñ Bernñ. de pauptate xp̄i. vide paupem christū natū sine hospitio. iacentem inter bouem ꝛ asinū in p̄sepio inuolutum in vili panniculo. fugientez in egiptum. sedentem in asino. pendentem nuduz in patibulo. Quam ergo magna abusio est vt dines esse velit vermiculꝰ vilis. ꝓpter quē deꝰ maiestatis est dñs sabbaoth voluit paup fieri. Ideo btūs paulus ait ad Phil'. iij. Omnia reputaui vt stercora. carnem antē debet vincere per macerationē. sic enī xp̄s veniens in hūc mūdū suum corpus adeo macerauit vt diceret. ps̃. lxxxvij. Pauper sum ego. et in laboribus a iuuentute mea. q̄to magis ergo homo debet per labores ꝛ castigatōes corꝑ suū macerare. vt dicit Apl's. i. Cor. ix. Castigo corpus meū. et in seruitutem redigo. sed diabolum debet vincere per humilitatem. quia legitur in vitas patruz li. ij. c. cxxj. qꝺ beatus Anth̄. dixit se vidisse omnes laqueos inimici super vniuersam explicatos terram. et suspirans dixit. quis hos poterit transire. audiuit vocem dicentez. humilitas sola pertransijt Anthonij. Jō dicit Joco. c. ij. Resistite diabolo scz per humilitatez. et fugiet a vobis. scz victus ꝛ confusus. Secundo venit christus ad faciendam pacez ꝛm illud ad Colloc. iij. qō dicitur de patre. omnia inquit in ipso pacificans. et ꝓpter hoc in ꝓphemio decretalium dicit. xp̄s rex pacificus. et quia pacificus venit christus. merito cū oliuarū ramis ei occurrimus. In ramis oliuarū significatur pax. sicut figuratū est Gen. viij. in colūba q̄ tulit ramū oliue virentibus folijs in ore suo in archaz Istam igit pacē debet habere qui vult xp̄o occurrere. Primo cū deo. iuxta illud. j. ad Cor. v. Obsecramus. i. deuote hortamur pro christo. i. loco xp̄i reconciliamini cū deo. Secdo cuz nobmetipis ad Roma. xiiij. Que pacis sunt sectemur inuicem. Tertio cū ꝓximo ad Roma. xij. Si potest fieri inq̄tū in vobis est cū omnibus hominib⁹ pacē habentes. Idem ad Heb. xij. Pacē seq̄mini cū oīb⁹. Et est notanduz q̄ in ramis oliuarū pacis etiā est oleū deuotionis. et recte in oleo deuotio signatur. Primo qz oleū habet virtutē illuminatiuā. ꝓpter quaz infunditur luminaribus. et ideo signat deuotionem ex puritate ꝛ charitate penitentie. ꝛ hoc est oleū qō precipitur offerri. Exo. xxv. ad luminaria ꝓtinuāda. qz deuotio claritatis ꝓsciēnutrit in nobis ꝓ reuelationes diuinas Secdo cūdo qz habet vtutē clarificatiuā ꝛ alleuiat dolores. iō medet dolozibus. et iō significat deuotionē intollerātia pñtis miserie. deuotionez inquā ex passionis xp̄i ꝓsideratione q̄ alleuiat nobis pñtes tribulatiōes. Jō dicit Bernñ. sup Cañ. Sup oīa reddit te amabilez mihi bone ie su. calix quē bibisti opus redemptiōis nostre. hec ozatio amozē nostrū facile vendicat totuz sibi. hic inq̄ est in nostrā deuotionē. et blandius allicit. et inscius exigit. et artius stringit. et afficit vehementius. Tertio oleū habet vtutez euacuatiuam. et ideo superfertur humoribus ꝓterea significat deuotionē ꝛ pregustationez celestis glozie. ps̃. xliiij. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē ꝓpterea vnxit te deus. deꝰ tuus oleo leticie p̄ consortibus tuis. et sic occurrendo xp̄o cū oliuarū ramis pacis. debem⁹ habere oleū deuotionis. deuote scz meditādo q̄liē xp̄s p suū aduētū in mundo opatus est saluté omniū nostrum. iō dicit Sapiēs Eccl. xxix. Gratiā fideiussoris ne obliuiscaris. glo. sed cogita de eius aduētu. doctrina ꝛ liberatiōe. Et subdit rōez. Dedit ei aīaz suā p te Tertio venit castus ꝛ mūdus. qz est candoz lucis eterne. et speculū sine macula. Sap̄. vij. ideo occurrere debemus sibi cuz floribus. qz flozes significāt xp̄m. Primo generationē. sicut enī veniente tē poze veris flozes generātur a caloze solis. et infusione rozis. ita veniēte tēpoze gratie. de quo ad Gall'. iiij. et li. iij. sniarū. dist. j. Venit xp̄s in

mundum.et in vtero virginis que est in terra benedicta iuxta illud .ps̄. Benedixisti dñe terram tuam. Conceptus est de spiritusancto Luce.j. Sicut ros a calore solis. sic z ros diuine gr̄e supuenit.iuxta illud Lu.vbi s̄. Aue gratia plena p quā v̄go deo placuit.z sic flos sine apertione terre gignitur.ita x̄ps sine corruptōe virginalis vteri cōceptus fuit. Isa.vij. Ecce v̄go cōcipiet z̄. Scdo ppr̄ distinctionē. sic enim vt ait Pitagoras.flos habet in celo p̄rem scz solem.et in ēra matrē scz plantā .sic in simili si occurrimus cū florib⁹ debem⁹ intelligere q̄ x̄ps qui dignatus est venire in mundū habet i celo patrem.de quo est ante secula genitus deus.z in terra matrē scz Mariā. de qua est in seculo homo natus.vt dicit Athana.in symbolo.z sic facimus distinctionē inter patrē x̄pi celestem z matrē eius terrestrē. Ideo dicit Orige.in omelia. Cum esset desponsata iesu mater eius. dic̄ mater eius.cuius eius? illius qui est in excels̄ sine matre.et i terris sine patre. Tertio ppter fugationē.sicut enī dicit Plin⁹ in spe.naturali.flores per suū odorē.et p̄cipue flores vinearū fugant animalia immūda vt s̄pentes z bufones.sic x̄ps per suū odoriferū aduentū fugauit s̄pētes infernales.et ab eius potestate genus humanū liberauit.et de fouea in quam lapsus fuit diabolo,p̄curāte.recte simul in simili refert. Solinus in li.de mira .mūdi q̄ venator facit foueā in via elephātis in quā incidit ignoranter.de qua surgere nō potest.tunc venator veniēs p̄cutit z pungit ipsum cum lancea non tñ eū sic domare p̄t.iō venit alius venator per cutiēs p̄mū vt q̄si ip̄m fugaret z repelleret .adiuuat elephantē.liberās eū de manu p̄cussoris et de fouea extrabēs ei pabulum administrat. qō videns elephas ip̄m tanto amore diligit q̄ statim domestica.et tāti bñficij memor ipsum sequit̄ z obedit. Sp̄ualiter p̄mus venator ē diabolus qui fecit foueam in temptatione ade in huius mundi nemore in quā cecidit elephas.i. homo p peccatū. Juxta illud Ps̄.vij. Incidit in foueā quā fecit scz diabolus in hāc foueā p̄cussit ip̄m lanceis diuersarū temptationū z tribulationū. Juxta illud Ps̄.lv. Tota die impugnās tribulauit me .ideo scds x̄ps venit in illo aduentu.p̄mū venatorem scz diabolū p̄cussit et fugauit.et hoiem de fouea peccati extraxit. et redemit. Juxta illud mgr̄i dictū li.iij. sn̄iar. dist.xviij.c.j. Meruit x̄ps redēptionē mēbris a peccato.a diabolo.a pena z regni reseratione.vt amota ignea rūphea liber pateret introitus. Jō debet hō ip̄z diligere.et tāti bñficij memor esse.et dicere cū btō Bern̄. in li.de stimulo amoris Adoramus te x̄pe rex israel.lux gentium.p̄ceps regū terre.dñe sabbaoth.vt⁹ oñi potentis dei altissimi.adoramus te p̄ciū nr̄e redēptionis.hostia pacifica. q̄ sola odoris tui inestimabili suauitate.patrē qui i celis habitat ad respiciendum humilia inclinasti.z filijs placabilem reddidisti.tuas misericordias christe p̄dicamus.tue suauitatis memoriā cū abundantia eructamus.tibi x̄pe sacrificium laudis īmolamus,ppter mltitudinē bonitatis tue.bec ille. Ecce flos celestis x̄ps veniēs p suū aduentū glorioſum.fugauit inferni ſpentē antiquuz. Quarto ppter variationē. sicut enī sunt mlta genera florū.vt fiole.lilia.atq̄ rose.sic x̄pus in suo aduentu habuit se vt fiola humilima vt lilium purissimū.et vt rosa patientissima. De p̄io dicit Apl's ad Phil.ij.qui cū in forma dei esset glo.i.vnus in essentia cū deo patre. nō rapinā arbitratus est esse se equalem deo. sz semetip̄m exinaniuit Filo.i.maxime humiliauit formā ſui accipiens.i.humanā naturaz. De scdo dicit Isid.liij c.et.j. Pet.ij.qō peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius .De tertio dicit Apl's ad Gall.ij. Dilexit me z tradidit semetip̄m p me.nō sum ingtus gr̄e dei.sic habet littera vna. Et Arist. Non est inq̄t oīno aliq̄s. non pater.nō mater.nō amicus.nō alius quispiam qui ita aliq̄n nos dilexit quēadmodū ille fecit. scz x̄ps. Quinto ppter apparitionē.sicut ei flores tpe pluuiarū z rores apparēt pulchriores z iocūdiores.qui tamen tpe ardore solis arescunt. Juxta illud Jaco.j. Ortus est sol cū ardore.et arefecit fenū.et decidit flos ei⁹. decor vultus eius perijt.sic x̄pus qui est flos campi. Can̄.ij. Voluit apparere iocūdior z plenior in pluuia lachrymarū z desiderioz sanctoz patrū.nihil enī in hoc loco p pluuiā .nisi antiquorū patrū.intellige desideriū z lachrymā ,p x̄pi incarnatione. De quo dicit btūs Aug⁹. in lib. cur deus hō.c.iiij. Antiqui patres summo desiderio estuabant vt redemptor acceleraret de celis descendere.q̄tenus tenebraz loci eos q̄ tocitius emeret atq̄ supnā patriam reduceret quā perdiderant. Sciebant enī q̄ p⁹ primi patrētis lapsuz nēo ex ei⁹ stirpe more natali ,ppagandus erat.qui se vel alios erigere valeret nisi deorsum veniret qui virtute deitatis de peccatrice carne sine peccato accipet humanitatē cum qua impios iacentes erigeret .et de palude cui inheserant valde magno vt ita dicam conamine extraheret.illi quippe desiderio p̄ores patres cruciebanť.et in tali spe pariter refocillabantur vsq̄ ad illud optatū tempus quo deus mirabile opus adimpleuit.qō p mlta iaz tē poza promiserat.huic prophete tripudiabant suiq̄ saluatoris aduentuz vocibus moribusq̄

signabant.et quasi astra fulgentia per huiꝰ vi-
te noctem transeuntia veri solis ortum diu se-
dẽtibus in tenebris ꝛ vmbra mortis plurimis
argumentis precinebant.tamdiu itaq; vatici-
nando ꝛ valde desiderando non quieuerũt do
nec summi patris verbum a regalibus sedib⁹
venit.et caro factum inter homines habitauit
Hec ille.Et dixi notanter q; sicut flos post tẽ-
pus pluuiale appareret iocundior.sic christus
post fletum sanctorum patrũ in sua humili hu-
manitate apparuit benignior. Ideo dicit btũs
Bernñ. Prius q; apparebit dei humanitas luce-
bat eius bonitas. Apparuerat autem potẽtia
in rerũ creatione.et apparebat sapientia in ea
rum gubernatione. ꝛ benignitas misericordie
T maxime apparuit i humanitate. Sed diceres
quare an decuit tamdiu differri xp̃i incarnatio
nem.et videtur q; non.quia tempus incarnati
onis ꝼm Apl'm ad Gall'.iiij.dicit' tempus ple-
nitudinis.sed plenitudo perfectionem impor-
tat.cum ergo perfectio vniuersi consumata fu-
it die septimo quia tunc perfecti,sunt celi ꝛ ter-
ra.et omnis ornatus eor̃ Gen̄.ij. Videtur q;
tunc christus debuit incarnari.Sed in contra
rium est sancta ecclesia de summa trinitate ꝛ fi
de catholica.c.firmit'.d .et tandeꝫ vnigenitus
dei filius iesus christus a tota trinitate cõmu-
niter incarnatus.ex Maria semp virgine san-
cti spiritus cooperatione conceptus verꝰ ho-
mo factus ex anima rationali et humana car-
ne compositus.vbi in hoc qꝺ est tandem.innu
ere videtur multam dilationẽ ꝛ magnam.Pro
quo nota deus dispensator temporũ ꝛ creator
omniũ cuius spiritu.vt dicitur Eccs.iij. Om-
nia tempus habent.tempus elegit cõgruũ in-
carnationi christi.et ideo valde decuit maiesta
tem suam ineffabilem tamdiu differre incarna
tionẽ suam vt homo redimendus qui p superbiã
peccauerat de suo defectu expertus ad humili
tatem rediret. Ideo etiam dicit Inno.in ꝼmo-
ne de aduentu.si filius dei subito post lapsuꝫ ho
minis venisset.ꝛ cum reduxisset.ille videns de
facili se sanatum.ingratitudinis vicium incur-
risset dicens modicum vulnus se habuisse pec-
cati.et non tanto medico indiguisse .attribuẽs
pprijs viribus ꝛ industrie naturali recupatio-
nẽ nostre salutis.postq; aũt diuturna expecta-
tione medici.grauitatem morbi ꝛ difficultatez
sanationis ꝛ saluationis agnouit. videns oĩm
medicorũ spiritualiũ patriarcharũ ꝛ pphetarũ
nõ sufficere medicinã .exclamabat necessario.
Sana animã meam quia peccaui tibi. Hec ille.
Ad obiectionẽ inductã dicit' q; triplex est pfec
tio.gr̃e.nature.et glie.Perfectio nature in se
ptimo die fuit creationis in p̃ncipio seculorum.
Perfectio glorie erit post finẽ seculorũ.Et qꝫ
pfectio gr̃e disponit ad pfectionẽ glie.cõgruꝫ
est vt pfectio gr̃e esset in fine seculorũ .Et hoc
innuit ecclesia supius in dictiõe tandem.

℣ Dñica secũda aduentus.ꝼmo p̃mus.

Quecunq; scri-

pta sunt ad nostram doctrinã scripta
sunt vt per patientiam ꝛ consolationẽ scriptu-
rarũ spez habeamus.ad Roma.xv. Doct.pal
ludius in li. suo de agricultura dicit. Si qs q;
vult puteum fodere vt sciat in quo loco possit
aq̃m inuenire istũ modũ tenere debet.mane aĩ
ortũ solis his locis appropinq̃re debet.in quis
bus aqua est querẽda.et equaliter vsus solem
deprẽsse iacẽs in terra spectare debet orientẽ.
et in quo loco crispũ sbtilis nebule aerez surge
re viderit ꝛ velut rorez spargere signo aliquo
vel vicine arboris debet prenotare. Nã cõstat
siccis locis.vbi hoc fiat aquã latere. Moraliter
per puteum intellige sacram scripturam. Iu-
xta illud Joh̃.iiij. Puteus altus est .Est enim
sacra scriptura alta respectu eterni premij. Et
hoc testat' btũs Greg⁹. sup Ezech̃. Hec inqt
scriptura ostendit altitudinẽ in,pmissione pmi
orũ.ostendit horribilem aspectũ in terroribus
supplicior̃.sed p aquã intellige sapientiaz. De
qua Eccĩ.xv. Aqua sapiẽtie salutaris potauit
illũ.modo ad,ppositum .quicunq; vult fodere
puteum sacre scripture vt inueniat aquã sapiẽ-
tie debet iacere in terra humilitatis.et respice
re ad orientẽ per quem xp̃s intelligitur. Iuxta
illud Zach̃.vi. Ecce vir oriens nomen eius q;
debet humiliter sapientiam sacre scripture
et eius misteria perscrutari a xp̃o ꝛ postulare
vt habeat Jaco.j. Siquis indiget sapientia po-
stulet a deo qui dat omnibus affluenter.vñ in
terra humilitatis iacens.et ad orientẽ xp̃m cõ
spiciens subtilem nebule vaporem conspicit q;
se velut rorem spargit. quia qui humili mente
a xp̃o sapientiam petit. Primo hãc subtilis .et
tenuis vaporis cõsideratiõe percipit. qꝺ post
paulatim excrescens.velut ros desup veniens
copiosius ꝛ largius se infundit.quia vbi humi-
litas ibi est sapientia Prouerb.xi .qz hũilitas
est debita dispositio ad sapientiam. qz ꝼm Pa
scasiũ ipa est aq̃ semp fluens ad ima Ps̃.cvij
Sapiam prestans puulis. Et de hac scriptura
hoc vbũ preassumptũ est. Quecũq; scripta sũt
In quo innuit' q̃druplex vtilitas nobis ex scri
ptura,pueniens ꝛ procedens.

Intelligentie claritas.
Sustinentie soliditas.
Inẽne leticie suauitas ibi
Obtinende glorie securitas.

Quecũq; scri-
pta sunt.vt per
patiẽtiã ꝛ cõso
lationez.spẽ ba

sine voluntate mea iterū pugnabo cum eo congregatisq; gētibus multis certabo vsq; ad mortem q; melius est m̄ mori in bello q̄ videre desolationē regni t gētis mee. Idem legit̄ .j. Regū .xi. q; Naas amonites cepit pugnare aduersus Halaad iabes qui dixerūt habeto nos confederatos t fuiemus tibi. qui rn̄dit. in hoc faciam vobiscū pactū t fedus vt eruam oculos dexteros oīm v̄m. ponāq; vos obprobriū in israhel. et illi petitis septez diebus miserūt in vniuersos terminos israel. sicq; nūcij venerūt i gabaa ad Saul q̄ veniens mane de agro sequens boues vidit ppl'm flentez ait. q̄d habet ppl's q̄ plorat qui nūciauerūt ei v̄ba viorū iabes. et īsilijt spūs dei in Saul cū audisset v̄ba hec t iratus est furor eius. et assumēs vtrūq; bouē p̄scidit in frustra. misitq; in oēs terminos israel per manū nūciorū dicēs. Quicūq; nō exierit secutq; fuerit Saul sic fiet bob⁹ ei⁹. Inuasit g̃ ppl'm timor dn̄i. et egressi sunt q̄si vir vn⁹ t recensuit eos in bethsech. et dixerūt nūcijs qui venerant sic dicetis viris q̄ sunt in iabes. cras erit vobis salus cū sol incaluerit. Et factū est cuz veniss̄et dies crastinus cōstituit saul ppl'm in tres ptes et ingressus est in medios castra i vigilia matutina t pcussit Amō. Reliqui aūt dispsi sunt ita q̄ nō relinq̄rent ex eis duo piter. ecce q̄ ppe fuerūt iā dicti sb̄ditis suis ad ppugnādū ppl'm suū sin aūt deo reddāt rōem. de hoc dic̄ Ysi .xxiij. q.v.c. p̄ncipes. Cognoscāt p̄ncipes seculi deo se debere esse reddituros rōem ppter ecclesiaz id est congregationē fideliū quā a deo tuendā suscipiūt. nā siue augeatur pax t disciplina ecclesie p fideles p̄ncipes siue soluat̄ ille rōez ab eis exigit qui eorū ptāti suā ecclesiā tradidit custodiendam. Secūdo dn̄s est nomē eq̄tatis .ideo debet esse ppe. Primo iudicibus iniustis ad puniendum .sicut fec̄ cambises rex medor t psarū . De quo Ualerius in polic̄. li. vi. Qui cū deprehēdiss̄et quēdam iudicē iniuste iudicasse. iussit eū excoriari. et sup sellam cutē eius coperire. et filiū eius t sequētes iudices supra sedere fecit vt q̄tinue memores illi⁹ iniq̄ iudic̄ supplicij timerēt iniuste ampli⁹ iudicare. et v̄sus sequētes inscribi fecit. Sede sedēs ista iudex īflexibilis sta. a manib⁹ reseces munus. ab aureq; pces. sit tibi lucerna sedes pellisq; patna. Qua resides natus p patre sponte donatus . Et dic̄ notant̄ a manibus reseces munus. q̄ iudex munera nō debet accipe eo q̄ muneris acceptio ē veritatis p̄uaricatio. iuxta illud Greg. xi. q. iij. c. qui recte iudicat. et p̄miū remuneratiōis expectat fraudē in deo ppetrat. q̄ iusticiā quā g̃tis imptiri debuit acceptiōe peccunie vendidit Secūdo debet esse ppe furibus ad suspendēdū Qui enī iustus ē p viā iuris fures impedit t suspendit. sic̄ refert Cesarius in dialo. de bartolfo palatio ō witzilsbach . Qui adeo erat equus t iustus. vt furib⁹ etiā p dāno vni⁹ obuli vitam aufferret. vñ quotiēs domū exiuit laqos cingulo appēdit ne reorū pena capet dilationem. dicenī q̄dam mane surgēs t laq̄um solito more sibi nectēs cingulo suo hmōi vocez in aere audiuit Bartholde. Quicūq; tibi p̄mus in egresso tuo de castro occurrerit hoc laqo ip̄m suspēdas .et accidit q̄ scultetus su⁹ ei p̄m⁹ occurrit .quo visso cū sat̄ doleret eo q̄ hoiem diligeret dicebat illi doleo de tuo occursu. et ille q̄re. q̄ inq̄t suspēderis. q̄re ait suspēdebor. rn̄dente palatino nescio. sed p̄para te p confessionē tuā t ordina de rebus. q̄ voci diuine resistere nō valeo nec debeo. et ille videns aliter ñ posse eē dixit iustus est dn̄s. ego plures in domū meam declinantes insequens occidi. multis multa rapui. nec tibi domino nunq̄ fidelis fui t extiti neq; etiā pauperibus pepci t admirati sunt oīnes audientes eius confessionem. et cognouerūt in eius mortem peccati penā esse a deo. Et dixit signanter Cesarius q̄ furibus. p damno vnius obuli vitā abstulit. quia furtū q̄tumcūq; parū furti nomen incurrit vt dicit Jero. xiij. q. vi. c. vl. Furtū nō solum in maioribus sed etiā in minoribus iudicatur. nō enī q̄d furto ablatū est sed mens furētis attenditur. Et dicit Bartho. b. dixerit q̄ in hoc intelligitur q̄ voluntas est talis q̄ etiā maioza subtraheret si posset vel si ex ablatiōe pueri dominus grauaretur multū iteruz sb̄trahere. Et est notandum q̄ quidam furantur ex necessitate. quidam ex mala voluntate .et fm hoc debet dominus eque iudicare sicut docet btūs Greg. xij. q. ij. c. fraternitas. Fraternitas inq̄t tua ex p̄sona furis pensari potest qualiter valeat corrigi. sunt enī qui habentes subsidia furtū ppetrant. et sunt alij qui in hoc ex inopia delinquunt. vnde necesse est vt quidam damnis .qui lo districti⁹ agitur ex charitate agendū est nō ex furore. hec ille. Tertio ē nomē liberalitat̄ M q̄ boni dn̄i sunt liberales t pij. nā t decet eos Prio q̄ hec v̄tus liberalitas dicit̄ q̄ pollentes liberi noiant̄. vñ Arist. ad Alexan. dico tibi clementissime rex ppter q̄d inq̄t censeaz clemētie tue dicere q̄ declinatio. p digalitatis t auaricie t acq̄sitio largitat̄ est gl'a regū t phēnitas rex gnoz. hec ille. Q̄ enī dn̄i appetūt in scipis vel in liberis suis dn̄atus ppetuitatem decet ipsos esse liberales. nam domini in populo habent se sicut liberi in domo. auari vero sicut serui a pecunia possident̄. ideo decet dn̄os esse liberales Secundo hec virtus que dicit̄ liberalitas est p

pter cõmunẽ vtilitatẽ inq̃tũ habet rationẽ v̊tu
tis.auarus v̊o est inutilis.qz sibi neq̃ est .et eo
nihil scelestius Accĩ.x.sed dño bono in cõmuni
tate nihil vtilius est.iõ decet dño largitas.vnd
Aristo.ad Alexandrũ dic̃ q̃tuor esse reges.rex
largus sibi.et auarus sb̃ditis.rex auarus sibi
largꝰ subdit̃ . rex largꝰ sibi t sb̃dit̃ et rex aua
rus sibi et sb̃dit̃ Italici dixer̃t nõ est viciũ i re
ge si est auarus sibi t largus sb̃ditis . Judei ve
ro dixerũt qui est auarus sibi t sb̃ditis est bonꝰ
Persi vero asserẽtes ꝓtrariũ t ꝓtradicẽtes iu
deis t italicis dixerũt nihil valet rex q̃ non est
largus sibi t subditis.sed inter oĩs meo iudi
cio peior est t merito reprobandus qui est lar
gus sibi t auarus sb̃ditis qualis fuit quidã rex
Antigonus macedonũ.de quo refert Jeñ. Qũ
cinicus quidã ab eo petisset talentũ.rñdit q̃ eẽt
plus q̃ cinicꝰ deberet petere .Repulsus aũt il
le petijt denariũ.respondit minus esset q̃ regẽ
deceret dare.et dicit Jeñ .Turpissima huiꝰ ca
villatio inuenit q̃ neutrũ daret. Respexit in de
nario regẽ.in talento cinicũ cũ nõ posset ei talẽ
tum tanq̃ rex.et denariũ tanq̃ cinico dare .ni
hil tã exiguũ qõ nõ tribuit honeste humanitas
Et qz dñs est nomẽ liberalitatis.et ideo debent
esse,ppe ad tribuendu3. Ubi nota liberalis qui
vult aliquid tribuere debet tria respicere vt dic̃
Egidius romanus in li.de regimĩe principum.
Primo debet respicere q̃titatez datoꝝ vt non
det minus vel plus q̃ debet.liberalitas enim q̃
alio modo largitas nũcupatur dicitur respice
re sũptꝰ mediocres. sic magnificẽtia dr respice
re sumptus magnos.in faciendo enim sumptus
mediocres contingit deficere qõ facit auaricia
et superabundare qõ facit,pdigalitas.vtrũq; enĩ
est ꝓtra rectã regulam rationis. oportet g̃ da
re virtutẽ mediã inter auaricĩã t pdigalitatem
et hmõi virtus est liberalitas.ad quã tria req̃
rũtur.vt dicit ibidem. Primo q liberalitas cõ
sistat in recto vsu pecunie necesse est vt nõ acci
piat eã vnde nõ debet. Ex quo patet vt dic̃ phi
losophus.iiij.Ethico.q vsurarij.lenões.viuẽ
tes de meretricio.exploratores paupm subdi
toꝝ.et aleatores sunt illiberales .quia aleator
id est oĩs lusor taxillorꝝ illiberalis est.lucra
tiuz enĩ ab amicis quibꝰ optet benefacere .quia
dicit Arist.ij. Pollic̃ .Amicis auxiliari delecta
bilissimũ est. Secũdo vt accipiat eã vnde debz
vt vicz de proprijs stipendijs.quia dicit Augꝰ
xxiij.q.j.c.militare .propterea inquit quadam
prouidentia militantibus sunt stipendia consti
tuta ne dum sumptus queratur .predo grassẽt.
quia miles qui querit vltra stipendium sibi assi
gnatum dicitur predo Tertio vt expendat,put
decet hec spectant ad liberalem dñm .Secũdo

liberalis qui vult tribuere debet respicere qui N
bus dat.iuxta illud Catho nis .cui des videto.
vt videlicet non det quibus non oportet histri
onibus enĩ nõ oportet dare vt vult philozophꝰ
quia tales decet esse paupes. Dicit enim Augꝰ.
sup Johem t habetur dist.lxxxvi. donare res
suas histrionibus viciũ est immane non virtus
Et parisi.li.de vitijs t v̊tu.ti.de ꝑdiga.recitãs
Jero.sic dic̃ Paria sunt histrionibus t demo
nibus sacrificare.quibus concordat linconien
sis dicto.xviij. Histrionibus t meretricibus di
uicias largiri nihil aliud est q̃ seminare de fora
gine palustri lutosi. Jdeo refert Vincen.in spe.
histo.li.xxx.c.xli.de philippo francoꝝ rege q̃
videns ioculatores t histriones dona t vestiũ
ta,ppter suam adulationem a curijs regũ t p̃n
cipum reportare mente,promptissima deo promi
sit q omnes vestes suas q̃diu viueret pauperi
bus erogari malens ex ipis panperẽ christũ te
gere q̃ eas ioculatoribus dare.sed he auctori
tates loquũtur de supfluitate vt vicz qui super
flue in talibus personis consumũt vel largiunt
Jdeo illis qui illicitis ludis vtuntur peccant q̃
si eos in peccatis nutriẽtes t fouentes.vt dicit
Tho.ij.ij.q.c.xlviij. Et addit ex quo officiũ hi
strionũ non est illicitũ de se.quia ad solaciũ bo
minũ ordinatur dum nõ vtuntur aliquibus ver
bis vel factis illicitis.illi qui moderate eis sub
ueniũt non peccãt.sed iuste agunt mercedez mi
nisterij eis tribuendo. Tertio qui vult retribue
re debet videre cuius gratia det vt det boni g̃
tia.sed non propter aliam causam vt nõ ppter
vanam gloriam.quia sic perdit mercedem suã.
Math.vi. Jdeo dicit Arist.sup Matheũ. Qui
omnium contemptum pecuniarum habuerunt
id est nulli imaginationi se miscuerunt hij mul
totiens capti a vana gloria oĩa perdiderũt oc
cultanda ergo sunt opa nra ne diabolus ea co
gnoscat si volumus ea conseruare . Quarto est O
dominus nomẽ nobilitatis .iuxta illud Deut.
iij. Tuli de tribubus vestris sapientes nobiles
et posui eos dominos.quia domini debent esse
carne t animo generosi.nam vt dicit Auicẽna.
Natura in aialibus nobiliores t fortiores pre
ponit alioꝝ reges t duces vt patet de leone et
aquila. Et qz dñs est nomẽ nobilitatis iõ debẽt
esse,ppe ad indulgendũ.sicut fecit ille de quo le
gitur. Erat quidam miles qui occidit prem al
terius militis.et filius eius q̃siuit optunitatem
quõ posset patrẽ suũ vidicare.et ꝓtigit q in die
parascheues ille miles incessit sine armis quẽ
ille alius insecutus est volens eũ occidere .tũc
ille prostrauit se añ pedes eius dicẽs,ppt mor
tem dñi nostri ihesu xpi quam hodie pro nobis
sustinuit ignosce mihi q patrem tuum occidi.

Domi. J quarta

Ille cõpunctus dixit.ppter mozte dñi nři iesu xpi ignosco t leuauit eũ de terra t osculatus est eũ. Cũqz idẽ miles ecclìam intrasset t cũ ceter oscularet crucifixũ.crucifixus amplexat⁹ ẽ eũ dicẽs.qz hodie indulsisti illi,ppter me q̃ patrez tuũ occidit.ideo indulgeo tibi oĩa pcta tua t in signũ recõciliatiõis osculo te in maxillã tuaz Qò vidẽtes circũstãtes miscẽdiam dei glozifica uerũt t bonitatẽ.de hoc q̃re plura supza dñica ℗ in aduẽtu dñi ℞mõe ꝑmo.D.Q. Quito dñs ẽ nomen timiditat .et hoc dupl'r quo ad se t quo ad sbditos. Prio ad seipos decz dños tioz moderat⁹.nã q̃ oia audet t nihil timet nõ est fortis sed fatuus.vt dz ꝑmo magnoz mozaliũ .qò pz duplici via. Prima sumit ex pte ꝓsilij habendi. cuz ergo dñatus est absqz cõsilio non subsistet. qz Prouerb.xxiiij. ibi salus vbi multa consilia decet igit dños timoz moderatus i negotijs arduis pagendis.Exemplũ ptz.j.Regũ.xxiij.de Dauid qñ philistei obpũgnabãt ceylam.et arripuerũt areas.i.annonã vel segetes dauid timore cozreptus ꝓsuluit dñm dicẽs. Nũ vadã et pcutiã philisteos istas.et dixit dñs.vade t pcucias philisteos.et saluabis ceylam t dixerũt viri q̃ erãt cũ Dauid.Ecce nos hic in iudea ꝓsistentes timem⁹ q̃tomagis in agro si ierimus in ceylam aduersus agmia philistiozum. Cunqz sic timerẽt rursus Dauid ꝓsuluit dñm. q̃ rñdens ait ei. Surge t vade in ceylam ego enim tradã philisteos in manu tua. Abijt ergo dauid t viri eius in ceylã t pugnauit aduersus philisteos.t pcussit eos plaga magna.sic t dñi seculares i arto positi nõ debẽt diffidere sz dñm ꝓsulere.t sic timorẽ inozdinatũ tpabũt. Scda via sumit ex parte opis fiendi.nã nõ sufficit sollicitari circa consilia t iudicare de consiliatis nisi ꝓsilia t iudicata ꝑ opus debite ꝓsequẽtur.q̃d fieri poterit per timorẽ moderatũ ꝑ quẽ deliberam⁹ q̃d fieri debeat in agendo.exempluz patet.j.Regũ.xxiiij. de tioze dauid qñ psecut⁹ est a saul in defto engaddi vbi erat spelũca in q̃ dauid latitabat silẽter cũ suis hãc q̃dã spelũcã ingressus est Saul vt purgaret ventrẽ t dixerẽt ℞ui dauid ad eũ. ecce dies de quo locut⁹ est dñs ad te.ego tradam tibi inimicũ tuũ vt facias ei sicẽ placuerit in oculis tuis.timẽs ergo dauid manũ mittere in vnctũ dñi.nec ꝑmisit vt viri sui eũ tãgerẽt dicens ꝓpiti⁹ sit mihi de⁹ vt faciã hãc rem dño meo xpo dñi.sz dauid silenẽ przescidit ozã clamidis saulis cõfisus in dño q̃ ipm de psecutiõe saulis libera ret.sic decet dños terre q̃ potẽtia eoz sup inimicos timoze dñi tpeꝛ. Et dixi notãter q̃ dños decet timoz ozdinat⁹ vel moderatus,ppẽ timorẽ inozdinatũ quẽ nõ dñt hre dñi,ppter q̃ttuoz Prio qz timoz inozdinat⁹ reddit hoiem immobilem t ꝓtractũ. Cũ enim existẽtes in cãpo timẽt statim fugiũt ad castra.sic timẽti caloz existẽs i mẽbris exteriozibus fugit ad interioza,ppter q̃ homo ꝓtrahitur t immobilis redditur. Exemplum habetur.j.Regũ.xxv.de Nabal qui cum descendisset ad tondendas oues dauid in perse cutione saulis positus.misit ad ipm decez iuuenes vt peterẽt ab ipo aquam benedictiõis. Exultabãt enim t epulabãtur iudei in tonsione ouium in memoziam patrũ suoz qui fuerũt pastores ouiũ.et ait Nabal nuncijs dauid. Non mitfugiunt dominos suos nescio eos. Qò cum audisset Dauid accinctus est gladio cũ q̃dringentis viris volens pcutere Nabal.qò intelligens Abigail vxoz ei⁹ occurrit Dauid cũ vino.pane et alijs cibarijs t placauit. Cũ ꝑ indicasset abigayl oĩa viro suo emoztuũ est coz eius ꝑ tiore.et moztuus est post decẽ dies ergo abstinendũ est dñis a timoze inozdinato.sed quia timoz inozdinatus facit hominẽ incõsiliatiuũ.quia ꝑ timozem stupescit homo.et si datur ei ꝓsiliũ.ꝑpter timorẽ illud nõ apprehendit.sicut patet.j. Regũ.xxviij.de Saul a quo recessit dñs timuit valde.et pre timoze nesciens quid faceret. Cuz dñs neqz ꝑ somnia.neqz per,pphetas ei respõderet.vnde in eodem timoze positus phitonem ꝓsuluit,ppter quod sequenti die occubuit cũ ionatha filio suo in mõte gelboe.j.Regum.vltio. Tertio timoz inozdinatus reddit hominem tremulentũ. Et ratio huius est.quia caloze ad interioza,pgrediẽte.exteriora mẽbra manent frigida.nerui igit in frigiditate debilitanẽ. Quarto timoz reddit hominẽ inoperatiuũ.qò patuit Geñ.iiij.de Cayn cuius dominus posuit signũ tremozem capitis q̃ esset ab eo derelictus.vt sic sciretur a domino punitus et misericozdia ꝺignus.quod ideo factum est quia timoze inozdinato,ppter fratricidiuz damnãs se desperãs rear.oĩs qui inuenerit me occidet me.sz quia ait.Maioz est iniquitas mea q̃ vt veniam mereat.oĩs qui inuenerit me occidet me.sz quia decet dños esse consiliatiuos t bonoz operatiuos nõ expedit nimis esse timozosos .sed decet eos audacia moderata ne plus przesumãt q̃ oportet. Secundo est dominus nomen timiditatis quo ad sbditos. Juxta illud apostoli ad Ephesios.vi. Serui obedite dominis vestris carnalibus cuz timoze t tremoze t simplicitate cordis vestri.sicut christo non ad oculum seruientes .q̃ id est non in przsentia dominoz tantũ .sed etiã in absentia quasi hominibus placentes .q̃ autem dominus a subditis timeatur expedit vt raro frequentet consortium ipozum ne ab eis contemnetur.quia ℞m ℙhilozophũ.nimia familiaritas contemptum parit.

Infra octauas.

Dñica infra octauas natiuitatis dñi Sermo.

Quantotempore heres puulus est nihil differt a seruo cũ sit dñs oim. sed sb tutoribus t actoribus est vsq; ad pfinitũ tps a patre. ad Gall. iiij. Tigit sepe q; pater carnalis duplices habeat filios. qdã geniti sunt de pcubinis. alij de vxore legittima. Et ẽ pcubina q; tenet extra domũ. et filij de ea geniti dicuntur spurij. et si hec mulier est alteri viro copulata filij inde geniti dicũtur nochi talesq; ad hereditatẽ pris cũ filijs legittimis nõ admittũtur qz dic lex spurij t q; ex damnato coitu sunt nati ab oĩi. pzsus bñficio exclusi. sz tñ interest epi facere q; vtq; parẽtũ t liberis nccia sbministrẽt. Im q; suppetit facultas ex de eo q; duxit in mrimoniũ quã polluit p adulteriũ tc. Et in hoc mici; agit ius canonicũ q; ciuile. Sũt t alij filij dicti nales q; sunt nati de pcubina q; i domo tenet loco vxoris vnica qbus pri nõ lz dimittere nisi vnã vncia t nõ vltra si hz filios legittimos vl nepotes. C. de nat. li. ven. si aũt nõ hz aliquos legittie descẽdẽtes. sz hz ascẽdẽtes. tũc legittia pte relicta reliquuz inter nales distribuere pt. q; si nec descendentes nec ascẽdentes habeat. tunc lz ei instituere nales in solitũ heredes. C. de nali aũt licz. debẽt tñ nales pasci arbitrio boni viri ac si legittimi extẽt vt dicta autẽtica lz. sz veris filijs t legittimis est hereditas dimittẽda sicut figuratũ est Gen. xxv. de Abzahaz q; dedit filio suo Ysaac cũcta q; possiderat filijs aũt pcubinarum largit; est munera. Spũalr. pr celestis quẽ exoramus Matth. vi. Pr nr q; es in cel tc. hz etiaz duplices filios. pmi sunt illegittimi vt oes iudi t gẽtiles q; nõ capiunt eẽna hereditatẽ Matth. vl. Qui crediderit t baptizatus fuerit salu; erit q; vo nõ crediderit pdẽnabit. sz qz nõ credunt. nec baptizant hereditas eis nõ dat. attñ pr celestis eis in pñti nccia subministrat in bonis h; mũdi. qz Dauid in Ps. lxxi. Inimici e; terram lingẽt. i. bõa tpalia possidẽt. qz hec bõa cedunt eis. p hereditate eẽna. iõ dr Sap. ij. Venite fruamur bonis t vtamur creatra tanq; in iuuẽtute celeriter vino pzecioso t vngẽto nos impleamus et nõ pterit nos flos. i. amenitas tpis corone mus nos rosis añq; marcescãt nullũ pratuz sit qd nõ ptrãseat luxuria nra. vbiq; relinqm; signa leticie qm hec ẽ ps nra t sors nra. q. d. nihil possum; hre de bonis eẽnis. Scdo sunt filij xpiani qz duplices sunt tles xpiani filij boni t mali t ñ determinate cognosci pnt. iõ scias q; aliqs ostendit filius dei triplicit. sicut tripler. pbat aliquis esse filius alterius hois. Primo igit. pbat aliqs filius alterius hois vbo scz pfessionis. naz q; se pfitet filiũ eẽ alicui; q; uis de illegittimo thoro credit eẽ. vt ex de elec. Innotuit. sic etiaz. pbat quis esse fili; dei ex pfessiõe que ẽ triplex. fidei crimis. et diuine laudis. qcũq; ergo ve pfitent fidẽ t pctã. ppria i pfessiõe nõ celat. et deũ sepi; laudat hij ex pfessiõe sua filij di eẽ. pbant. iux il lud. j. Joh. iij. Dis spũs q; pfitet xpm in carne venisse a deo nat; ẽ. t hoc q; tũ ad fidẽ bũanitatis xpi. sz d pfessiõe diuitat sb dit ibidẽ. qsquis aũt pfessus fuerit qm iesus ẽ fili; dei. de; in ipo manet t ipe in deo. Scdo. pbat qs eẽ fili; alic; in affectu sic pz de muliere meretrice. iij. Regũ iij. q; noluit vt fili; su; dimidiaret ex de psump. afferte. et. ij. q. vi. ad romanã. sic etiaz. pbat qs filius dei eẽ ex affectu charitat. qz charitas sola est q; distinguit inter filios dei t filios pditiõis vt dic Aug;. Et intelligit de affectu dilectiõis nõ tm dei sed etiã pximi. j. Joh. iij. q; nõ diligit fratrẽ suũ. Glo. nõ est dign; vita btã. Tertio. pbat qs esse fili; alic; ex cohitatiõe nam dato q; aliqs neget se eẽ filiũ sacerdot si tñ pstat q; mr eius mozabat cũ sacerdote tpe pceptiõis filius eius psumit. et q; filij sunt legittimi accipiũt eẽ a parẽtib;. sic quidã ostenduntr legittimi filij di q; ex recta itẽtiõe penitẽt. velut enim mr pturiens penitẽtẽ inesse gre est pnia. q; tũc mozat legitio viro scz cũ xpo t h est viuere penitẽtib;. sz tunc q; si cũ alio viro mozat t adulterat ipa pnia qm ficta intẽtiõe optatur vt ẽ pnia hypocritarũ q; sicut t ceteri nõ ve penitentes sunt filij spurij scz diaboli t nõ dei. de qb; Joh viij Vos ex patre diabolo estis. et illi nõ capiũt hereditatẽ dei sz diaboli. q; aũt pfitẽtur deũ t ipm ex affectu diligũt heredes dei sunt. de quolibet ullo; dic verbũ apli plibatũ. In his vbis egregi; pdicator paulus quẽlibet celestẽ heredẽ ad q; tuor exhortatur.

Humilitatis puitatẽ. Quãto tpe heres parPatientie fuitutem. uulus est. nihil differtObediẽtie, pnitatẽ. ibi a suo. sed sb tutorPerseuerãtie finalitatẽ. bus. vsq; ad prefinitum tempus. Quãtũ ad pmũ monet ad hũlitatis puitatẽ ibi. q; to tpe paruulus heres est q. d. eodem tpe est certus de hereditate celesti. iuxta illud Matth. vlti. Beati pauperes spiritu id ẽ hũiles qm ipo; est regnũ ce. et Luc. xviij. Nisi puersi fueritis Glo. a statu supbie t efficiamini sic puuli nõ intrabit regnũ celo;. Et subdit q; cũq; hũiliauerit se sic puulus iste. hic ẽ maior in regno celo;. Circa q; notandum in gest romanoz narrat de quodã viro noie Gantherus qui locum gaudendi sine fine peroptauit quadam igitur die surgens t solus per viam quandam ambulans in regnũ. vbi rex nup defunct;

Dominica

fuerae peruenit. Satrape igitur videtes cũ strenuũ in regẽ elegerũt. de electiõe aũt sua nõ modicũ gauisus est. cũ aũt nox adesset ad camerã ipm induxerũt in qua lect⁹. in cui⁹ capite erat leo fortissim⁹ ad pedes draco magn⁹ ad lat⁹ dextrũ versus. ad sinistrũ ꝓpetes ꝛ bufones. videns aũt ille interrogauit an in hoc lecto deberet requiẽ captare ꝛ cũ audisset ꝙ sic. et qualiter sui predecessores in eo mortui ꝛ a bestijs deuorati fuissent regno abrenũciauit. Deide ad aliud regnũ perrexit. et ibidẽ ꝓpter sui strenuitatẽ in regẽ est electus cũqꝫ nox adesset in camerã duct⁹ lectũ pulchrũ. sed nouaculis acutis plenum vidit. cũqꝫ didicisset ꝙ i eo q̃escere deberet regnũ illico postergauit. mane surrexit ꝛ viã triũ dierũ ambulauit in via sedentẽ quendã senẽ inuenit habentẽ baculũ in manu. qui ait. Santheri vnde venis aut quo vadis? cui ille. de partib⁹ longinqꝭ venio ꝛ tria q̃rere ꝓpono ꝛ nõ inuenio. Primũ est abũdantia sine defectu. Secõm gaudiũ sine tristicia. Et tertiũ lumen sine tenebris. ꝛ senex. baculũ istũ accipe ꝛ p viã istã pge mõtẽ altũ videbis ante te ad pedẽ mõtis stat vna scala habens sex gradus scalã ascende. cũqꝫ ad sextũ gradũ veneris in sumitate mõtis pulcherrimũ palaciũ videbis in ianua tres ictus ꝓcute cũqꝫ ianitor tibi respõdet. ostẽde ei baculũ istũ et dic. qui est dñs istius baculi p̃cepit vt me intrare ꝑmittas. et ibidem illa tria inuenies. ille vero impleuit sicut dixerat ei senex. et cũ introm̃issus fuisset. hec ꝛ plura alia hic inuenit. et toto tpe ibidẽ ꝑmansit. Hoza. Santheri⁹ iste significat quẽlibet hoiem xp̃ianũ q̃ ambulans in via ꝙcupie venit ad regnum mundani honoris aut glorie. qz vt frequẽter q̃ honores desiderãt ꝓcurãte (vt credo) demone in mũdo exaltãtur. Et in fine grauius corruũt. iuxta illud Sen̄. in Epla ad Lucillũ. Tu cni honorẽ mũdanum vt mortis ꝓfugiũ sp fuge. nulli enī vnq̃ credunẽ honoris solũ ascendisse quin in fine cõprobenẽ ꝗuus corruisse. Et ratio hui⁹ est. quia satrape aut ciues huius mũdi p quos intelligũtur vanitates huius mũdi eligũt eos in reges qñ corda coꝝ erigũt in supbias ꝛ elationes. qz honores mutãt mores. sed raro in meliores. Fm illõ Fulgentij. li. iiij. mirtologiarũ. Nunq̃ aliquis gradũ dignitatis amplectari aut honoris p̃t quando suos bonos in malos ꝛ malos in pessimos mutat mores. Sed notabile est ꝙ ille Santherius in regẽ electus valde gauisus est. qz cũ tales ad honores veniũt ad tp̃s gaudebunt. quia Job. xxi. Mũdus gaudebit. vbi p mũdũ intelligũtur mũdani boies de quibus predixit Job xxi. Tenẽt tympanũ ꝛ cythar̃ ꝛ gaudent ad sonũ organi. Sed tales deberẽt respicere lectũ ꝙ quẽ intelligitur humana vita in qua ad modicũ tempus iacebit sic in honore mundi exaltatum quia dicit Sapiẽs. Omnis potẽtatus breuis vita Eccĩ. x. quod patet ex tribus. Primo ex vite inordinatione. qz potẽtes vt frequẽter inordinate viuũt suas ꝙcupias sequẽtes. j. Ethi. Nec et abbreuiant vitã. Secũdo qz crapulose viuũt Vnde fm Galienum. Plures occidit gula ꝙ gladius. Tertio qz multi machinantur in mortez eoꝝ aliqui ex ambitiõe vt honores eoꝝ bẽãt. aliqui ex odio eo ꝙ se ab eis segregatos reputant. vt dicit Nico. de lyra. Sed certe prae omĩbus est notanduz ꝙ ad caput lecti fuit leo fortissimus p quẽ intelligit dyabolus q̃ in capite lecti magis sedet dũ in honore positos fortiꝰ illaq̃at. sicut testatur Origẽ. in decalago ꝓceptoꝝ. In nllo diabolus hoiem sic illaq̃at ꝙ dũ in honoris appetitu ipm temptat. Ad pedes visus fuit draco magnus p quẽ intelligitur mors qui in pede ꝓcutit potẽtes huius mũdi ꝛ supbos ꝛ eos dijcit sicut figuratũ est Dani. ij. vbi legit ꝙ Nabuch⁹. vidit statuã cuius caput erat aureũ. pect⁹ ꝛ brachia argẽtea corpus seu vẽter ereus. crura ferrea. pedes autez habebat de luto. Et seq̃tur ibidẽ ꝙ lapis excisus est de mõte sine manibus ꝛ percussit i pedes statuã. et eam cõminuit. et in puluerem redegit Hoza. p statuã sbaudi diuitẽ. potentẽ. ꝛ superbũ huius mũdi. cuius caput est aureũ p sanguinis nobilitatẽ. pectus ꝛ brachia argẽtea. ꝓpter multitudinẽ pecunie. corpus seu venter ereus ꝓpter fame magnitudinẽ. qz ꝙ fuerint dñi scimt plurimi. p crura ferrea intellige fortitudinẽ. qz potẽtes sunt vndiq̃ fortib⁹ robozati. Pedes lutei significant mortalitatẽ q̃ cõmunis est potẽtib⁹ sicut paupib⁹. iuxta illõ Amãdi. i Hoza. Sap̃. li. ij. c. ij. Equũ est iudiciũ mortis ꝓsonaz nõ accipit nec alicui parcit sed equaliter omnibus condiuidit nec iuuenibus nec senibus miseretur. ignorat nobiles ꝛ potẽtes nõ fertur pauperẽ ꝛ diuitẽ simul perdet. et ꝑsper in suis sentẽtijs borrat quẽlibet potentẽ h⁹ mũdi dicẽs Ascende ꝑ ipm qz mortalis es. et qz terra es in terram ibis. Circũspice eos q̃ similib⁹ fulserunt splendoribus vbi sunt quos ambiebant ciuium potentatus vbi sunt insupabiles oratores. vbi sunt q̃ cõueniẽtius festa disponebãt. vbi equorũ splendidi imitatores. vbi exercituum duces vbi satrape ꝛ tyrãni. nõne vbi tota familia. fine in puluis, nõne in paucis vsib⁹ eoꝝ vite meoria. respice simulachra quis suus quis dñs quis diues quis pauper discerne si potes vinctũ a rege. a debili fortem. pulchrum a diffozmi. hec ille. Ideo recte sequitur ꝙ est excisus lapis de monte. Per quem intelligitur mors quem

nō deus sed diabolus excidit. qz Sap̄. ij. dicit. Deus fecit hominē inexterminabilem. inuidia aūt diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Glo. meditāte inuidia diaboli. qz diabolus ex inuidia tēptando mortē intulit. qz p̄mi parentes ex suggestiōe eius mandatū transgrediētes ori ginalē iusticiā pdiderūt et mortē incurrerūt. aut mortēdi nccitatē Heñ. j. iō iste lapis dr excisus fuisse sine manibus et pcussit statuaz in pede. qz potens in morte pcutiūtur et in puluerē redigū tur. Item ad latus dextrū fuit vrsus per quez intelligitur ꝓscia mordēs q̄ sp est circa lectum hūane vite et p̄ncipaliter potentiū supborum te stificans cōtra eos q̄ male agūt. iuxta illud apostoli. ad Roma. ij. Testimoniuz reddente illi ꝓscia eoꝝ. qz ꝓscia eoꝝ eos coram deo accusat. xiij. q. iij. c. In cūctis. Liber sine accusatiōe eē nō pōt si sola q̄ interius est conscia accusat. iō superbi potētes debēt ꝓscie ꝓsentire. i. superbiā deponere. exēplo Dauid. j. Regū. xix. vbi legitur Dauid fuit obsessus in domo sua ppria p famiham Saul qui ductus est spiritu inuidie. et eum occidere cogitabat. Qui dixit vxori nisi saluaueris te in hac nocte cras morieris. Qui ei ꝓsentiens depositus est per fenestrā. porro ille abijt et affugit et saluatus est nec hoc periculū euadere potuisset nisi vxori ꝓsensisset. Tulit aūt Michol statuā et posuit supra lectū et pellem pilosaz capre posuit ad caput eius et operuit eū vestimētis. moral. Per dauid qui interptat fortis manu quilibet potēs huius mūdi intelligitur. per Saul qui interpretatur abutens diabolus significatur hic inquam obsedit potentes huius mūdi cū familia sua scz. superbia. luxuria. auaricia q̄ oppmit pauperes sicut dic. btūs. Iero. vt habetur in epla Eusebij Quid diues a mortali aura pastus aliud ē q̄ quoddā peccatorū vas putridū ibi superbia ibi luxuria ibi auaritia et sic de alijs. Et subdit nōne in diuitibus nobilibus et potētibus nōne latrones q̄ paupm mercedē dēpdātur violēter et eos depmūt atq; necant. q. d. vtiq;. Et subdit. Receperūt certe supfluitatē vestimētorū de paupib⁹ frigore et nuditate morientibus nō curant pallacia et magna edificia erigūt vt ea hūani oculi cōtēplātur et pauperes in plateis moriūtur incomode. cōuiuia frequēter ꝓparāt alijs diuitibus vt ferculis delicatissimis sui ventris repleant ingluuie quibus pauperes fame pereant. quid aliud est eorū vita q̄ peccata. Si venter tanta ciborum repletus est copia nōne ad fores eius adest luxuria. q. d. sic Ecce q̄ multa familia dyabol⁹ obsedit diuites et potētes quā familiā. Dicol. q̄ interpretatur a quo ois significans cōscientiā q̄ ois iniquitas considerat mox cognoscit. Ideo dicit nisi te saluues in hac nocte. in hac vita que ē velut nox dānaberis seu morieris morte eterna iō. xxviij q. i. Omne q̄ contra conscientiā fit edificat ad gehennam. Et dicit extra de resti. spo. c. habēs q̄ audiens diues et potens p fenestrā descēdit quando p memoriaz penas inferni meminit sic q̄ abijt in viam humilitatis de castro elationis et saluatur. Item ad latus sinistrum erant serpentes et bufones. Et quid p latus sinistrū nisi status post hanc vitā vbi ꝓpentes et bufones rodent corpa potentū et anie tradent in ptātē demonū et tormētorꝝ. Sap̄. vi. Potētes potenter tormēta patiētur. si enī homo hec predicta diligenter inspexerit se cito de honore mūdi expedire poterit. Sicut fecit quidam dux burgūdie de quo legit cū sepulchrū patris sui aperiret et corpus transferre vellet vidit magnū bufonez sup faciē patris et prudenter ad se rediēs coraz oībus militibus suis exclamauit. O falsa mū di gl̄ia delusisti patrē meū me aūt non decipies Et ꝓuersus ad corpus patris dixit vbi sunt diuitie et delicie q̄s habuisti nūc comederis tam turpiter a bufone et vermes te deuorāt sic pauperes deuorasti et relictis statum oībus religionē intrauit. Deinde Hantherius puenit ad aliud regnū quod est regnū carnis. si enī bō fugerit de regno honoris p viā hūilitatis duc eū diabol⁹ ad regnū carnalitat. In quo q̄dē regno multi exaltant sic patet de salomone qui ad tā tam carnalitatē deuenerat vt frequēter vgines de nouo habere volebat. ppter qō dr. iij. Reg. xi. Fuerunt ei vxores q̄si regine septingente. et cōcubine. In hoc regno carnalitatis exaltatus fuit assuerus q̄ vt legit Hester. ij. q̄libet die habebat vnā et q̄ ingrediebat vespe egrediebatur et mane nec habebat licentiā reuertēdi nisi eam rex vocasset ex noie sed hic sis castus et cautus in pdicādo has historias eo q̄ multi potentes seculi occasionē et excusationē sue carnalitatis (vt credo) ab his accipēt q̄ vt frequēter vgines hre voluert q̄s in pditionē aiaꝝ suaꝝ turpiter stupr̄auerūt quoꝝ nōnullos noui. vnū q̄ ante pauca tpa pncipr in hoc regno carnalitat ex altat⁹ fuit sardinapul⁹ rex assirioꝝ qui raro armis vsus ē vt regē decz scz voluptati dedit⁹ quotidie quersabat cū mlierib⁹ et puellis. et timeo q̄ adhuc sunt mlti q̄ in hoc regno exaltāt illis q̄ dē nocē ē vt respiciāt lectū carnalitatis q̄ q̄dez nouaculis acutis plen⁹ ē qz pene q̄ dant carnalib⁹ sunt dolorib⁹ plene qz de tali lecto dr Esa. xiij. Subter te sternet tinea et operimētū tuum erūt vermes. de hoc q̄re ex pmone scdo scde dnice. d. l. vel p lectū carnalitat intelligunt deliti qui in q̄ lectus licet pulcher videat est tamē acutis nouaculis plenus. i. anxietatibus. Z

ſicut dicit Jero. Appetitus fornicationis anxietas ⁊ ſacietas ⁊ pñia. Exemplū de quadā puella que eſtimans q̄ delectatio huius pctī eſſet quoddā magnū. deſiderio illius ſibi v̄ginitatez aufferri pmiſit. deinde videns p q̄li re thezaurū tm̄ amiſiſſz adeo penituit q̄ ſe interficere voluit. Et hec anxietas nō ſolū eſt in vita ſz etiam in morte q̄ dicit Egeſippus O q̄ amara morte obiūt q̄ ſe in hac vita voluptatib⁹ ⁊ delicijs affecerūt ſed poſt mortē anxietatē ⁊ tribulationē habebūt maximā Apoc. ij. dicit de fornicatore Jeſabel. Ecce ego immittā in eā lectū Glo ſa. infernalis pene ⁊ q̄ machinātur cū ea ſcz cōmunicādo malis ipius in tribulatione maxima erūt. niſi pñiam ſcz in pñti ab opibus egerit. iō regnū carnalitatis merito eſt reſignandū Tertio ſeq̄tur q̄ ille Gantberi⁹ mane ſurrexit ⁊ viam triū dierū ambulauit. ſic debet hō xp̄ianus mane ſurgere ad laudandum deū ⁊ adorandū. q̄ dicit Job. xiij. Si diluculo cōſurrexeris ad deū ⁊ oñipotentē fueris deprecatus ſtati vigilabit ad te ⁊ placatū reddet habitaculū tuum. Et nota q̄ debemus mane ſurgere ad exorādū deū. Primo ppē citā exauditionē. ſicut enī diuites boni huius mūdi p̄mū eis paupez occurrētem ⁊ elemoſynam petentē citius exaudire ⁊ ei dare ꝓſueuerūt. ſic dñs libentius dat eis ⁊ eos exaudire ꝓſueuit qui valde mane exorāt eū. iō dixit ſapiēs Oportet p̄uenire ſolem ad benedictionē ⁊ ad ortū ſolis te adorare. Quid enī eſt aliud benedictio niſi munerū datio quā debet hō p̄cuenire mane deū exorādo. Scdo ppē diuinā ꝓſolationē. ſicut enī filij iſrael colligebāt māna hora matutina Exo. xvi. Sic dulcedo diuine ꝓſolationis querēda eſt mane q̄ dñs mane viſitat ſe q̄rētes Job. xvi. Viſitas eū diluculo. et Yſa. xxvi. dic̄ dñs. De mane vigilabo ad te. Itē hō nō ſolū de mane debet ſurgere q̄ vult ad celeſtē hereditatē p̄uenire. ſed etiā viā triuz dierū ambulare. Prima die p viam ꝓtitionis Scda p viā confeſſionis. Tertia per viā ſatiſfactionis. De q̄bus dicā infra latius dñica ſequēti. Fmone. iij. L. Q. Poſtq̄ igit illoz triū dierz vias ambulauit ſenē quendā inuenit qui eſt criſtus dñs q̄ dicitur ſenex dierum Danie. vij. Et habebat baculum ſancte crucis in manu ſua. De quo in Ps̄. xxij. Virga tua ⁊ baculus tuus ipa me ꝓſolata ſunt. hūc igitur baculū dat hoi quia vult per paſſionē crucis ſe hominē ſeq̄. iuxta illud Math. xvi. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipm ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſeq̄tur me. Et ideo dicit accipe baculū iſtū ⁊ videb montē altū. mons ille altus eſt celum. De quo Ps̄. xxiij. Quis aſcendet in montē dñi. in pede huius montis .i. in terra ſtat vna ſcala p quam oportet hominē aſcendere. Iſta ſcala eſt v̄a humilitas p quā celum aſcendit. ideo dicit Bern. Per hūilitatē aſcēde ad ſblimitatez. q̄ hec eſt via ⁊ nō alia p̄ter ipam q̄ aliter vadit ad celum cadit potius q̄ aſcendit. hec ſcala plana habz ſex gradus. Primus eſt ſb̄dere ſe maiori ⁊ hic gradus humilitatis aſſiſtatur cuidā circulo planetarū qui b̄z deferēs. qui fm Ptolomeū ē cir culus planus p cuius circūferētiā ſp mouetur epiciclus ipius planete. iō b̄z deferēs. q̄ defert circulū epicicli. Huic etiā aſſiſtatur gradus alius humilitatis qui eſt. non ſolū ſb̄dere ſe maiori ⁊ eū deferre. ſed etiā q̄ fm eius imperium et obedientiā ſb̄ditus debet manere ⁊ obedire in oñibus. vt ſic fm dr̄am huius circuli .i. fm diſpoſitionē p̄elati deferat circulus epiculi .i. vita ⁊ voluntas ſb̄diti Exēplo xp̄i qui dixit Joh. vi. Deſcendi de celo nō vt faciā voluntatē meā ſed patris mei qui miſit me. et hoc q̄tū in mundū veniēs. ſimiliter fuit obediēs in mūdo manēs et de mūdo tāſiens. De p̄mo Job. xv. ſicut mādatū mihi dedit pater ſic facio de ſcdo Math. xxvi. Nō ſicut ego volo ſed ſicut tu. ſup quo dicit Bern. Memētote fratres xp̄s ne perderet obedientiā p̄didit vitā Et in ſignū q̄ obediēdo mādato patris mortē ſuſtinuit inclinato capite emiſit ſpiritū Joh. xix. Et quid xp̄us in hoc voluit certe nihil aliud niſi vt nos inſtruerz maioribus nr̄is obedire. iō dicit Ap̄l's ad Roma. xiij. Oñus aīa ptātibus ſblimioribus ſb̄dita ſit et. xi. q. iij. c. ſi dñs. hic habetur. ſi dñs ea iubet que ꝓtraria nō ſunt vel vt aduerſa ſanctis ſcripturis ſb̄jciatur dño ſuus. ſi vero ꝓtraria p̄cipit magis obediat ſpūali q̄ corpali dño. Et ſb̄dit. Si bonū q̄ p̄cipit imperator iubētis exeq̄re voluntatē. ſi malū r̄ñde q̄ deo oportet magis obedire q̄ hoīb⁹ hoc ipm ⁊ de ſuis apud domi nos. et de vxorib⁹ apud viros ⁊c. Secūdus gradus hūilitatis eſt nō p̄ferre ſe eq̄li. et hic circulo cōpatur q̄ b̄z equās. qui iō dicit equās. quia in illo vniformit̄ tenet planeta ſuum curſum. ſic hō qui eſt eq̄lis alteri quo ad eq̄litatē ſue mēſure nō excedat. ſic patet b̄ ciuibus in citatib⁹ quoz lz aliq̄ exaltent̄ vnus in mgr̄m alter i iuuenib⁹. et ſic de alijs. nō tamē debent ſe p̄ferre ſuis eq̄lib⁹. ſic docet Sapiēs Ecc̄i. iij. Rectorem te poſuerūt noli te extollere Glo. ex honore ti bi impenſo ſed magis hūiliare ſaluo tū honore officij. Et ſequit̄ Eſto in illis ſicut vnus ex ipis curam illoz habe. Tertiꝰ gradus hūilitatis eſt minorē nō ſpernere ſz ei ſe cōformare ⁊ hic aſſimilatur circlo q̄ vocat̄ epiciclus p cui⁹ circumferentiam mouet̄ planeta. vñ in ſuperiori parte epicicli mouet̄ ab oriēte in occidentē. inferiori vero pte mouet̄ ab occidēte in orientem. et iſte

circulo est minor epicicli. In quo innuit q̄ hō licite sic mouet in dignitate qñ se puificat obsequēdo vel condescendēdo minori sicut xp̄s qui licet est rex regū z dñs dñantiū Apoc.xix.tñ se peruificauit minoribus scz discipulis suis imo minorē se eis exhibuit in hoc q̄ eis fuiuit. ideo dixit Luce.xxij.quis maior est qui recumbit. an qui ministrat? Nonne qui recumbit. Ego aūt in medio vestrū sum sicut qui ministrat. q̄si diceret. in hoc do vobis exēplum vt z vos mio ribus vobis fuiatis. et sicut epiciclus est enim circulus queu describit planeta motu cor= poris sui sic hūc gradum humilitatis. describit motus corpis nostri. qz scz docet nos vt i nullo supbire debeamus. z hic vocatus est duplex vnus in morte. et hic est ab occidente in orientē q̄tū per mortē corpus redigit in p̄stinā suaz originē Gen.iij. donec reuertaris in terrā de q̄ sumptus es. et Eccī.iij. de terra facta sunt. z in terrā pariter reuertētur. Alius est in vita q̄ tendit ab oriēte in occidentē. i. a iuuētute in mortē iuxta illud Ecc̄s.j. oritur sol z occidit. q. d. hō p̄mo nascitur z post moriē. et p̄cordat sapiens nos nati p̄tinue desinimus esse. et post erimus q̄si nō fuerimus Sap̄.v. Quart⁹ gradus hūili tatis est se cor̄ alijs vilem reputare. Exemplo dauid qui cū esset rex tñ se corām alijs humilia uit.ij.Regū.vi. Cū accinctus esset ephot duce= bat archam in iubilo in ciuitatē eius. micol aūt filia saul p̄spiciens per fenestrā saltantē despe xit dicēs. Quā glorioſus fuit hodie rex israbel q. d. in nullo immo vilis z ingloriosus discoope riens se. qz regalia insignia deposuit ex humili= tate que magis placet deo q̄ ornatus regi⁹ vt dicit Glo. et addidit ante ancillas suas q̄si nu detur vnus de scurris. q. d. nō fuit distincto in habitu regis a vilibus personis cui dauid hūi liter rñdit. viuit dñs. q. d. per viuentē dñm iuro ludam ante dñm z vilior. i. humilior fiam z cuz ancillis de quibus locuta es: glorioſior appa rebo. Et dicit Glo. Micol ex sua supbia ancil las reputabat alias vxores Dauid q̄s accepat tanq̄ secūdarias. z cū istis dauid apparuit glo riosior. qz de ipis habuit pulchrā multū z nobi lem. etiā post istud factū nō aūt de micol. Ideo ōz micol filie saul nō ē natus filius scz deiceps licet ante habuisset. Est tamē circa hoc aduertē dū. iuxta illud q̄ dicit Egidi⁹ roma. in li. de re. p̄ncipū pte.iij.c.xxvij. Humilitas est virtus re trahens ne rōne bonitatis z delectabilitatis q̄ est in rebus honorificis eovltra q̄ ratio dictat p̄seq̄mur. In hoc aliqui abundant vt supbi ex= cellentias z honores vltra q̄ ratio dictat. p̄se= quētes. Alij vero penitus fugiūt honorē nec q̄= rūt opa bonore digna q̄ non humilitatis. estq̄ miserie magis z vilitatis Et subdit inquirendo opa bonore digna nō p̄tingit peccare. si q̄s enī vltra q̄ status req̄rat p̄ter rationē deijceret se. talis vel esset vilis z delectus vt bestia q̄ suum statū nō cognoscit ille esset supbus z iactator si cut ex hoc aliqui querūt excellentiā z iactantiā se nimis deijciendo vt hypocrite facere p̄sueue rūt qui opa bona faciūt exterius se viles vltra alios estimātes summe p̄dicantes. aliud tamen in corde hypocritarū vtpote laudem omniū et fauorē p̄tendentes. et taliū hominū opa q̄lia erūt ex fine cognoscūtur. Ideo dic̄ Tulli⁹ mo= ra. Si quis humilis est immoderato modo fugi atur. q. d. humilitas debet esse inter supbiaz et delectionē sicut magnanimitas inter p̄sumptio nē z pusillanimitatē. Et subdit rōem. qui nimis est hūilis hic p̄ stulto reputat. Et helmandus. Nimia hūilitas maxima pars supbie est. iō ve= re hūilis intēdit rep̄mere supbiam z moderare delectionē. Quitus gradus hūilitatis est se exi lem in scia estimare. sicut fecit Jere. Qui cum mitteret ad p̄dicandum. ait. dñe nescio loqui qz puer ego sum Jere.j. Sextus gradus humi= litatis est infima libētius opari Exemplum de Abigail.j.Regū.xxv. P̄ro qua dauid dū desti= nasset vt eā in vxorez duceret dixit ecce famula tua sit in ancillaz vt lauet pedes seruoz tuoz Quicūq̄ ḡ hos gradus hūilitatis ascenderit et tribus ictib⁹. scz oratione deuota. iciunio z ele mosyna. ianuā celi pulsauerit ad pallaciū pul= cherrimū intromittetur eēne glorie. De cuius pulchritudine dicit btūs Aug⁹. Tanta est pul chritudo supne glorie. tāta est iocūditas lucis eēne vt etiā si nō liceret in ea manere p̄terq̄ vni us diei horā p̄pter hoc soluz innumerabiles h⁹ vite dies pleni delitijs z circūfluentia bonorum tpaliū merito p̄tēnarent. tam enī pulchra ē et suauis vt in ea visa nō possit amplius delectari omnē vincit dulcedinē. omnē exupat p̄cupiam Ideo legit in apiario. c. vlti. q̄ dñs brabātinus interrogauit quendā demonē qui obsedit homi nē de celesti patria an tā pulchra sint z in eā in= finita gaudia sicut dicit. ait demō: infinita pul chriora z maiora q̄ dici possit. ait Thomas vel les redire ad illa. vellez inquit si possem vsq̄ ad diē iudicij oīnia tormēta q̄ oēs demones patiū tur p̄ eo tollerare. cui ille. p̄mitto tibi q̄ eam re cupabis si potes cū bona intentione dicere. do mine deus meus peccaui ignosce mi q̄ mox p̄to collo clamauit dñe de⁹ me⁹ āpli⁹ nō p̄cedēs Cūq̄ hoc sepi⁹ iterarz nc se peccasse fateret nc peteret sibi ignosci. Subiūxit dñe deus marga rethe (sic enī femina quā obsedit vocabatur) de dignatus es dñm deum te cognoscere. Ait tho mas. O infelicissime supbia tua de celo te eiecit

Thomas

nec ad hoc te redire permittit. mox demon obmutuit ⁊ recessit. ex quo elicio q̄ ad hoc pallaciū pulcherrimū oportet nos ascendere p̄ scalā humilitatis de quo diabolus eiectus est ratiōe elatiōis. ibi. inuenies tria. Primū est abūdātia sine defectu. ibi. abundat oīe bonū ⁊ nihil deficit qđ delectat. iuxta illud Bern̄. O ciuitas celestis mansio futura patria q̄tinēs totū qđ delectat pp̄lus sine murmure incole quieti oēs nullam habētes indigentiam. O q̄ gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. ideo dicit btūs Aug⁹. in li. de ciui. dei. q̄ta erit felicitas vbi nullum erit malū. nullū deerit bonū. vacabit dei laudibus qui erit oīa in oīb⁹. nā quid aliud agit vbi nec vlla desidia cessabit. nec vlla indigentia laborabitur. idez. ibi erūt bona corpis ⁊ aie. qualia nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec cogitauit cor hominis. quid ergo per multa vagar⁊ homūcio q̄renda bona aie tue ⁊ corpis tui amavnū bonū in quo sunt oīa bona ⁊ sufficit tibi. Secundū qđ est in hoc pulchro pallacio ē gaudiū sine tristicia. iuxta illud Aug⁹. Fmone de vanitate seculi. ibi. inquit. nō erit vlla tristicia. nūllus ibi dolor. nullus labor. nullus timor. nulla mors. sed ppetua semp sanitas pseuerat. Et no tandum q̄ gaudiū electoꝝ p̄mo puenit a visione deitatis. qz Ysa. xxxiij. regē in decore suo videbunt. ideo dicit btūs Bern̄. Reuera idem ⁊ hoc solum est verū gaudium qđ nō de creatura sed de creatore ꝯcipitur. et cū possideris nemo a te tollet cui cōparez certe aliunde oīs iocūditas meror est. oīs suauitas dolor ē. oīe dulce amarū. oīe decor feduz. oīe postremo qđ cūq; aliud delectari possit molestū. Unde refert Thomas in apia. c. vl. Jordan⁹ frater ordinis predicatoꝝ diabolū interrogauit dic mihi inquit. si optio tibi daretur vbi velles esse. ad quē demon cū tantus sis clericus ⁊ doctor ecclesie miror te taz simpliciter interrogasse. ⁊ ad iecit. dic mihi vbi tu velles esse si tibi optio daretur. ad quē iordanus. nusq̄ esse vellem nisi in celo. cui demon. et hoc vellem ⁊ ego. et iordan⁹ quare inquit velles ibi esse maxime. cui demon. vt respicerē illam faciē clarā creatoris mei. qđ cū iordanus audiret q̄si extra se raptus corruit ⁊ fleuit. Tandez ad se reuersus interrogauit dicēs. dic mihi sustinere quid inde velles q̄ poss ses faciē creatoris tui videre. ille rn̄dit. omnes penas quas oīes demones sustinuerunt a die quo eiecti sunt de celo. et quas sustinebūt vsq; in finē iudicij vellē sustinere vt semel possem videre claritatē dei sicuti est. ad quē Jordanus. credo te esse vnum de melioribus demonib⁹ et de mon. fui vnus de seraphin qui semp assistūt ante faciez dei. ait Jordanus. dic ergo mihi aliqđ de claritate vultus dei. ex quo tā ppefaciē ei⁹ vidisti. ad quē demon. nō tibi de hoc aliqđ dicere possum cū etiā angeli qui faciē eius semp intuentur si essent in terra et vellent aliqđ de claritate eius dicere nō sufficerēt. dicaz tibi tamen aliquā similitudinem ex q̄ perpēdere potes q̄ clara sit facies dei. si inquit oīes flores pretiriti ⁊ futuri omniū arbor⁊ ⁊ omniū gminum. et viriditas ⁊ oīs color omniū lapidū pciosorū et metallor⁊. et splendor solis. ⁊ lune ⁊ stellarū et oīs claritas omniū luminarium q̄ ab initio vnq̄ splenduerūt in terra lucerēt. oīs illa claritas nō esset nisi tenebrosa lux ⁊ nox respectu clarissimi solis. tūc Jordanus ait. O q̄ miser ē ille qui hec amittit. Secundo hoc gaudiū pue nit ex visiōe humanitatis De quo Bern̄. plenū prorsus est oīa suauitat⁊ dulcedine videre homīnē homīs ꝯditorē. Tertio puenit ex multitudine societatis. qz Apoc. vij. legit. Vidi turbaz quā nemo dinumerare poterat. ibi. erit btā virgo oēs angeli sanctiz sancte q̄ oīes reges sunt ⁊ regine. ꝓpter qđ filius dei dicit veniſſe de regalibus sedibus Sap̄. xviij. Tertiū qđ inuenit in pallacio hoc pulchro. ē lux sine tenebris qz claritas dei illuminat illud. vt Apoc. xxi. et etiam aie iustor⁊. qz Math̄. xiij. Fulgebunt iusti in regno patris sui sicut sol. et dicit doctor ber trād⁹ in libello de inuestigatiōe creatoris per creaturas. sicut nūc sol est nobis altior sic tūc nos erimus altiores. qz sicut nūc sol terraz sic tunc aīa iusti illuminat totū celum. sicut sol penetrat vitrum. sic anima iusti mille muros ⁊ ita clara erit q̄ si etiā staret vbi nūc est sol. sol obscuraretur ⁊ anima illuminaret totū mūdū. hec ille. At si vna aīa iusti est tam clara q̄tū tunc in finite iustor⁊ aīe illuminātes celū causabūt. aut facient ibi lumē. et q̄ faciant lumen dic beatus Aug. li. soli. c. xxxiiij. O regnū etnū regnū oīm seculorū. vbi lumē indeficiēs ⁊ pax dñi q̄ exuperet omnē sensum in qua sanctor⁊ aīe reqescunt. et letitia sempiterna sup capita eor⁊. hic cōclu de Fmonē sequētē mat̄iaz in posteruz refuādo.

Dñica infra octauas natiuitatis dñi.

Quantum ad

secundū ponit btūs paulus pacie Fuilitatē ibi. nihil differt a Fuo cū sit dñs omniū. Ubi notandū. legit in gestis romanor⁊. Quidā impator statuit. p lege. quicunq; vellet pallaciū suū intrare ⁊ ei ministrare. q̄ tres ictus in porta faceret. erat tūc tpis quidā paup nomie Abias vel Hydo Fm alios. q̄ veniens ad portā pulsauit. et per ianitorē introductus fuit ⁊ imperatori Fuicia sua exhibuit. Ad quē ille. que sunt Fuicia que velis mihi exhibe-

re.qui ait.primũ fuitiũ corpus regi scio custo-
dire lectũ preparare.pedes lauare .Secunduz
quãdo alij dormiũt scio vigilare.Tertio potum
gustando scio iudicare Quarto homines ad cõ
uiuiũ scio inuitare. Quinto ignẽ sine fumo scio
preparare.Sextum viã ad terram sanctaz scio
demonstrare.volens itaqz rex in eo ista experi-
ri mandauit de ꝑmo fuitio .ille autẽ omni nocte
lectũ preparauit lintheamina mutauit ante ca-
merã cuz caniculo armatus iacuit vt si ipe dor-
miret latrante cane euigilaret ꝛ regẽ custodirz
qõ videns ipe impator eum collaudauit .dein-
de secõm fuitiũ impleuit:nam per totã estatem
vigilando laborauit. et cũ alij dormirẽt omnia
necessaria,pcurauit.venienteqz hyeme laboran
tibus ꝛ vigilantibus alijs ipe ꝙuit ꝛ dormiuit.
Tertiũ fuitiũ ipe ostendit porrecto sibi cipho ĩ
quo erat mixtũ aceto vinũ optimũ ꝛ mustũ.ait
cum gustasset fuit bonũ.est bonũ .et erit bonuz
q.d.acetũ fuit bonũ.vinũ est bonũ ꝛ mustũ erit
bonũ.impator cum audiret prudentẽ post iudi
cationẽ mandauit sibi quartũ seruitiũ vt per re
gna ꝛ castra sua transiens omnes amicos suos
ad cõuiuiuz inuitaret. accepto igitur mandato
concito,perauit ꝛ oẽs inimicos impatoris in
uitauit quos videns ille iratus est valde .cui a-
bias.amici tui quacũqz hora venerint cum gau
dio suscipiũtur .Oportuit ꝛ inimicos inuitari.
vt per bilare cõuiuiũ fierent ꝛ amici qõvt factũ
fuisset impator deũ bñdixit.postea quintũ fuiti
um impleuit.nam ligna in estate per ardorẽ so-
lis exiccabat.sicqz ignẽ sine fumo faciebat .po-
stremo vltimũ iubente rege fuitiuz ostendebat
vocatoqz populo volente ad terrã sanctam,pfi
cisti dixit:in illa rupe est auis que cõtinuo in ni
do suo residens q̃ huius est nature ꝙdiu ẽ in ni
do totũ mare est tranquillum. ꝛ si contigerit eã
extra nidum volare.mare perturbaꝛ.sicqz ĩ trã
quillitate eius nauigare possunt secure.in ptur
batione eius vero quiescere necesse est.q.d.Cũ
auis in nido est potest quilibet in terrã sanctam
ire ꝛ redire.cum vero volauerit extra sine peri
culo submersionis nemo valet ptransire. dicũt
la.et ille.nidum nõ dimittit nisi ꝓpter vnã cãm
est alia auis que est huic inimica .que die noctu
qz laborat vt niduz suũ violet atqz defedet quo
facto pre dolore auis illa exit.ꝛ nidum dimittit
cunqz ille de remedio quereret vt auis in nido
remaneret.ait.nidum interius ꝛ exterius san-
guine respargite agni.quia tũc auis contraria
nihil sub celo magis odiens nidũ non audet in
trare.sicqz auis in nido manẽs ad terram san-
ctã possit secure ãbulare.Spũalit impator ille
ẽ deꝰ glorioſus qui velut dñs vniuersorũ regit
celos ꝛ mundum.et oĩa stant ad suũ imperiũ
sicut testaꝛ btus Augº.li.soli.c.xxxiij.Sancte
sanctoꝝ deus inestimabilis maiestatis.deº deo-
ruz.et dñs dñorum mirabilis ꝛ inenarrabilis
ꝛ incogitabilis quẽ tremũt in celo angelice po-
testates quẽ adorãt dñationes ꝛ throni ꝛ oĩes
virtutes pauẽt in conspectu tuo . cuius potẽtie
sapie ꝛ clementie nõ est numerº qui fundasti mũ
dũ super nihilum ꝛ mare collocasti in aere qua-
si in muro oĩpotentissime spirituum vniuerse
carnis.ad cuius conspectũ fugit celum ꝛ terra
et ad cuius nutum oĩia se ꝑijciũt elementa .te
adorent ꝛ glorificent omnes creature.hec ille.
Ecce q̃ magnus est impator deus.ideo dic̃ ve-
nerabilis Boe.li.iij.de conso.me.ix.O qui per
petua mũdum rõne gubernas.terrarũqz celi sa
tor id ẽ creator qui tempus ab euo ire iubes.
T dia minuunt dies. Tertia lepra est in siti. qz leprosi vt frequenter sitim patiũtur. et hoc pro uenit ex humoz aduſtione hãc lepram spualiter patiũt̃ auari signati p Giesi leprosum. de quo iiij. Reg. v. Postq̃ sanauit Helizeꝰ Naamã pn cipem syrie. et ille obtulisset sibi munera q̃ Heli zeus nõ recepit cucurrit post eum Giesi seruus Helizei: quẽ cum vidisset Naaman cõcurrentez ait: recte ne sunt omnia. et ille ait recte ⁊ dixit. dñs meus misit me dicens: modo venerunt ad me duo adolescentes de monte effraym ỏ filijs ꝓphetarũ da eis talentũ argẽti ⁊ vestes mutatorias duplices: ait Naaman. Melius est inqt vt accipias duo talenta ⁊ dedit ei que ille accepit. et ꝓpter hoc factus est leprosus. quia dixit ei Naaman adherebit tibi. Morali Giesi gerit figurã auarorq̃ qui diligunt munera ꝓpt̃ qỏ adheret eis spualis lepra scz auaricie. et sic leꝓsus patitur sitim. sic auarus habet sitim diuitiarũ quibus nõ potest impleri propter certas causas. Prima anima que est capax dei nullo alio impleri potest preter deuz vt dixi supra ex verbis Inno. dñica infra octauã epiphie. L. D Et sic q̃tũcunq̃ auarus cumulat tamen animã suam non satiat. iuxta illud Sap. xi. Non sufficit cor repleri vnius hominis. Secũda quia cupiditas est quasi ignis ardens qui nunq̃ dicit sufficit Prouerb. xxx. Ignis vero nõ extinguit̃ per appositionẽ siccorq̃ lignorq̃ sz augeat̃ vt dicit Phus. ij. de anima. Ignis p appositionẽ combustibilium crescit in infinitũ. Et ibidez. Ignis inquit augmentatur in infinitum. sic cupiditas non extinguitur ex appositione diuitiarum. sed augetur. Ideo dicit Phus primo Politicorq̃. Desiderium diuitiarum tendit ad infinituz. cui consonat Poe. Crescit amor mundi q̃tum pecunia crescit. Tertia causa est quia pecunia nõ apponitur vbi est sitis auari. sitis enĩ auari ẽ in anima sed ipe ponit pecuniam in arcba. insanis ergo auare qui pecuniam ponis in bursam vel in cistam non est tibi saturitas sed sitis: ergo saturari non poteris. quia pecunia res corpalis est. Anima autem res spiritualis. res vero spirituales corpozali nõ possunt impleri nec ecõuerso. verbigratia. sicut archa nõ potest impleri sapientia sic nec anima pecunia. Quarta lepra est in ponderositate quia vt communiter leprosi sunt ponderosi ⁊ graues. et hãc lepram patiũtur accidiosi qui sunt graues ad bene opandum. Et figurat̃ hec lepra Exodi. iiij. vbi legit̃. q̃ dñs dixit ad Moysen. Mitte manũ tuam ℣ in sinum tuum q̃m cum misisset in sinum protulit eam leprosam ad instar nimis. et iterum dominus retrahe manum in sinum tuum. retraxit et protulit iterum. et erat similis carni relique. Ille mittit manum suam in sinum qui deterior efficitur. quod pertinet ad vicium remissionis. si enim incipit aliquod opus primo die aliquãtulum strenue opatur scdo die minus tertio iterum minus ad vltimum nihil. sic incurrit spiritualem lepram accidia. De tali dicitur Eccĩ. xxij Filia fatua in minoratione fiat. filia fatua est anima sale sapientie non condita que semper decrescẽdo procedit. remissius enĩ quotidie aliq̃d amittit ideo pauper efficitur Prouerb. x. Egestatem operatur manus remissa. manus autem fortium diuitias parant. Et Prouerb. xxij. manus fortium dominabitur: que autẽ remissa est tributis seruiet. Econtra vero vita iustorũ procedit crescendo. Juxta illud Prouerb. iiij. Justorum semita quasi lux splendens precedit. et vsq̃ ad perfectum diem Prouerb. xxi. Cogitationes robusti semper in abũdantia De hoc tale inueni exemplum. // Milites tres sibi mutuo felicitatem promiserant vt in quacunq̃ necessitate essent se nõ desererẽt in bellis ⁊ in torneamẽtis erant strenui. et ad omnia mundi facta proni. // Contigit cum quadam die transissent siluam omnes in silentio transierunt. et cũ essent extra siluam dixit senior. Miror quomodo sic obmutuimus in transitu silue. et dixit causam silentij esse hanc. quia videns amenitatem silue memor fuit amenitatis celestis quã etiam causam ceteri confessi sunt. Quibus senior dixit. Credo sine causa hoc factum non fuisse. Sed

nutu dei vt sicut hactenus mũdo. ita nunc deo
seruiamus.qua ꝓpter consulo vt claustruz ingre
diamur.et eandem fidelitatem in domino habe
amus qđ ꝛ factum est ꝛ laudabiliter ꝛ strenue
per aliquod tempus ibi vixerunt. tandem duo
minozes ceperunt tepescere.et hoc inuicem cõ=
fessi sunt.et consolationẽ inuicem quesierũt.ve=
nerunt ad tertium de statu suo querentes inue
nerũt deo eum seruientem hilariter ꝛ deuote vi
dens autem vultus eoꝝ tristes dicẽs. Ecce ex
multo odio ꝛ tedio estis tristes ꝛ segnes ꝛ pigri
mihi aũt totum tps breue videtur quia semper
occupoz studijs .illis autẽ mirantibus quibus
studijs vel occupationibus tempus expenderz
cum sicut ipi illiteratus esset dixit tres litteras
tantũ inuenio quas docuit me magister meus i
ingressu meo quas legens quotidie nullo tedio
afficioz.sed pre desiderio legendi deficit m tem
pus.vna scriptura vel littera in nigro coloze q̃
significat peccata mea que denigrauerunt aiaz
meam ꝛ falsitatem ꝛ instabilitatem mundi.per=
petuitatẽqꝫ inferni et hanc ego lego a mane vs=
qꝫ ad missam. Secunda littera aut scriptura est
in coloze rubeo que significat passionem salua=
toris nostri qui multa pro nobis sustinuit hanc
lego a missa vsqꝫ ad nonã quãdo spiritũ emisit.
Tertia littera aut scriptura est in aureis litter|
et hec est amenitas ꝛ multiplicitas gaudij cele
stis.et hanc lego vsqꝫ ad completoziũ.et sic ex=
pono tempus meũ sine tedio quo audito ceteri
multũ accensi de cetero.et ipi,pfecerũt. sic etiã
exemplo illius militis debent ꝛ ipi laici q̃ alias
nesciunt scripturas legere ꝛ relegere has tres
litteras legere .Et primo litteram nigram vt
videlicet cõsideret homo q̃m niger ꝛ turpis an
te deum factus est per peccatũ.iuxta illud Tre
noꝝ .iij. Denigrata est facies eozum super car
bones ꝛ non sunt cogniti in plateis.et non solũ
denigrat peccatum coram deo sed etiaz aliquã
do coram hominibus.sicut factum est cuidam
militi.de quo refert Apiarius.lvij.c.Qui de la
tere mulieris ꝛ ꝓiugis surgens in tempie noctl
completa cum aliena flagicioſa domũ luna lu=
cente rediebat. Cuius faciem per fenestrã vxoz
eius contemplata clamauit horrifice.ad cuius
clamorem ancille domus ꝛ famuli concurrẽtes
ad contuitum domini pariter clamauerunt q̃si
a conspectu demonis deturpati q vt miles vi=
dit aiaduertit faciem suam a propria forma re=
cedisse.et diuino iudicio ꝑm vilitatem peccati
confusionis ignominiã induisse. mane propera
uit aduersus ecclesiam vt confessus,ppriaz foz=
mam meretur recipere.cui cũ vacce ꝛ pecudes
ad pascua longius obuiarent mox miros dede=
runt mugitus.et fugerunt idem pastoꝛes obuij
quoqꝫ fecerunt. Sacerdos autez in ostio eccle=
sie residens dicens horas mox vt illum vidit si
gnauit se intrans ecclesiam. ꝛ ostiũ post se clau
sit .tunc ille prosternens se ante foꝛes ecclesie di
xit miserere pat̃ sancte miserere miserrimo pec
catoꝛi non sum ille qui videoꝛ.sz hoc mihi pec=
catis exigentibus accidit vt in me laruata qua
si demonis facies videatur .cui sacerdos clau=
so inquit ostio dicas quid vis .et sic de te q̃cq̃d
voluerit deꝰ expectabo nec moza vbi miles cũ
nimia contritione ꝛ lacrimis ꝓfessus est:larua=
lis illa ꝓfusio detrusa ẽ.ꝛ,ppriã faciẽ cũ sua inte
gritate recepit et dicit auctoꝛ. Vidimus plures
ex his qui militez optime cognouerũt. qui nob
ista de illo testantissime narrauerũt. Secũdo de
bet homo laycalis legere in scriptura aut litte=
ra rubea:videlz recoꝛdãdo passionem xp̃i.vt su
pra dixi dominica tertia in aduentu sermone.ij
S.O. Quia talis recoꝛdatio passionis xp̃i: plꝰ
valet eis q̃ frequens ieiuniũ vel virgaꝝ percus
sio:aut psalterij decantatio.quia quidã dicunt
et ascribũt hoc Alberto magno q dixit. Sim=
plex recoꝛdatio seu meditatio passionis xp̃i:plꝰ
valet:q̃ si integrum annũ ieiunaret quis in pa=
ne et aqua.vel si quottidie virgis aut flagellis
vsqꝫ ad effusionẽ sanguinis cederet.vel si quot=
tidie legeret vnum psalteriũ.ꝛ ratio potest es=
se hec.quia ieiunium aut talis percussio:vel oza
tio psalterij:fit aliquando cum tedio ꝛ sine de=
lectatione. Recoꝛdatio aũ passionis xp̃i quaz
ex maximo amoze sustinuit:nunq̃ potest coꝛdi=
aliter memoꝛari aut fieri:sine ingenti charitate
Et hec quidẽ charitas facit memoziam chꝛisti
passionis adeo preciosam. Quia dicit Augusti.
de laude.c.attendite. Quanta est charitas que
si desit frustra habentur cetera.si autez assit ha
bentur omnia:vel in his vel in alijs. Tertio
debẽt layci legere in scriptura aut littera aurea
vt videlicet memoꝛentur gaudia celi. de quibꝰ
dixi sufficienter s̃.dominica secũda in aduentu.
sermone primo. D.D. Et dominica tertia in
aduentu.sermone secundo. A.B.C. Et domi=
nica infra octauam natiuitatis chꝛisti. R.D.
Et in presenti sermone primo principali. N.O
Quinta lepra est in pinguedine. et significat
gulam que est spiritualis lepra anime. et signi=
ficata est per lepram scilicet quattuoꝛ viroꝝm
qui erant extra portas ciuitatum: ab alijs se=
gregati.vt patet.iiij.Regum.vij. Et bene gula
significatur per lepram.primo sicut lepra homi
nem deturpat:sic et gula animam: que est ima=
go trinitatis beate deturpat.multum eã obscu=
rando. Juxta illud Jeroni. Nihil adeo obzuit
intelligentiam: vt commesatio et ebrietas. Se=
cundo sicut lepra ab hominibus elongat:sic gu

Tertia post D Epipha.

la a deo elongat ad qđ ptinet qđ dicitur in ps xxxi. In chamo z freno maxillas coꝝ constrin ge qui non approximant ad te. Dicit glo. Non approximãtes ad deũ sunt homines cibo z po tu se replẽtes quibus optat dauid maxillas cõ stringi z pcius victualia dari vt sic saltẽ cogan tur ad deũ primare sicut accipiter famelic⁹ ad dñm suum. Tertio sicut lepra a ciuitatibus ex cludit sic gula exclusit a supna dei ciuitate. sic testatur Apls. j. Coꝝ. vi. Nolite errare fratres neq; ebosi regnũ dei possidebunt .et hoc patet de diuite epulone qui epulabaꝫ quotidie splen dide.et sepultus est in inferno Luce.xvi. Ibiq; p delicatis ferculis comedunt bufones z ꝓpen tes.sicut patet in exẽplo. ¶ Quidam miles de licatus moziens:post mortẽ nocte quadaz pul sauit ad ostiũ dicens q dñs esset possessionũ .et dixit nomen suũ rogans vt intromitteretur .et puer vidit eum per fenestrã z dixit:certe domi nus meus mortuus est nec vos intromittã. Cũ q; pulsaret perseuerãdo.nouissime ait defer pi sces istos filio meo quibus vescoꝝ ego ad poꝝ tam illam suspendo.mane exeũtes inuenerũt in quodam ligamine multitudinem bufonum igni tozũ z ꝓpentum. Sexta lepra est in putredine dicit enĩ magister,ppietatũ vbi s. q lepra na scitur de quattuoꝝ humoribus putrefactis tan tũ incensis z coꝝruptis.et in calozem magnum cõmutatis: putrefactio enĩ humoꝝ quibus ad miscetur melancolia,ppter frigiditatẽ z siccita tem putrefactionẽ repugnantẽ non potest com pleri in vasis siue venis quoadusq; incoꝝpoꝛeꝫ et moꝛã faciet in membris in quibus cõpleꝫ pu trefactioꝛ:et sequitur lepra.si enĩ iuuenis putre sceret z potius febrem q lepraꝫ generaret.hãc lepraꝫ patiuntur spũaliter inuidi. et significatur per lepram marie sozoris moysi .De qua legiꝫ. Deutro. xij. que ex inuidia detrahebat ipi moy si z Aaron ambiens dominum dicens . Num p Moyse solum locutus est dominus .nõne no bis similiter locutus est. et propter hoc percus sit eam dominus lepra. et septem diebus mãsit extra castra.et bene per hanc lepram significa tur inuidia quia sicut lepra facit putrescere coꝝ pus sic inuidia animas cuz coꝝpoꝛe Prouerb. xiiij. Putredo ossiũ inuidia.vbi p ossa intelligũ tur aie que sunt perpetue .et sicut hec lepra de facile nõ curaꝫ.sic nec inuidia.sicut,pbat Cipa nus sup Ball.v.loquens de zelo inuidie diꝫ Ze lus iste modum nõ habet iugiter pmanẽs sine fine cũ alia finiãtur scelera .q̃tũ enĩ ille cui inui detur successu meliozi profecerit tanto inuidus in maius incendiũ liuoꝛis ignei ardescit nec mi rum si vix curatur vicium illud cum sit pecca tum in spiritum sanctũ.et cũ sit sicut ignis gre cus qui non facile extinguitur. Inuidia enĩz est quasi rubigo ferro adherens que nõ de facili re cedit. Ideo dicit Basilius in exameron. Sicut rubigo ferrũ:sic inuidia animam in qua nascit coꝛrumpit,ppter quod consulit Sap. Prouer. xxv. Auffer rubiginem de argento.id est inuidi am de anima.inuidia etiam ideo non est curabi lis de facili quia est peccatum diaboli .iuxta il lud Sap.ij. Inuidia diaboli moꝛs intrauit i oꝛ bem terrarũ.ideo enĩ ipe parẽtes nostros sedu cebat quia eis inuidebat regnũ celoꝝ qđ ipe p diderat.et,ppter hanc causam adhuc homines impugnant vt secum damnet. Ideo legitur. A Demon quidam cum hominẽ a se obsessum hoꝛ ribiliter toꝛqueret z diuersis p os eius garrien do diuersa responderet dictũ est ei a quodã cir cũstantiũ dic diabole si posses ad gloriã in qua fuisti redire quidvelles ,ppter hoc laboꝛis sustı nere.respondit ille.Si hoc esset i meo arbitrio mallem cum vna ania a me decepta descendere ad infernũ q̃ redire ad celũ mirantibus cur ita diceret.iterum respondit quid de hoc mirami ni tanta est malicia mea z ita obstinatus sum in illa vt non possum aliquid boni velle.Sed dice res cum diabolus ex multitudine damnandoꝝ scit penas augmentari suas.quia dicit Aug⁹.ŏ peccatoꝛibus.ij.q.j.Multi. Non gaudeant q̃ piures inueniunt z eis similes nam nõ,ppterea minus ardebunt quia cum multis ardebunt.q̃re ergo diabolus vult potius hominem decipe re z secum dãnare.et sic penas suas ex hoc au gmentare.responde q hoc facit ex pura super bia z inuidia.quia dicit doctoꝛ Bonauentura. in scripto super.ij.sententiaruz .distinctione.j. Mens diaboli que est principaliter in his duo bus vitijs scz superbia z inuidia obsessa.vidẽs hominem in statu in quo poterat cadere sb dia bolica potestate.et in quo poterat ascẽdere ad eternam felicitatem a qua ipse ceciderat ex sup bia motus est.et ex inuidia ad ipsum tẽptandũ Ex superbia nanq; vt eum sibi sbijceret. Ex inuidia vero vt ipsum a supna felicitate impediꝛz Et subdit. Estimo enĩ q si nõ potuisset domina ri super hominem adhuc studuisset ipm a para disi gaudijs impedire.hec ille Et sic patet q ex inuidia pꝛocurat hominis malum quamuis si bi sciat magnum exinde venire damnum. sicut adhuc quidam sunt diabolici homines diaboli vicio obsessi qui adinstar diaboli potius eligũt sibi malum q̃ vt viderent pꝛoximi sui bonum.si cut pꝛobatur in hoc exemplo. ¶ Erat quidam inuidus z quidã auarus.in quoꝝ optatiõe q̃dã potẽs posuit vt ab eo q̃cq̃d vellent peterẽt boc tñ pactovt qđ peterz pm⁹ vltim⁹ duplũ accipet Auarus igiꝫ pl⁹ cupiebat nolebat ꝑmo petere

quod attēdēs nō potuit sustinere inuidus .cūq; differret vīq; petere iuid⁹ liuore stimulat⁹ .pri mo petijt vt primo sibi vnus oculus eruerē vt duo eruerentur auaro. et factū est quia dupluz ex pacto recipere debuit. Septimo lepra ē anhelitus fetore. habent enī leprosi anhelitū fetidum ꝓpter qō frequenti ex collatione cū lepro sis contrabitur lepra vt dicunt naturales. hāc lepr̄ā spūaliter luxurioſi patiūtur .quia sicut le pra fetet. sic hec lepra spūalis fetet coram deo et angelis suis. sicut legitur in vitaspatrū de angelo qui obturauit nares ad conspectū cuiusdam luxurioſi. nec mirū. quia luxuria cōparat̄ stercori Job̄ē. ij. Putrueŕt iumēta in stercore suo qō exponit Greg⁹. Jumenta in stercore suo putrescere est in fetore luxurie vitaz finire .ideo dixit p̄s. dispersierūt in endor facti sunt vt sterc⁹ terre. Endor interp̄tatur fons generationis. et est illa pars que opi carnali z generationi deseruit. Qō aūt luxuria est fetida patet i exemplo qō legitur in vitaspatrū. ¶ Quidam sanct⁹ vir infantulum in silua nutrierat qui cū ad ānos pubertatis deuenisset valde a spiritu fornicatiōis vexabat̄. et volens ad seculum redire multū doluit vir sanctus et per duos annos in illa tēptatione blandis exhortationibus eū retinuit .ad vltimū dixit adolescēs q; nullo modo posset tēptationē sustinere. cui vir sanctus. vade ergo et duc vxorem quia z in mr̄imonio potes saluari. vnū tamē de gratia peto qz anteq; ad seculū redeas vt p̄us ad fontem qui est in silua accedas et ibi .xl. dies ieiunes rogans dñm vt tibi vxorem bonā dignetur elargiri. qz hoc est magnuz donū dei. qz scribit̄ Eccī. xxvi. Mulieris bone beatus vir, accipe ergo de pane q; tu vis. acquiescit ergo iuuenis z .xx. dies ibi ieiunans in oratione permansit. cū igitur orarz sensit maximū fetorē qui cum per spaciū duarū horaruz excreuisset tandem vir valens tolerare .et ecce quedam mulier turpissima oculis lippa ac etiā scabiosa tota ex qua fetor ille p̄cessit apparuit iuueni dicens. vbi es amice per multū tempus te quesiui: multū te diligo: super omnes te appeto quesiuit iuuenis quid vis tu turpissima ac etiaz fetidissima z intolerabili feditate induta. inquit illa. te volo. te cupio. p te veni huc. multū te q̄si nivolo q; dormire debeas mecū. tūc iuuenis in eius faciē cepit spuere dicens absit a me vt t'lem habeā amicā tam sordidam atq; turpem. et rursum inquit. quis es tu vnde venis aut quō vocaris. respondit illa. ego sum peccatū luxurie iaz sunt duo anni q; cepi te querere z hoc p̄mo quādo temptationē carnis sensisti. at ille si sciuisseż q; peccatū luxurie ita fetidum esset ac etiā tā abhominabile nunq; ad mundum verti voluissem ammodo seruabo deo virginitatez. et reuersus ad sanctum virum huiusmodi sibi narrauit visi onez. rn̄dit vir sanctus. si vsq; ad .xl. dies expectasses maiora tibi reuelata fuissent. et iuuenis deo seruiens in virginitate perdurauit. hoc exemplum posui etiā supra sb̄ breuitate dñica p̄ma in aduentu Fmone. j. A. p. Et in eodem vide de penā luxuriosoꝝ. A. b. Et dñica p̄ma post epb̄ie Fmone. iij. M. R. reliqua vero hic dimisi sa. vide infra dñica .xiiij. post festū benedicte z indiuidue trinitatis qualiter videlicet spūales leprosi debeant penitere.

¶ Dñica quarta post epb̄ie. Fmo.

Nemini quicquā

debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit p̄ximū legem adimpleuit. ad Ro. xiij. c. Reges terreni z p̄rincipes alijq; domini sui qui diligunt populum suum consueuerūt leges condere p̄o re publica in quibus p̄cipiunt honesta z inhibent inhonesta. et has quidā leges non solum promulgant ore p̄opr̄io. sed etiam publice dicunt per p̄cones suos z oñi bus faciant manifesta vt nec aliquis ab impleti one earum excusetur .ad qō probandum refert Justinus z Tergus pompeyus li. iij. de ligurto p̄rincipe qui leges lacedonis condidit p̄cipiens honesta. et inhibens inhonesta .prima lege populum ad obsequiuz p̄rincipum et p̄rincipes ad iusticias impiorum informat. Secunda lege per symoniam omnibus suasit operationem q; cunq; iussit exerceri ne ocio homines turpescerent. Tertia lege emi singula nō pecunia sz cōpēsōe merciū p̄cepit. Quarta lege auri z argēti vsuz velut oim scelerū materiā sustulit. Quinta lege administrationē rei publice p ordinē diuisit regibus potestatē bellorū magistratib⁹ iudicium. senatui custodiam legum. Sexta lege fundos omnes inter cunctos equaliter diuisit. vt equo patrimonio neminem alijs viderent porē tiorem. Septima lege cōuinari omnes publice iussit ne alicui diuitie vel luxurie i occulto essent. Octaua lege iuuenibus non amplius q; vna veste vti toto anno permisit. Nona lege puberes non in forum sed in agrum iussit deduci. vt p̄imos annos in bonorum labore non luxuria vel ludis exercerent. Decima lege statuit virgines sine dote nubere. Undecima iussit vt vxores non causa pecunie eligerentur. Duodecima lege maximū honorem statuit senibus exhiberi. At certe si he leges adhuc in ciuitatibus tenerē tur oīa bñ starēt. Spūaliter xp̄us rex celorum diligit z ab eterno dilexit genus humanum. sicut dicit ꝓpb̄a in charitate perpetua dilexi

te ideo attraxi te miserās tui. Jere.xxi.idcirco ab initio condidit legem generi humano. sic de hoc dixi supra dñica infra natiuitatem christi. K. f. In ꝓncipio enī dedit legem nature. et hec fuit qō tibi vis fieri alteri fac. et qō tibi non vis fieri: alteri non feceris Job.iiij. Postꝙ autem lex naturalis erat obfuscata dedit dñs legē scri pture. de qua habetur in quinq; li. moysi qui fu it ꝓmulgator eiusdem. Jdeo dicit Apls ad Ro manos.v. lex ſbintrauit glo. post obfuscationē legis naturalis ⁊ tandem idem rex xps ore pro pro condidit legem charitat cū dixit Joh.xiij Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos vt ⁊ vos diligatis inuicē ⁊ hāc legē nō solum ore suo condidit seu dedit. sz per preconem sanctum apostolum Paulum ꝓmulgauit qui dicit in verbo pre assumpto. Nemini quicq; debeatis nisi inuicem diligatis. in quo q̄ dem verbo nos ad duo breuiter exhortat scz. Ad solutionē debitoꝝ ibi. nemi q̄cq; debea. Ad dilectionē ꝓximoꝝ. nisi vt inui di. Circa ꝓmū est notandum. sicut dilectus pater instruit filios suos illud qō sentit eis ꝓficuū. et honestuz. ita btūs Pau. filios suos spirituales docet vt debitū suum proximis soluant qz hoc videt eis valde ꝓficuū ⁊ honestū. vñ debitū tem
L poz̄ale habetur in duplici differentia. Aliqō est circa res proximi. aliquod circa personā ei⁹ si circa res hoc duplicitur. vl per violentiā aut iniquitatem. si per violentiam aut manifestam aut occultam. per violentiam manifestam ꝑmo sunt debitores mali domini terrestres spolian tes vel exactionātes vltra stipēdia statuta pau peres ⁊ certe tales domini sunt proditores. Et ponit exemplum in li.iij.vicioꝝ. Guilbel. si ali quis paterfamilias filium suum transituruz ad aliquam viam periculosam bone fidei alicuius commendaret. et certam pecuniam ꝓpter hoc assignaret. sed ille filio eius aliquid vltra sum mā aufferret proditor esset ⁊ posset ei dicere pa terfamilias. ego commendaueram filiuz meum bone fidei illius ⁊ ipe spoliauit eum. Spiritua liter paterfamilias est christus deus qui filios suos periculosam viam huius mundi vult tran sire ad celestem patriam. in qua quidem via mlti sunt latrunculi diaboli iter ipoꝝ obsidentes. vt dicit Greg⁹ in Omel. Jdeo cōmendauit eos potentibus spiritualibus et secularibus huius mūdi dicens. Quicq; potenti vt curā vniuscuiuſ q; habeat sibi cōmissi.iij. Reg.ij. Custodi virū qui si lapsus fuerit erit anima tua pro aīa ipius et nō solum ipos eis custodiēdos cōmendauit. sed etiā ipis circa hoc summā redditurū iustoꝝ eis assignauit dicens eis per sanctum suū famu lum Johannē Luc.iij. Neminem concutiatis ne q; calumniam faciatis. sed cōtenti estote stipen diis vestris. et hec stipendia eis de iure cōstitu ta aut imposita debent ſbditi sine dolo ⁊ fraude integraliter soluere. et si de hoc ſbtraxerit moz taliter peccant vt dicunt doctores. et dic Inno cen.iij. licet ignoretur causa census. si tamē cir cumsit ipm ab antiquo debere solui reddi debz vt ex̄ de consue. c. q̄to. sed hoc multotiens con tingit q; dñi tam spūales q; tpales vltra summā sibi ꝓstitutam a paupib⁹ suis aufferūt. Subdit Inno. dicēs. si nō esset ſbditus meus ⁊ malū ei inferrem aut spoliarem tūc bene scio q; peccarē sed ex quo ſbdito meo hoc facio non credo me peccare. audi tu dñe. dñatio tua hoc modo dia bolica est. qō sic ꝓbo. diabolus enī talis ē do minus qui his quos sibi ſbdit loco retributiōis afflictionē reddit ⁊ penā vt dixi supra dñica. j. post epiphanie ſmone.iij. M. J. Σ. vbi de hoc duo exempla in fi. et similit qui melius sibi fuerunt illis plura mala facit. ꝓterea q̄s sani capiti dubitet minus licitū esse hostē in ciues q; in ex̄ neos. et an aliq̄s nesciat crimē ꝑditionis eē cuz amicis inimicicias exercere. certe nullus. tles etiā dñi sunt ingti ipi deo Deutro.vi. Honoraui eos alijs boibus ꝑficiēdo eos. ipiꝰo ex hoc ihonorāt deū cū paupes opp̄mūt qz dic Mat. xxv. Qō vni ex mi. me. feciſtis ñ feciſtis iō siles sunt militibus q̄ deū crucifixerūt q̄ arūdinem de manu dñi acceperūt. et caput eius arūdine per cusserūt. In arūdine significat ptās ērena quā dñi habēt a deo. iuxt illud Apli ad ro.xiij. nō ē ptās nisi a deo scz ꝓcessa ordinata. ⁊ hr ꝑ Aug. xxiij.q.j.c.q̄d culpat. sz dñm ex eo i paupibus pcutiūt qñ eis violēter bōa eoꝝ abstrahūt. Jō debitores paupm fiūt. ecōtra dic Apls hic. ne mini q̄cq; debeatis. q.d. si aliq̄d a paupib⁹ iniu ste tulistis restituite illis vel alias saluari nō po testis. De hoc q̄re s plura dñica. j. in aduentu. ſmone.ij. A. Σ. Jtē legitur Quedam obses sa die q̄dam cū quendā nobilem ⁊ diuitē vidisset demon ab ea mltis ꝑsentibus ꝓtra eū clamare cepit dicēs vitulū illum quē talividue abstulisti flāmis infernalibus liquatū guttatim mittemus in oculos tuos et per omne corpus tuū stillabi mus pinguedinē eius. Quibus vbis miles ter ritus vitulum restituit. Refert etiam Helmād⁹ et Vincentius in specu. histo. li.iij. c.vi. Quidā cisterciens ordinis cum ageret in extremis. vi dit btm Būdictū se a corpe educentē ⁊ ostendit ei mansiones multas electorum ⁊ supplicia dā natorum vbi inter alia vidit quendam quem de mones excoriabant. et cum sale confricabant et aspergebant super cratem igneam cōcrema bant. dixitq; ei angelus potens fuit et crudelis erga subditos: ergo maligni spiritus. i talibus

penis cum torquent. Secūdo per violentiam manifestā debitores sunt mali iudices ⁊ aduocati. Et nota q̄ iudices sunt duplices. primi dicūtur ordinarij qui ab īpatore vl̄ ab apl̄ico potestatē accipiūt ⁊ dicūtur vulgariter .belehēte richtere. Alij dicūtur arbitrij qui nullā ptātem habentes de cōsensu litigantiū eligūtur vt dic. ij.q.vi.c.a iudicibus. p̄mi nihil debent capere vel recipe a ptibus etiā expensas cū ꝓpter deū ad tuendaz iusticiā habeant suas, pmissiones. ⁊ ne duz sumptus querat: sumptus grossetur .vt lxxxvi.dist.c.non satis.et.xxiij.q.j.c .militare in fine. scōi nihil recipe p̄t nisi forte esculentuz ⁊ potulentū mera liberalitate oblata. Ꝟ precipitur ex̄ de vita ⁊ honest.cle.c.cū ab oīi. q̄ iudex ecclesiasticus debet gratis iudicare cū etiam in foro seculari sīe venales reprobant .et xxiij.q.ij.c.dīs. dicit iudex qui nō vult iudicare. et ꝓpter hoc aliquis obmittit os suum tenetur restituere totā litis estimationē. idem habetur in auten. vt drīntes iudices. §. penul. Et intellige tenetur restituere ei qui ꝓpter hoc est lesus. si aūt aliquis dedit pecuniā iudici vt ꝓpter hoc ipe male iudicet tenet pecuniā receptam restituere nō ei qui dedit cum turpiter dederit. sz ei in cuius iniuriā accepit. vt ꝓbat. j.q.j.c. iubemus. et. xvij.q.iiij. si quis. et. ff. de calum. l. iiij. §. illō. et q̄tū ad hoc dic ei apl̄s .ro. xiij Nemi q̄cq̄ debeat. q.d. si quid iniuste accepist, ꝓ quo ⁊ male iudicastis restituere tenemini his quos lesistis. De aduocatis aūt qui recipiunt pecuniam immoderatam ⁊ sibi cōmissorum negligunt causam. grauis exigit pena. sicut legitur in tragedijs Senece. Qd̄ visum est cuidam q̄ videret neronē apud inferos balneantem ministros q̄z circa eū aurū feruens infundentes ⁊ cū videret chorz aduocatorz ad se venientem hoc inq̄t venale genus hominū. o aduocati amici mei accedite vt in hoc vase mecuz balneamini. adhuc enī supest locus in eo quez vobis refuaui. et hi oēs qui p infidelitatem vel ignorantiā negligūt causas suorz tenētur ad restitutionē oīm vt dic Raymūdus. et habet. xiiij .q.v.c. non sane. et xiij.q.vi. si res. iō etiam sunt debitores illorum circa quos prestabant patrocinium si ꝓpter iporū pertinaciā vel infidelitatē aut imprudentiaz iniuste pdunt causam. iō dicit illis apl̄s Nemini quicq̄ debeatis. q.d. sed ei restituite. Et hoc intelligit ꝑm glo. qñ tales aduocati se tā q̄ prudentes iactabant ad exequendam causam aliē non tenetur restituere. Tertio p violentiā publicam debitores sunt ipi raptores. q̄z ꝓmo ipsi raptores destruūt in homine bonitatis vel iusticie fundamentum. De quo dicit quidam sap. Primū fundamētū iusticie est ne cui noceat. deinde vt cōmuni vtilitati seruiatur. Ꝟ Apl̄s in hac epl̄a, phibet rapinam cū dicit. Nō concupisces rem, proximi tui. Secūdo raptores sunt deo odiosi. iuxta illud Ysa. xij. Ego dīs amans iudicium ⁊ odio habens rapinā. Tertio etiaz exosi sunt bonis hominibus sicut patet de Salomōe Eccs. iiij. Uerti me ad oīa que sb celo gerunt et vidi calumnias ⁊ lachrymas innocentū ⁊ cō solatorez neminē nec posse resistere eorum violentie cunctorz auxilio ōstitutos ⁊ laudaui magis mortuos q̄ viuētes ⁊ felicioze vtroq; iudicaui qui nec dum natus est nec vidit malū que sb sole sunt. Ecce q̄ rapina reddit bonis hominibus etiam mundum exosum. ad hoc pertinet qd̄ legitur Abacuc. j. Usq;quo dñe clamaui ⁊ ñ exaudies vociferaboz ad te vim patiens ⁊ non obseruabis. Et sb̄dit. quare respicis cōtemptores ⁊ taces conculcāte impio iustiozem se. q.d. ꝓpheta. ideo hic tacet vt in futuro puniat. ideo refert Helmandus ⁊ Vincē. vbi s. Qd̄ quidā ordinis cistercienſ de quo vidit s. in tormentis hominē sup equū ardentē clipeum igneū gerentem ⁊ super collum equi capzā tenentē ⁊ ad caudam equi trahebat habitū monachi. cui angel⁹ ait: iste quē vides paup homo fuit. sed de rapina viuēs capzam vnaz rapuit a quadam paupe muliere. et circa finē vite sue voluit fieri monachus nō vere penitēdo sed vt ignominiā suā paruper tegeret. Nā si viueret cogitauit se reditu rū ad ꝓpē vitā. et iō trahit habitū religiōis p⁹ se sicut rē quā paruā estimabat. Capza enī clipeus sue damnationis. Uide o lector si iste capzā raptā restituisset cū alijs rapinis ō numero salvandoz fortassis extitisset iō sciant se oēs raptores esse spoliatorū debitores ⁊ nisi restituāt eternū cum diabolo pereūt. quare etiā diabolus qui scit penā suam ex multitudine raptorum de rapina viuentiū augmentari interdum non sinit hominē de rapinis vesci. sicut ꝓbat Lesarius diues quidam sb tipo elemosyne pauperibus conuiuiū fecit inter quos cū quidam obsessus esset. et ceteris māducantib⁹ ipe quidē cum etiā cibos ori suo applicuisset sz eisdez vesci nō posset cū q̄dā ex circūstātib⁹ hoc vidissent dixerūt demoni iniq̄ cur hoiez ñ sinis māducare. q̄ bus ille rñdit vt nō peccet eo q̄ illa elīa de rapina sit dicētibus mentiris q̄z is qui fecit eā bonō est. rñdit neq̄q̄: mētioz. vitul⁹ iste q̄ i pauperes ē diuisus ī q̄nta generatiōe fuit ab illa vacca q̄ p rapinā babebat. qd̄ illi audiētes āmirati sunt. iō his raptorib⁹ dic apl̄s. ro. xiij Nemi q̄c q̄ debeatis. q.d. si cui q̄ rapuistis reddite ne cū rapina peatis. quibus raptores compan̄ et de penis eoz dixi s. dñica. iiij. in aduentu. J. E. Quarto p violentiā manifestā sunt debitores

iniquí z pessimi lusores qui cõmittunt rapinam Volunt enī ꝓximos suos rebus suis spoliare. nõ solũ in camisia .verũ etiã bracis z in oñib⁹ si scirẽt. Qđ non faceret vnus de latronib⁹ qui spoliant pegrinos in nemoribus rõ tenẽtur restituere. Et dicit doctor Azo .et fere oẽs doctores q illud qđ pditur in alea p̃t repeti. Idẽ grẽca ꝓstitutio. C. de alea. l. alearũ ludus . Et nota glo. c. clerici. de vi. z ho. cle. Idez .c. de vsu. alee q̃ ex cupiditate z volũtarie lusit si amisit ñ p̃t repetere. si lucratus est teneť restituere saltẽ iudicio aīe. Et rõ est ꝙm henricũ de feraria Quz ludi alee taxillorz sunt, phibite ꝓ leges et iura. Jõ in talibus rebus acq̃sitis deficit bonus titulus z bona fides z iusta causa. Ex quibus nascitur homi illi cita possessio rei. Subdit Ray .vel inuitus lusit z attraxit ꝓ nimiã alterius inopoz tunitatẽ. et tũc si amiserit potest repetere Si lucratus est nõ teneť restituere ei q̃ pdidit. Sz debet paupibus erogare. Et ꝙm hoc potes ꝓcordare oia iura. et ẽ exť de sy. c. dilectus. xiiij. q. v. Nõ sane. Nec obstat vt dicit Ray. Si lusor dicat licet ego ex cupiditate luserim nõ feci tñ iniuriã ꝓximo qz ipe idem fecit z voluntarius accessit. rñdit inuitus tñ z dolens amisit z tales q̃ sic pdunt multotiens in desperationẽ cadunt. et se diabolo tradũt . Sicut narrat exemplum. Quidam dũ luderet ad taxillos z oñia amisisset vno denario tñ excepto diabolo se cũ corpore z aīa tradidit. Et in signũ istius post multas blasfemias ei denariũ, iecit. et cuz mane facto solus iret ꝓ viã obuiauit duob⁹ demonib⁹ in specie humana qui dixerť q̃ essent dñi sui demones quibus se tradiderat. et in signũ istius denariũ quẽ, ijcerat ostẽderũt z dixerũt q̃ iret añ eos qz venerãt ad eũ deducendũ ad locũ suũ qui rogauit vt ꝓmitterent eũ ire ad domũ suã . et post duos dies sequeretur quocũq; ire vellent. Qđ cũ, ꝓmitterẽt ꝓma die pmãsit tristis ī domo sua et desperãs nõ tñ alicui pãdens neq; comedẽs neq; bibẽs. cũ aũt die sequẽti quedã mulier trãsiret añ domũ eius paup z infantulum. inť brachia portãs petẽs, ꝓpter deũ de pane suo ille dixit q̃ nõ daret nisi peteret amore dñoz suoruz demonũ cũ quibus iturus erat z quibus se tradiderat. qđ illa facere abhorruit . Fz iuit ad amicos illius suadens eis vt requirerent diligẽter ab eo q̃d esset quid ille dixerat z eũ custodirent Qđ cũ fecissent z ille totã veritatẽ manifestasset cepit clamare ecce veniũt vt me secũ deferãt sinite me ire ne violenter me rapiãt . cũ aũt illum detinerent z ad penitentiã, puocarẽt demones inuisibiles ab eis eũ inter manus eoz, pstraueruũt z occiderũt. Et occasio illius pditionis fuit ille qui pecuniã suã lucratus ẽ. Ideo talibus dicit Apl̃us. Nemini q̃cq̃ debeatis. Ulterius notandum ꝓ violentiã occultã debitores sunt ꝑmo negociatores seu mercatores fraudez in emptionibus z venditionibus cõmittẽtes. Ordinauit enī deus vt nullus terra sibi in oñibus sufficiat vt cũ alia terra ꝑuenerit eã habeat cariorẽ.. Subuentio vero ista mediãte negociatione fit. sed malicia hominũ adeo impleuit negociationẽ q̃ multi negociatores non sunt minus mali hodie raptoribus vel vsurarijs .iõ hodie impletũ est illud Apoc. xiij. De bestia quã vidit Johs. de qua dicit. Faciet ne quis possit emere vel vendere nisi q̃ habuerit caracterẽ aut nomẽ bestie aut numerũ nominis eius. Bestia que ỏr a vastando est diabolus cuius caracter siue imago est falsitas siue fraus ipe enī primus fuit mendax Joh. viij Absq; caractere isto fraudis z mẽdacij sunt multi mercatores qui nõ possunt emere vel vendere. Sed nesciunt ex hoc miseri q̃ irã dei incurrũt. Quia dicit Apoc. xiij . Qui accepit caracterẽ bestie in fronte suo vel manu sua hic bibet de vino ire dei . Sed etiã tenentur ad restitutionẽ in q̃tũ quilibz decipit proximũ et teneť illi restituere quẽ decepit si scit quis sit iste vel heredi eius . Qui si nesciť debet pauperibus dare cũ ecclie auctoritate vt dicẽ Raymũdus. Et quo ad hoc dicit eis Apl̃s. Nemini q̃cq̃ debeatis. Et tñ dicit Guilhel. exť de empti. et vendi. c. j. Cum mercatores laborãt ꝓ oñibus et quasi cõmune negociũ in mercib⁹ gerãt possunt moderatũ recipe lucrũ secus de immoderato. Secũdo per violentiã occultã sunt debitores ipi fures z furta fouentes . Quia facientem et consentientẽ par pena ꝓstringit. ij. q. j. Notũ sit. Qui cũ fure opatur glo. per ꝓsensum etiam accipiẽdo vel occultando teneť de furto Et idẽ habeť insti. de obliga. que ex delic. nascunť . Sz hi qui in parentũ. v. si vero. Et dicit notanť. tenetur de furto qz furtũ teneť restituere ei cuius fuit aut cui furtũ factũ est fiet tñ restitutio ꝓ modũ scz per confessorẽ vel aliã religiosam ꝓsonã suppresso noie furis vt dicit Guilhel. Sed dicit Aug⁹. in Omeť. et ponitť. xiiij. q. v. c. Forte ait aliquis cogitat z dicat. multi sunt xp̃iani. diuites. auari. cupidi. nõ habeo peccatũ si suum illi abstulero z pauperibus dedero illi enī nihil bonũ faciũt mercedẽ habere potero. Rñdit aug⁹. hmõi cogitatio calliditate diaboli suggeritur nã si totũ tribuat qđ abstulit addet potius peccatũ q̃ minuit. Quare z illis dicit Apl̃s Nemini q̃cq̃ debeatis. q. d. Si alicui suum furtiue abstulistis restituite eodẽ modo quo dictũ est Sz tñ melius est furtũ nõ facere q̃ cũ ruboze restituere de furto plura quere s. dñica. iiij. in aduẽtu. J. L. Si aũt fit debitũ ꝓ iniq̃tatẽ tũc debito-

res sunt oēs iniq̄ vsurarij.et bñdicūtur iniq̄ im mo iniq̄ores sunt p̄mo iuda,pditore .nā ō iuda legit q̄ pñia ductus retulit.xxx.argenteos qui bus xp̄m vendidit Math̄.xxvij. Sed vsurari⁹ interim dū viuit nō vult restituere Sup hoc di cit Glo. O miser auare peior malicia Jude ille p.xxx.argenteis semel xp̄m vēdidit quē tua ce citas misero asse centies pdidit:ille p̄ciū reddēs venia fuit indignus tibi vero nō reddenti quid si eternā dānationē credis esse futurā. Secūdo peior est inferno. Infernus enī in passione dñi que sua nō erāt restituit vsurarius vero audita dñi passione nō vult aliena restituere. Vnde dic Aug⁹.infernus nihil recipit nisi q̄ de⁹ odio ha buit.vsurarius vero quē deus multū diligit im mo p quo mortē subijt deo aliq̄d abstrahit hoc est aiam,ppriā quā amittit. Tertio peior ē oīni iudeo Judeus enī a gente sua nō recipit vsuraz Usurarius aūt xp̄ianus nullo xp̄iano pcit. Jō dicit quedaz Glo. O auare cadauer diabolicū abiectior oīni iudeo qui a suo collegali vsuram nō recipit Sed tua malicia nec parcit proximo Quarto vsurarius similis est bufoni q̄ terra pa scitur.et de vinea exit cū florere incipit non va lens odorē eius sustinere vt dicit Pli.in specu. naturali. Sic auarus terrenis pascit̄ t delecta tur. Sed de vinea dñi p quaz intelligit̄ ecclesia exit qñ sibi floret verbū dei qz odorem ei⁹ non potest sustinere. Qū tamē dicat scriptura Eccl̄i. xxiiij. Quasi balsamus mixtus odor meus ita sequit̄ eū par pena. Prima ē q̄ spoliatur a tirā nis sicut ipe spoliauit paupes Ysa.xxxiij. Ue q̄ predaris nōne predaberis. Secūda pena q̄ nō habet ptātem restituendi vsuras vult enim dñs vt cū furtiua recōprehendat̄ t in patibulo infer ni suspendat̄. Et certe lamētabile est qz vsurari us raro vsuras restituit vel qz ,pdigus est tātū expendens q̄ restituere nō potest. vl̄ auarus ē ideo restituere nō vult. Et licet nō sit prodigus vel auarus tū potius placet centū libras in ele mosynas t pegrinationes expendere q̄ .c. soli dos soluere qō tū nec potest sibi ad salutē,p fice re.sed pl⁹ nocere qō,pbat̄ in exemplo. Quidaz dives iuit ad diuersa loca t limina sanctoz. Et q̄cquid in via expendit totū per vsurā acquisi uit tandem,ppter diuersos labores infirmaba tur vsq̄ ad mortē pplus aūt planxit eū qz sctm eū esse credebant. Et sic iacens p tres dies sine querela. Quarta die oīnibus circūstantib⁹ cla mauit dicens nullus oret,p me qz iudicat⁹ sum t dānatus Et cū dixissent sibi de bonis suis o peribus. Vndit nihil mihi ,psunt pegrinatiōes mee.et opa bona qz ea feci in peccato mortali. qz de vsura fuit illa pecunia q̄ sic expendi quaz debui alijs restituere sicq̄ miserabiliter expira uit. Tertia pena est eterne dānationis. iō dixit dñs Ezech̄.xxij. Usurā t supabundantiā acce pisti t auare,p̄ximos calumniaberis. Et ibidē. Ecce cōplosi manus meas sup auaritiā q̄m fe cisti vbi dicit Glo. Cōplosa manu ñ palma ap ta pcutiet dñs vsuriū.et merito qz ipi manus cōplosas habēt t nō aptas ad egenos. Refert Cesarius in dialogo. Miles quidem colonien sis defunctus vsurarius t auarus ad modū no minatus qui cum infirmaret materia tū ascen dente in cerebrū factus ē freneticus cum quoti die dētes t os moueret dixerunt ministri sui ei. Quid comeditis dñe. Rndit ille denarios ego mastico visum enī ei fuerat. q̄ demones denari os ei infunderent t ait.nō possum sustinere de mones istos Portate me ad monasterium tale boni homines illic sunt.auxilio forte ipoz ab his demonibus liberaboz qui cū delatus fuiss clamauit reportate me reportate me plures de mones video q̄ in domo. Sicq̄ miser depota tus ē t a demonibus agitatus expirauit. Quā execrabile viciū est vsura in tormentis cunctis ostendet̄.hec ille. Quare valde necessarium est eos restituere si eternā penā volūt euadere. Si aūt vsuras restituerēt plura sibi restituerentur q̄ incōpabiliter sunt meliora q̄ pecunia. Prio restitueret sibi deus O vsurarie non crede dia bolo:si dicet tibi si vsuras restitueris paup eris Quō enī paup est qui deū habet.ideo dicit Au g⁹. Satis dives est xp̄iana religio q̄ in vna pos sessione omnia possidet. Secūdo restituet ei re gnū celoz q̄ nullus intrabit vsuariozū .iuxta illud .j. Coz.vi. Iniqui regnum dei nō possi debunt. Tertio restituentur ei oīes spūales fra tres quos amiserat p vsuras Quia dicit Eccl̄i. xiij. Que cōmunicatio sancti ad canē velut enī canis est vsurarius nō hñs aliquā fraternitatē cū aliquo amico dei. Sed cū vsuras restituerit omnes inimici fratres eius fient. Ideo dicit ill Aplus Nemini quicq̄ debeatis scz per vsuras turpiter acq̄situ. Ulterius ē notādum .si debi tū fit circa psonā hoc fit multiplicit̄ aut vxorē illius concupiscendo aut carnaliter cognoscendo. aut occidendo aut falsum testimonium ferendo Primo sunt debitores oēs adulteri. Nō quidā adulteriū,phibet Aplus in pñti epla nō adulte raberis.quia adulteriū fugiūt aialia irrationa bilia dicit Pli.in spe.natu.q̄ Leena pre furore libidinis pardisse cōmiscet. Sed leo hoc odiēs cū turpē sentit cōmixturā p odorē statim eā pu nit nisi pus in flumine adulteriū abluatur. Bo ipa statim fugit nisi abluta fuerit ad maritū nō redibit. Refert etiā Arist.li .aialium masculus ciconia veniēte femina causa coitus tuz alia se nō cōmiscet.sed quo ad nidum et generationis

officiū ꝺuat sibi fidem .in q̄ si masculus aliquez cōcubitū ꝓsensserit.vltra eā secū habitare nō ꝑmittit.sed rostro eā transuerberat atqz necat. Ideo femina ciconia post coitū se in flumine lauat.sicut ꝓbat Arist.z Alex.in li.de naturis rerū. Ponit exemplū de quodā milite qui dum vidisset ciconiā in quodaz fonte se lauasse .iuit ad fontē z ipm obstruxit.Veniēs igit ciconia post adulteriū volens se vt ꝑus lauare fontē reperit clausum.sicqz abijt nō lauata .qō cū masculus ꝓsensisset exijt.et magnā ciconiarū multitudinē z turbā adduxit.et sociam suā deplumauit z occidit Refert etiā soli.in lib.de mira.mūdi.q̄ elephas nunq̄ inuenit adulteriū ꝑpetrasse. Et Arist.v.li.aialiū. Nunq̄ inuenit piscis q̄ coitū cuz grege alteri⁹ piscis miscuerit. nisi murena. quid hec naturalia moralit̄ ꝓtendūt certe nō aliud nisi vt viri ꝺuent fidē suis vxoribus exemplo leonis z ciconie masculi nō q̄rentes thoruz alienū .iuxta illud Amb. Nolite vos viri q̄rere alienū thorū .nolite aliene culpe insudare. Adulteriū enī graue peccatum est. Qō aūt ciconia masculus si ꝓsensserit adulteriū cū femina habitare dedignat̄.in hoc datur intelligi q̄ vir ꝑt dimittere vxorē ꝑpter adulteriū .eodē modo vt dixi s. dñica .j. post ep̄hie.Fmone.ij.M.N.Si aūt nō vult eā dimittere.ꝑt eā exēplo leonis punire vel corrigere.eodē modo quo dictū est s. M.M.dñica.iiij.in aduentu. J.ff. Itē dñica.j. post ep̄hie.Fmo.iij.M.O. Scdo sunt debitores homicidie qō quidē homicidiū inhibet apostol⁹ in hac epla cū dic. Nō occides vbi explicite ꝓbat homicidiū.sz iplicite ꝓhibet oēs motire siue corꝺis.vt ē ira siue ois ꝓtumelia aut detractio rē.siue opis.vt lesio manualis aut percussio citra mortē. Attn apls hic nō ꝓhibet occidere malos.vt fures vel raptores.q̄ tles seruato iuris ordine occidi pñt.sicut Dauid occidit Goliā.j.Reg.xvij. Et Daniel duos iniquos testes Dan̄.xliij.de hoc dixi sufficienter dñica. iiij.in aduentu. J.D. Tertio sunt debitores falsi testes.cōtra quos pñt valere sacre scripture ꝓhibitiones Exo.xx. Nō loq̄ris ꝓtra ꝓx.tu.fal. testi. Eccl.xxiij. Non vngas manū tuā vt ꝑ impio dicas falsum testioniū. Et hic dicit Aplus. Nō falsum testioniū dicas. Scdo valēt ꝓtra falsum testimoniū cōminatiōes Prouer.xix. Testis falsus nō erit ipunitus.z q̄ loq̄tur mēdacia peribit. Tertio q̄ hoc pctm̄ est mltū nociuum Dicit enī Ysi. q̄ falsus testis est trib⁹ obnoxi⁹. Est enī obnoxius deo quē ꝓtenit. cū ei⁹ pñtiam inhonorat.iudici quē decipit .ꝓximo quē ledit. vñ falsus testis lz septennā pñiam egerit in iure exp̄ssam.vt.xxij.q.ij .si q̄s. de falso testimonio nōdū liberat⁹ ē donec ei satisfecerit.ꝑ posse suo q̄ rē suā ꝑ falsum e⁹ testioniū amisit.et sic ē debitor ipius.q̄ teneꝯ ad restitutionē oim q̄.ꝓxim⁹ eius amisit ꝑ eius testioniū .vt.ꝓbaꝯ.xiij.q.v. c.nō sane.z ij.q.j.c.notū. Jō illi falsis testibus ḃ dic aplus. Nemi q̄cq̄ debeat].q.d.si alicui ꝑ falsum testioniū detraxistis restituite illi Fm posse vr̄m.et hoc ad ꝑmū. Quātū ad scdm hortaꝯ nos apls ad dilectionē ꝓxioz cū dic.nisi vt inuicē diligat].z sḃdit e⁹ rōem ḋ. Qui enīz diligit ꝓximū legē adiplebit. Circa qō notandū.sanc. Tho.ij.ij.q.xxv.allegās sanctum Aug].li.j.de doc.xp̄ia.ponit modū dilectiōis dī. Quattuoz sūt modi diligēdi. Unū qō ē s nos scz de⁹ gliosus. Alterū qō sum⁹ scz aīaz Tertiū qō iux̄ nos scz pr̄ez z mr̄ez z ꝓximū hoiez vl angelū. Quartū q̄ infra nos scz corꝑ nr̄m. Prio enī diligendus ē de⁹ ꝑ oibus .vt dixi s. dñica ifra.octauā ep̄hie.F.ij. L. L. et ad hunc amorē incitat nos amoz ipius ad quē nos ꝓoz habuit .de quo Fri sost. Nō est inq̄t aliq̄s oīno.nō pr̄.nō mr̄.nō amicus.nō ali⁹ quispiā q̄ ita aliq̄n nos dilexerit quēadmodū ille q̄ fecē nos . Jō ꝓtra illos q̄ ip̄m nō reamāt inuehit.einfurt.b .Berñ.in Fmo. O duri z indurati z obdurati quos nō emollit tanta benignitas saluatoris. tāta flāma. tā ingens amoris ardoz.tā vehemēs amatoz q̄ ꝑ minimis sarcinul' tā ꝑciosas merces expēdit. Scdo incitat nos glia a deo nob ꝑpata.de qua Isa .lxv. et.j.Coz.ij. Oculus nō vidit nec aur] audiuit nec i coz hois ascēdit q̄ ꝑpauit deus his q̄ diligūt illū. Et Jac.j. Accipiet cozonā vite.q̄m repmisit deus diligētib⁹ se. Mirū ē q̄ nō sum⁹ vehemētes in amore dei q̄ nob tāta ꝺabit si eū dilexerimus. Tertio incitāt nos creatꝯ .iux̄ illud vbū Aug.li.x.confessio. Celū z terra z oīa que in eis sūt.ecce vndiq̄z m̄ dicūt vt te amē.nec cessāt dicere omnibus vt sint inexcusabiles .Et dicit Guilbel.q̄ dupliciter dicūt nob creature vt deum amem⁹. Uno mō ostendēdo eū dignissimuz amore nr̄o. Bonitas enī vniuersitatis creaturarū ostendit creatorē esse optimū.et iō amore dignissimū. Scdo q̄ creature sunt dona dei. et beneficia homī collata ad inuitandum vero alī quē ad amādū aliū efficacioz modus n̄ ē nisi donatio z locutio gaudiū faciēs terrena aūt z celestia fecit deus ꝑ hoiem Gen.ij. Et post creationē hois locutus est de⁹.cū sḃdit. Et ꝓsit piscib⁹ maris z volatilib⁹ celi z bestijs ẽre z vniuerse creature. Et postq̄ locut⁹ est de luminaribus celi sḃdit.et in signa z tpa z dies z ānos vt luceāt in firmamēto celi z illuminēt terrā .sz d.aliq̄s .que sunt signa ꝑ que ꝓgnoscit se aliq̄s amare deū. Quia dic btūs Greg.in Omel'. Ecce vnusquisq̄z vestrū sic requirit an diligat deuz cum fiducia z secura mente .Respondeꝯ diligo

iuxta illud verbū Joh. xv. Jam vos mūdi estis ꝓpter ſmonē quē locutus ſum vobis. Qđ autē verbū dei mūdat aiam habeꝫ exñ in vitaſpatꝝ li. iiij. c. cvi. Quidā frater dixit ſeni. Quicqđ audio de ſcripturis nihil retineo. ſp totus ſum in immūdicia. Erāt enī ibi duo vaſa vacua. et dixit ſenex. Vade et affer de vaſis illis vnū. et īmitte in illud a q̄m. et pone vas in locū ſuū: et fecit ſic. et dixit. Fac iterū ſic. Et cū feciſſet hoc ſepius. dixit ſenex. Affer modo vtraqꝫ vaſa. et vide qđ eoꝝ mūdius ſit. rñdit. illud in quo aquā īmiſi. Qui ſenex. Sic etiā eſt de bis. Homo qui audit vel interrogat. q̄uis enī nihil remaneat eorū que audit. tamē plus mūdabitur. Tertio ꝓpter virtutē aſſiſtatiuā. qz nō ex qđlibet ſemīe generatur qđlibet. ſed ex ſimili ſimile. vt ꝺr in lib. Phiſi. qz ex tritico triticū. ex ordeo ordeū. et ex ſiligine ſiligo generatur ꝛc. Sic ad pñs. qz vbū qđammodo eſt ſemē dei. ſicut dñs ꝓ ſe dic̄ hanc pabolam di. Semē eſt verbū dei. ideo facit homines ſiles deo. iux illud Pſ. lxxxi. Ego dixi dij eſtis. et filij excelſi oēs. Et Boe. li. iij. pſa. x Vti iuſticie adeptiōe iuſti. ſapie ſapiētes fiunt. Ita diuinitatē adeptus deū ſimili rōne fieri neceſſe eſt. et ſbdit. Oñis igit btūs eſt deus. Sed nō idem vnus. ptcipatiōe vo nihil ꝓhibet eſſe plurimos. ſcz deos idē dñs Joh. x. Illos inqt deos ad quos ſmo dei factus eſt. Quarto ꝓpter virtutē āminiculatiuā. Sic enī ſemē ammiculaꝫ ad generationē frumētoꝝ futuroꝝ et niſi ſemē in agrū iactareꝫ nullū fructū naſceretur Sic vbz dei amminiculatur ad ſpūalem vtilitatē et neceſſitatē. Jō dicit btūs Petr⁹. j. cano. c. j Renati nō ex ſemine coꝛruptibili. ſed incoꝛruptibili ꝓ verbū dei viuū et pmanētis in eternum. Eſt enī peccatoꝛ moꝛtalis moꝛtuus i aīa. et hec eſt moꝛs mala. vt ꝺr de pe. diſ. iiij. c. dñs. immo ipa eſt peſſima. Pſ. xxxiij. Moꝛs peccatoꝝ peſſima. Si ergo vult peccatoꝛ renaſci. ncce eſt vt ad hoc amminiculeꝫ verbū dei. Ideo legit i vitaſpa. li. ij. c. cxlvij Abbas Paulus habuit hāc gratiā vt dū ingredientiū hoim in eccleſiā faciēs conſpiceret. cogitatiōes eoꝝ ſi bone vel male eſſent cognoſceret. Cunqꝫ ergo veniſſet ad eccleſiā. vidit aliquos clara facie et leto aīo ingredi. et angelos coꝝ cum ipis gaudētes. Unū tñ nigrā hñtes faciē ad modum ethiopis. et demones hincinde miſſo freno in naribus eius ꝺ lonGe ſequentem triſtem. Abbas igitur Paulus cepit amariſſime flere. et pectus ſuū tundere. ptꝰ paululum vero cū oīs ꝙgregatio illa de eccīa diſcederet. iterū oīm vultus attēdebat. et vidit illum clara facie egredi demones a longe abominātes eū ſanctū qꝫ angelū eius hilarē et gaudentē. Tunc ſanctus Paulus cū magna exultatione benedixit deū dicēs. O q̄ magna eſt miſeratio ſaluatoꝛis et aſcendit in loco eminentioꝛi di. Uenite fratres et audite opera dñi q̄ vult omnes homines ſaluos fieri. et expoſuit qđ viderat. et dixit huic vt ei exponeret cogitatiōes et actus ſuos. Ille vo coꝛaꝫ omibus dixit. Ego ſum peccatoꝛ et multo tpe foꝛnicatiōi dedit⁹ mē te et coꝛpe. Et egreſſus nunc eccleſiam intraui. Audiui verba que locutus eſt dominus ꝓ Yſa. ꝓphetam dicentem. Lauamini mūdi eſtote. auferte malum cogitationū veſtrarum ꝛc̄. Ex quibus cōpunctus et ingemiſcens intra me dixi. domine ieſu xp̄e tu es qui veniſti ſaluare peccatoꝛes. ecce ammodo ex toto coꝛde cōfiteoꝛ. et vlterius mala non faciam. ſed tibi ſeruiam in conſcientia mūda. Quibus auditis vniuerſi dixeꝛt Miſeratoꝛ et miſericoꝛs dñs patiens et mlte miſericoꝛdie. ecce quomodo iſte peccatoꝛ denuo renatus per verbū dei. Ideo dicit dñs ad Hieremiā. xxvi. Noli ſbtrahere verbum ſi forte audiant et conuertatur vnuſquiſqꝫ a via ſua mala. Quinto ꝓpter virtutem ꝓmotiuam. Semper enī ſemē ꝓmouet et ꝓcedit ad vlterioꝛa. Qz terra ꝑmo de ſemīe fructificat herbā. ſc̄do ſpicā. ꝯtio plenū frumētū in ſpica. ſic etiā vbz dei ꝓducit ꝑmo herbā in incipientib⁹. ſc̄do ſpicam in ꝓficiētib⁹. tertio plenū frumētū i ꝓfect⁹ et pſeuerātib⁹. Jō ꝺr Malachie. iiij Et oꝛieꝫ vob ſol iuſticie timētibus nomē meū. et ſeq̄tur. Et egrediemini et ſaltetis ſicut vituli de armēto ꝛc̄. Semē itaqꝫ germinet et inde creſcit. et hoc figuratū eſt Jone. iij. de niniuitis de quib⁹ ꝓphetauit Jonas. Et poſt. xl. dies niniue ſbuertetur ſcz ꝓpter peccata eoꝝ. Credidit pplus verbis eius Ecce q̄ ſemē vbi dei germinauit ꝓ fidē. Et ſeq̄t q̄ penituerūt. et ſe ſaccis a maioꝛi vſqꝫ ad minoꝛem induerūt. et ieiuniū indixerūt. Acce fructū perfecte pñie. Sexto ꝓpter virtutē multiplicatiuam. qz ex vno grano ſemis multa generantur. Jux illud. ij. Coꝛ. ix. Multiplicabit ſemē vr̄m Sic etiā interdū ex vno vbo dei vel p̄dicatione multi fructꝰ generātur. qz hr̄ Act. iij. Qui audierūt vbū ſcz ſancti Pet̄ crediderūt ſcz in xp̄m. et factus ē nūerus eoꝝ. v. milia. ideo dixit dñs Mat. xiij. de ſemine qđ cecidit in terrā bonam. et dedit fructū. aliud centeſimū. aliud ſexageſimū. aliud triceſimū. Sc̄do ꝓ ſciatoꝛē itellige p̄ B dicatoꝛē. et h ſm Anſ. li. ſi litudi. c. lxij. ꝺz q̄tuoꝛ attendere. Primo loci q̄litatē. qz ſemē ē ſm qualitatem loci vel terre denſius vel rarius ſeminandū. qz dic̄ auctoꝛ. pp̄. lib. xvij. q minus ē ſeiandū i terra pingui. In ꝓncipio enī nimis creſcit. et ꝓ multiplicationē nimiā i fine mutuo ſe ſemina deſtruūt et ꝙfundūt. Ideo dic̄ Petr⁹. de creſcen. li. ij. Cauendum eſt ne vltra ſemina

iaciãtur i agro .q; si fiãt maciẽta nõ ꝓficientia erũt z infra. Dia inqt legumia seri iubẽtur i sicca ẽra. faba tñ in hũida iubeť ẽra spargi lz agris tẽ patis. Sic etiã in ꝑdicatiõe ſm q̃litatẽ auditorũ formari dz ſmo doctoꝛ. iuxť illud qđ ponit i decreto. viij. q. j. c. optet. Et ẽ canõ ꝓeť. Oportet inqt eũ q̃ docet z instruit aias rudes eẽ talẽ vt ꝑ igenio discẽtiũ semetiꝑm posset aptare z vbi ordinẽ ꝑ audientiũ capacitate dirigere. Ex quo hť q; ſm dispositionẽ auditoris ẽ rarť vel frequẽtť breuť vl ꝓlixius ꝑdicãdũ. Et nota sic̃ ager est duplex scz pinguis z macer. Sic etiã homines sũt duplices. scz pingues. intellige diuites huius mũdi vel potẽtes. q̃ dicũť pingues rõe diuitiarũ. vt dic̃ Nico. de ly. sup illo vbo Amos. iiij. Audite pingues audite vbũ dñi. vt ꝑ vaccas pingues intelligit potentũ vxores. mõ sic̃ i agro pingui minus est semiandũ. sic etiã semẽ vbi dei nõ est in corde diuitũ vl potentũ nimiũ iaciẽdũ ne forte hoc semẽ ꝑ solitudinẽ destruať. Qz diuites sunt minus apti ad recipiendũ vbum dei Nec etiã in longl ꝑdicatiõib⁹ delectãtur ne i ac q̃rẽdis diuitijs retardẽtur. Sz ꝑ agrũ macruz intellige paupem z egenũ q̃ dr macer ꝓpť diuitiarũ carẽtiã: et hi paupes sp plus desiderãt semẽ vbi dei petẽtes dñm cũ b. Aug. li. soliloq. vt apiat eis ianuas scẽturarũ. Ecce inqũt domie paupes filij tui sumus. et pusillus grex tuus. aperi nob ianuas tuas. et edent paupes de pãe spirituali vbi. et saturabũtur z laudabũt dñm qui req̃rũt eũ. Sz ecõtra de diuitib⁹ q̃ nõ audiũt vbum dei ꝑt intelligi illud Ps. xxxiij. Diuites egueť z esurieť. Scdo ꝓsiderare dz tpis ꝓgruitatẽ. qz alicui est tardi⁹. alicui celerius semiandũ. Nã in locis hũidis seminandũ est celerius. ne semẽ ymbre putrescat. et in locis aridis tardius vt aq̃m ꝑueniat. ne diu iacẽs penit⁹ euanescat. ꝑ loca hũida intelliguntur corda fluida. et ad peccãdum parata. quib⁹ debet seminator vbi dei citius vba exhortationis imponere añq; in putredinẽ criminis ꝓlabanť. Jõ dic̃ sapiens Ante languorẽ adhibe medicinã Eccĩ. xviij Sz ꝑ loca sicca z arida intelligũtur indeuoti in quibus tardius semẽ exhortationis nõ in cõsulto differť. vt ex ipius dilatiõe postea ab eis auidi⁹ suscipiatur. vel quia minus fructuose porrigiť hmõi verbũ sancte ꝑdicationis dũ est in accidia mẽtl z ariditate. et fructuose expectať vt ei porrigatur postq̃ ꝓfusus est aq̃ cõpunctionis. Jõ legiť Matth. x. q; dñs dixit apłis. In viã gentium ne abieritis. et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis. scz ad predicandum. quia tunc gentes erant indeuote z indispositę ad verbi dei susceptionẽ. Ideo dicit Greg⁹. in Omeľ. Subtili ergo occultoq; iudicio a quorundã auribus predicatio sancta sũbtrahiť qui suscitari ꝑ gr̃az nõ merẽtur. Et Matth. vij. dicit. Nolite sanctũ dare canibus. z nolite ꝓijcere margaritas ante porcos ne conculcent eas pedibus suis. Qđ exponit Jero. in lib. Judi. Et habeť. xi. q. iij. c. Nolite recedere. Margarita inqt ante porcos mittitur quãdo indigni⁹ verbum dei ꝓponitur Jõ debet quilibet ꝑdicator attẽdere tpis ꝓgruitatẽ. s. cũ viderit homies magis ad suscipiẽdũ aptiores. Tertio ꝓsiderare debet seminis q̃ntitatẽ. qz vt dixi ex vbis auctoris ꝓprietatuz minus debet ꝓijci de semine in terra pingui z humida q̃ in macra. eo q; in pingui nimis se multiplicat. sed in macra perit. Hic per terrã pinguẽ intellige aiam deuotam. in qua exhortatiõis semẽ auidius sumitur. Sed terra macra est pctõ rís coz carens pinguedine gratie. in quo qz semẽ coz optet men verbi dei plerũq; perditur frequẽtť. Eccs. xi vt semetur. Jõ dic̃ dñs ꝑdicatoribus Mane semia semẽ tuũ. z vespe nõ cesset manus tua. Qz etiã pctõrib⁹ frequẽtť ẽ ꝑdicandum. hť Ysa. lv. Clama ne cesses qi tuba exalta voce tua. Quarto am. et annũcia ppło meo scelera eoꝛ. Quarto attẽdere debet seminis vtilitatẽ. Sũt eni q̃dam seia vtilia. et q̃dam inutilia z sterilia ad fructuz ꝓducendũ. et iõ egyptiorũ agricole seia sic prohibãt. Parenã breuẽ loco sũbacto i mense iunij exolunt. et in ea diuisis spacijs oĩa frumẽta vel leguminũ semia spargũt. deinde in orto canicule que apud romanos. xiij. kaľ. augusti tenetur explorant. quedam semia sidus exurit. quedaz illesa custodit. his abstinẽt. illa procurãt. qz tu dicium noxe vel beneficij ꝑ annũ futurũ vnicuq; sidus aridum presenti exitio vel salute premit. vt dicit Paludius in libro de agricultura. Ad hoc ergo ꝓpositũ quid per semina inutilia que ad ortũ canicule efficiũtur arida intelligitur? Respõde q; verba predicatoꝛ curiosoꝛ indeuota que audirent in cordibus audientiũ. eo q; ex vana gl̃ia ꝓferũtur. Jho dic̃. b. Jero. vt habeť in epistola Eusebij sui discipuli. Subtiliũ vboꝛ doctoꝛ. et veri nõ opm factoꝛ est quedam auris inflatio z veritatis furnus cito transiens sine fructu. Sed illa verborum semina sunt vtilia que humore deuotionis sunt plena. et que canicula. id est mor dacitas vl inanis glozia nõ desiccat. De illo semine dr Matth. xiij. Seiauit bonũ semẽ i agro suo. Quito adde hoc q; ꝑdicator dz attẽdere ꝑ mioꝛ varietatẽ. Dis eni ꝑdicator q̃ semia bõe opationis ꝓmittittit fructus ꝑdicatiõis colligit. vt dic̃ Greg. Jõ legiť. Quidã sacerdos bonus ꝑdicator dũ mozti apꝓpinq̃ret q̃dã ei⁹ amicus i dño adiurauit se vt p⁹ mortẽ suã ẽtio die eũ de statu suo certificaret. Mortu⁹ igitur apparuit ei vt petiuit tertio die in cappa scarletica tota

aureis monilibus decorata .inꝫ q̄ vnū incōpabiliter ab alijs distās habebat in pectore .Que cū de statu suo reqsisset.z ille se bñ habere rñdisset q̄siuit cur in tali veste incederet.et ille. Hāc inq̄t vestē habeo,ppē zelum z amorē quē habui ad,pximos.Monilia āt tot accepi quot peccatores ꝙuerti.monile āt qđ vides ī pectore iō accepi qz vnū pctōrem accepi de quo nulla spes erat salutis.et ille.Quis ē inq̄t status prochialiū plebanorū .rñdit.pauci saluātur.qz vīa latā q̄ ducē ad infernū suis sb̄dit sic replēt vt eos vix capiat celū.nā ipi tāta vigēt cupiditate vt nihil curēt de aīabus.et inq̄t.periculosi⁹ hoc vnuz ē.qz illud qđ debēt in vsus paupm ꝙuertere cū psonis vilibus ꝙsumūt z expēdūt.et sic disparuit. Ecce audiuit vra caritas q̄ p semē vbū dei. p seminatorē q̄libet p̄dicator sb̄audiē. Iste inq̄ p̄dicator si vult seīare semē vbi dī dz exire pmo a mala ꝙuersatōe.dz ei p̄dicator bne bonā ꝙūsationē circa pplm cui p̄dicat. Jux illd.j. Pe.ij Cōuersationē inq̄t vram inꝫ gētes bonā hñtes Si enī mala fuerit ꝙuersatio eoꝝ seq̄ē z ꝙemptio.qz dic̄ Grie.xl.dist.c.milti .Si bñ docuerꝫ z male vixeris.tui solius dānator erꝫ. Nā bñ vīnēdo z bñ docēdo pplm instruis quō viuere debeat.bñ aūt docēdo z male viuēdo deū instruis q̄liter te debeat ꝙdēnare. Secdo dz exire p̄dicator ab alta ꝙtēplatiōe.qz dic̄ Bern̄.sup Cantī. Noli nimis insistere oculis cōtēplationis .melioza enī sunt vbera p̄dicatiōis . Iō legit.iij.Regū.xix.q̄ Helyas veniēs in mōtē dei oreb.māsit ibi ī spelūca.iō dictū est ei.Quid agis h Helia.q.d. Nō est adhuc tps pfecte quietis z ꝙtēplationis.sed laboris z p̄dicationis,p salute,pximoꝝ.et in hoc arguit illos q̄,p sua q̄ete magꝫ volunt ꝙtēplari dimissa necītate,pximoꝝ. de q̄bus dicit Greg⁹ Qui solitudinis loca q̄rūt boc scire debēt q̄ tot aīarū sunt rei quot in publico prodeuntes ,pdesse poterāt .Est th notandum. q̄ p̄dicatores dñt esse siles castori.de quo dicit Isi.li.xij.q̄ cū q̄drupedibus viuit in ēra.et cuz natātibus stat in aq̄s.Est enī in magnitudie ad modū qui canis.pedes posteriores quasi cami nos habēs quib⁹ in terra ambulat.pedib⁹ aūt anteriorib⁹ natat in aq̄s Sic p̄dicatores non solum debēt p terrā discurrere p actuā vitā p̄dicādo ad istar q̄drupedū illoꝝ q̄ sunt perfecti in q̄ttuor virtutibus cardinalibus.sed etiā versari debēt in aq̄s scripturaꝝ,cū natantib⁹.i. cū cōtēplatiuis.et dz esse sicut canis p latratū p̄dicationis sed puus in hūilitate mētis.posteriores aūt pedes sunt occupationes corpales p tinentes ad pietatem.et iō sunt vt aialia terrestria.sz anteriores pedes sunt meditatiōes spirituales.et sunt sicut volatilia q̄bus natat ī aq̄ sapie z ꝙtēplationis.Et sic patet q̄ nō debēt sp insistere p̄dicationi sed etiā interdum ꝙtēplationi.Tertio dz exire ab iniq̄ cupiditate.Qui enīz vult p̄dicare dz abrenūciare ꝓprijs,ppē certas cās.Prima ne ipi q̄ ꝙtēptū tpaliū p̄dicant hoc facere videanē vt ea soli habeāt. Quia dic̄ Catho.Que culpare soles ea ne tu fecerꝫ ipe.Turpe est doctori cū culpa redarguit ipm. Secūda cā qz q̄ habēt officiū p̄dicatiōis oculi sunt eccle oculis aūt longe ꝙpetit esse a terra .qz modicuz terre oculis iniecta multū ipedit visuz sic amor terrenoruz multum impedit visum.spiritualem Jux illud Eccī.xx. Exenia z dona multū excecāt oculos iudicū. Tertio qz fin dei ordinatiōnē officiū p̄dicatiōis debita ē mīstratio necessariorꝝ a sb̄ditis ipis plebanis. vt,pbat Paul⁹.j. Corꝝ.ix.Quis militat suis stipēdijs .q.d.null⁹ Quia milites sumūt stipēdia a pplo terre q̄z defendūt.ita p̄dicatores a pplo quibus predicāt. iō sb̄dit.Qui pascit gregē z de lacte gregis nō māducat.q.d.nullus .et infra.Si nos vob̄ spiritualia semīamus magnū est si nos carnalia vestra metamus.q.d.nō est magnū. īmo paruum respectu boni qđ vob̄ mīstramus .et infra .dñs ordinauit his q̄ euangeliū ānūciant de euangelio viuere .Si aūt dicit.vbi hoc ordinauit dñs. Dico q̄ Mat.x.cū dixit.Dignus est operi⁹ cibo suo.Sup quo dic̄ Jero.Considerandum est q̄ vno nr̄o opi duplex merces debeē .vna ī via alia in patria.vnaq̄ nos in laboze sustētat.alia q̄ nos in resurrectiōe remūerat . Iō dicit Beda de p̄dicatoꝝ pmio. Hic inquit merces ichoatur.et in futuro pficitur.Ecce ab his trib⁹ debet exire ois p̄dicator q̄ vult esse vbi dei semīator.Deinde ponit dras auditoꝝ .et sunt q̄tuor .Est enī cor homis velut ager in quo debet spargi verbi dei semen.Sed pmo quidam occupant corda sua peccato luxurie.vt sic fiant tanq̄ vie puie.vt ꝺ quolibet tali posset dici illud Isa. xxi Posuisti cor tuū vt terrā z quasi vīa transeuntibus.Si enī in illud cor luxuriosum semē vbi dī ,pjscitur q̄i iuxta vīa ꝙculcaē.qz male cogitationes sedule atterūt verbum dei z ꝙculcāt.Quāuis enī luxuriosus verbum p̄dicatoris audit tamē fin hoc nō facit.Quia dicit sapiēs Audiuit luxuriosus z displicebit ei.et projciet illd post dorsum suum .Eccī.xxi.de hoc vide supra.exēplum dñica.iij.in aduentu.f.ij. de frederico im paratore.h.h.De hoc etiā habeē figura Heñ. xix.de vicios zodomitis quos corexit Loth satis discrete.qui tamē peiores facti fuerunt.et in luxurijs suis perierunt. Item etiam legitur. Math.vi.de adultera Herodiana.cui verbum dei qđ predicauit Joh.baptista di .ad Herodē Nō licet tibi habere vxorez fratris tui .multuz

displicebat.ppt qđ ei insidiabat̃ t ꝓcurabat vt occideret̃. Ita legit̃ Dañ.xiij.de senib⁹ q̃ exarserũt in susannã.declinauer̃t oculos suos vt nõ viderẽt celũ.nec recordarẽt̃ iudicioꝝ suoꝝ iustoꝝ. Jõ dic̃ dñs q̃ semẽ qđ cecidit iuxt̃ viaꝫ hi sunt.q.d.hi significant̃ ꝑ viã q̃ audiũt scz v̈bum dei.Deide veit diabol⁹ scz i corda ip̃oꝝ .et tollit v̈bũ dei de cordib⁹ ip̃oꝝ.Glo.cũ luxuriosis cogitationib⁹ corda eoꝝ occupat. ne credẽtes salui fiãt.q̃ aũt diabolus impedit ne hoies per v̈bũ dei salui fiãt.Refert Jac̃ de vitriaco.Quidã religiosus in ꝑmone quodã vidit quẽdam demonẽ.et adiurauit eũ vt diceret ei qđ ibi facerꝫ t quõ vocaret̃.rñdit. Ego sum demon. et claudẽs aures vocor.et habeo mecum tres socios. vn⁹ vocat̃ claudẽs cor.scõs claudẽs os. terti⁹ claudẽs bursam.ꝑm⁹ claudẽs cor ne cõuertat̃. scõs os ne ꝓficeat̃.ẽti⁹ bursaꝫ ne ꝑ satisfactionẽ pctñ dimittat̃.Jõ de luxuriosꝰ dic̃ Ozee.v. nõ dabũt cogitatiões suas vt ꝓuertãt̃.qz spũs forꝝ nicatiõis i medio eoꝝ.et dñm nõ ꝓgnouer̃t Ꝯz incidit h̃ vna dubitatio cũ dictũ ẽ s̃. q̃ diabol⁹ veit scz i corda ip̃oꝝ.an demones ĩtrent corda hoĩm.Ad hoc dr q̃ nõ ꝑ eẽtiã intrãt corda sz ꝑ suggestiõis effectũ attẽdũt.de hoc dic̃ gẽmasius.alij eũ vocãt.Fulgẽtiũ i diffinitiõib⁹ ecclesiastico⁹ dogmatũ li.ij.Demones ꝑ energiam nõ credimus sbaliter illabi aĩe .sed applicatiõe t oppressiue vniri. Illabi aũt mẽti illi soli possibile est q̃ creauit scz mentẽ.q̃ nata sbsistẽs icorporeus capabilis est sue facture.vt dic̃ mgr̃ lib. ij.dist.viij.Ecce h̃ videt̃ insinuari q̃ nõ sbaliter illabãtur demones vl̃ introeãt in corda hoĩm. Et allegat Bedã q̃ d.sup Act̃.v.vbi Petr⁹ ait. Ananie.Qur tẽptauit vel ipleuit sathanas cor et mentẽ tuã.Dicit notãter q̃ mentez hominis iuxta substantiam nihil implere possit nisi creatrix trinitas.quia tm̃modo ꝑm opationez t voluntatis instinctũ anima de his que sunt creata implet̃. Implet vero sathanas cor alicuius nõ quidem ingrediẽs in eũ t in sensum.i. aiaz eius neqz introiẽs aditũ cordis. siquidẽ ptãs hoc solius dei est.sed callida t fraudulenta deceptiõe aĩam in affectũ malicie trahẽs ꝑ cogitatiões et incentiua viciorꝝ quibus plenus est. Implet g̃ sathanas cor Ananie nõ intrãdo sed maliciose suũ virus inserendo.hec Beda.Scõo quidẽ occupant corda sua peccato supbie vt fiãt duriora lapide.ꝑm illud Job.xli.Cor eius indurabitur quasi lapis.ideo v̈bum dei nõ potest in eis germinare eo q̃ carẽt gr̃e humore. Ita legitur Exo.v.de pharaone supbo qui ex duritia mentis nõ recepit v̈bũ dñi.Cũ eni Moyses diceret ei vt populum dimitteret vt sibi in deserto sacrificaret ait.Quis est dñs vt audiam vocem eius. Nescio dominum t non dimittam ysrahel. Sic legitur de alio supbo nobili qui potens erat.et quadam die cum esset in magno gaudio .et multos nobiles inuitasset dixit eis.Quis est qui mihi resistere possit.respõdit sibi quidaꝫ miles senex di.Ille qui exaltat humiles t supbos illũinat.scz deus qui nos creauit t tibi omnia hec q̃ possides dedit.Ille ait.Et que ego habeo ex iure hereditario possideo.et ea per memetipm̃ acquisiui t augmẽtaui.Qđ cũ dixisset corã omnibus sbito expirauit.et diabolica turba ip⁹ animã in infernũ deportauit. Ecce q̃ v̈bũ illud in ipo nõ fructificauit.quia supra petram cecidit. Tertio quidam occupant corda sua pctõ auaricie.et ideo semẽ verbi dei nõ põt in ipis germinare.Ratio illius est:quia sicut semẽ inter spinas seminatũ suffocat̃.sic verbi dei semina suscepta in corda auaroꝝ extinguũtur.qz in corde auari sunt oĩa peccata capitalia.Primo est ibi superbia Etĉi.xxi.Domus que ẽ nimis locuples annullabitur superbia.Secũdo ibi est ira Gen. xiij. Facta est rixa inter pastores Abrahã t pastores Loth.Erat enim substantia eorũ multa. et nequibant habitare simul.Tertio ibi est inuidia Prouerb.xi. Vir qui festinat ditari inuidet alienis.et ignorat q̃ egestas superueniet ei. Jõ dicit Greg⁹.de viro iusto. Per hoc q̃ in terris nihil appetit alienis profectibus inuidere nescit Quarto ibi est accidia Hieremie.xlviij.Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua tẽ.Quinto ibi est vicium gule Luce.xij.Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos tẽ. Sexto ibi est luxuria Etĉi.xlvij.Collegisti quasi auricalcum aurũ.et complesti quasi plumbũ argentum t inclinasti femora tua mulieribus.Ecce quanta mala sunt in corde auari.ideo nõ potest ibi verbum sapientie verbi dei subintrare. Sap̃.j. In maliuolam animã non introibit sapientia.nec habitabit in corde subdito peccatis. Ideo auari sunt indispositi verbi dei suscipiendum.Et si interdum recipiunt .tamen a sollicitudinibus et diuitijs euntes suffocantur .et nõ ferunt fructum.Quarto occupant aliqui corda sua cogitatiõibus bonis quorum cogitatio secundũ sapientẽ apd altissimũ in quoruz corda si cadit verbum dei facit fructũ multum vt dicere possit cum ꝑs.lxxxiij.Terra nr̃a dedit fructũ suum.Et hoc tangit dñs cũ concludit .Qđ aũt in terrã bonã.q.d. Si verbum dei cadit in eos q̃ tre bõe sunt siles.hi sunt q̃ in corde bono ꝑ industriam naturalem t optimo ꝑ gr̃am audientes verbũ dei retinent .scz in memoria .quia alr̃ parũ prodest.sicut eni cibus qui statim euomitur.vel medicina que nõ retinentur nihil ad sanitatem operatur.sic nec verbum dei.iõ ncce

est vt retineat ab auditoribꝫ. et sic fructū affert
in patia. cū expectāt ad instar agricole remune
F rationē sempiternā. Tertio hoc euāge. exponi
tur tropoloice aut mozaliter. vt ꝑmo generaliꝫ
intelligātur ꝑ semē opa bōa. ppē mlta. Ꝓrio ra
tiōe ꝓtinētie. qz semē aut germē multū calozez
aut būozē ꝓtinet i se vt dic Jsi. li. xvij. qz i ipo ē
būoz nutrimētal: z būoz semial. et viget etiā in
eo caloz nalis. Mozaliꝫ opa bona z virtutes
habēt būozē nutrimētalem. et est deuotio fidei.
qz sicut instꝫ ex fide viuit. vt dic Aplus ad Heb
x. Sic plāta vl germē viuit ex būozis nutrimē
to. Itē habēt būozē seminalē. sz qz būoz semina
lis est motiuus spei. qz ille qui semiat in spe fru-
ctus seminat. alꝫs semē nō ꝓficeret. Item habēt
calozē naturalem. qz q̄si caloz naturalis est cha
ritas. Ubi ḡ sunt ista tria. scz vigoz fidei. spes ꝑ
miꝭ. et feruoz amoris. sequit germinatio secūda
boni opis. Vel aliter būoz nutrimētalis est la-
chryma penitētie q̄m habuit Dauid cum dixit
Ps. xli. Fuerūt mihi lachryme mee panes die
ac nocte. Humoz aūt seminalis est gra. De q̄. j.
Joh. iij. Semē ipius scz gratie in eo manet. Sz
caloz naturalis est charitas. et vbi ꝓcurrūt ista
tria. scz cōpunctio lachrymosa. diuina gratia.
et charitas fecunda. ibi fecūda sequūtur penitē
tie germina z copiosa. Scdo rōne ꝓtinentie. sic
enī in semine ꝑmo ē radix. deinde rūpit germē.
ex germine stipes. ex stipite flozes. ex flozibꝫ ve
ro fructus. et sic sunt ibidem plura continēcia.
Sic in quolibet bono ope est radix gratie. ger-
mē charitatis. precipue stipes z flos. fructusq;
opis. Ideo dicit Greg⁹. Ex gratia radicis ꝓce
dunt germina vtutū. q. d. ex germine charitat
ꝓcedit stipes. id est finis intentionis. ex rectitu
dine intentionis ꝓcedit flos. i. puritas z suaui-
tas opis. Ex ope ꝑmo ꝓcedit mercedis pleni-
tudo: ꝓpterea ꝓsulit sapiēs Eccī. xx. Opamini
opus vrm ante tps z dabit vobis mercedem in
tpe suo. Tertio rōne pseuerātie. qz caloz celest
penetrās ad radicē medulle partes vnctuosio-
res z liquidiozes facit. et ꝑmo res superius ad
se trahit easq; coagulat z coniungit. et coagula
tas per terre pozos inducit. z in sbstantias ger
minū cōuertere nō desistit. Similiter gratia ce-
lestis penetrās ad medullas cozdis cogitatio-
nes siue affectus liquidiozes. id est magis com
pūctas ad fluendū. et vnctuosiozes. id est magis
deuotas ad inflāmandū. et ꝑmo res ad equādū
trahit supius ad deū. et coagulat z ꝓiungit eas
coagulo z viculo charitatis. Sed duz disponit
bō bonas cogitationes siue affectus suos imple
re ꝓpter amozem dei. et vtilitatem ꝓximi q̄si
per sensus vel ꝑ mēbra cozpis inducit. et in sb-
stantias germinū cōuertere nō desistit duz eas
ope perficere pseuerāter nō desinit. Nam sicut
nō cessat humoris attractio continue in radice
et sicut nō cessat augmentū in germine quousq;
ad debitū, pueniat cōplementū. Sic similiter qz
nō cessat in cozde attractio diuine gratie. etiam
nō cessat germinatio siue cōtinuatio boni opis
quousq; pueniatur ad perfectā etatē z quietem
btitudinis eterne. Quarto rōne redūdante. qz
sicut confoztato caloze in medulla incluso radi
cis humozē attrahit necessariū sibi. Qđ autem
nccīm nō existit a se exterius expellit. q̄ dum a
caloze incluso sursum leuatur in materiā germi
nis transmutatur. Sic similiter ex caloze chari
tatis incluso in cozde boīs qui habuit humozē
id est nutrimentū ipius cozpis attrahitur būoz
gre. Qđ vo nccīm non est sed superfluū ad nutri
tionē mittit pauperibus. qđ ptinet ad redundāti-
am charitatis. de quo dr Luc. xi. Qđ superest da
te elīnā z oīa mūda sunt vob. Quīto rōne cu-
stodie. qz semē emittit frondes mutuo se conne-
ctētes. et hoc natura facit, ꝑ custodia aut conf-
uatione fructuū Nā cū rara sit eius sba ab aere
vēto. frigoze vl grādine tē. facile ledet. nisi cau
to gyro frondiū muniretur. Sic etiam opus bo
nū faciliter a vēto vane glozie. a frigoze inuidie
a grandine superbie. vel a noxio roze fraudis z
deceptionis diabolice destrueret. nisi debit cir
cūstancijs vndiq; munirē. Sexto rōne effica-
cie. licet enī sit semen sit modice quantitatis. est ta
men maxime virtutis. nam virtus radicis tran
sit in sbam seminis. et ideo herbe q̄ diu sunt ī se
mine viget in eis humoz transfusus a radice. et
maxime ꝓueniūt medicine. Siliꝫ opa bona q̄ fa
ciūt sancti viri videntur eis modica, ꝓpter būili
tatē. tū maxime virtutis sunt apud alios ꝑ exm
et apud deū per meritū. Nam vtus radicis q̄ ē
charitas ꝺ q̄ Aplꝫ ad Ephes. iij. In charitate
radicati z fundati. transit in sbstātiam semis. i.
soliditate z boitate opis. Et, ppē hec opa q̄diu
manet in eis būoz deuotiōis z affectiōis trāsfu
sus a radice charitatis medicinalia fiūt. nō tm
ipi opanti quē purgāt. sed etiā ipi pctōzi intuen
ti quē ad iusticiā, puocāt. bucusq; Anſ. li. iij. c.
iiij. Ecce, ꝓpter scx ista iam dicta ꝓgrue opa bo
na sunt per semē designata. Sed seminatoz bo-
rū seminū qlibet ē hoīm q̄ dz exire a tozpoze ac
cidie. et semiare semia opationis pie. Et est no-
tandū q̄ in seminādo dz attēdere q̄ttuoz semis
bonitates Sic enī q̄libet agricola optimū semē
qđ hz semiare ꝓsueuit si fertilē messem hre volu
erit. Qz ager ñ, ꝑfert bonū fructū nisi i eo bonū
semē fuerit seminatū. Sic etiā q̄libet hō dz semi
nare in agrum cozdis sui semen bonozum ope-
rum. Juxta illud ad Galathas. vi. Bonum fa-
cientes nō deficiamus. tempe enī suo metemus.

nō deficiētes. q ār semiare debem⁹ oñdit ꝑphe
ta Ozeas. c. x. Semiate vob i iustícia. et metite
moze miscōie. Ecōtra ār agrícola q̄ semiat ma-
lū semē. hēbit malā messem. Sic ꝛ si hō seminat
mala opa certe ꝛ ipe metit ea. Jō ꝑsulit sapiēs.
Eccī. vij. Fili ne semines mala i sulcis iniusticie
et nō metes ea in septuplū Ubi dic Glo. interl.
Septem pene in inferno sunt q̄ quidez metet q̄
b mala seminat. Et he patēt in his metris Ver
mes ꝛ tenebze. flagellū. frigus ꝛ ignis. Demo-
nis aspectus. sceleris confusio luctus. De vmi
bus ꝛ igne habes Ysa. vlt. Vermis eoz nō mo
rietur. et ignis eoz nō extinguet. De tenebzis
Job. x. Dimitte me dñe. glo. in pñti vita. vt plā
gam dolozē meū antеq̄ reuertar ad terrā tene-
bzosam ꝛ opertā moztis caligine. terra miserie
et tenebzarū. De flagellis Pzouerb. xix. Deri-
soribus parata sunt iudicia. et mallei percutien
tes stultoz cozpa. De hoc refertur in annulo.
parte. ij. c. xxiij. Parisius erāt duo socij turpit
viuētes. cū vnus mozeret socius eius post moz
tē ipius quadam die solus in campo ibat spacia
do. et clamozē audiuit miserabilem. accessit. ppi
us vidit caminū ignis. ꝛ duos nigerrimos ethi
opes malleis quendā quē nō videbat sz hozribi
liter clamantē indesinēter cruciantē. hic autē q̄
folles calcabat sic ꝑsonabat. Semp ꝛ semp ve
ñ vndiq̄ ve m. Cū aūt quereret q̄s ibi crucia-
retur. Rñdit malleator. Ilia socij tui. Perter-
ritus ille q̄siuit. q̄nto tpe illa pena durare debe
ret. Calcator ait. sp ꝛ sp. turbatur ille. Petit tñ
vt ad modicā hozā ꝑmittāt q̄escere. sz nō ꝑfecit
Tandē querit: q̄re sp punire debeat. Rñdit cal
cator. Justo dei iudicio puniet sp q̄ sp peccare
elegit Quo dicto visio disparuit. Ecce q̄ dura
sunt hec flagella. De frigoze habes Job. xxiiij.
Ab aq̄s niuū transeūt ad calozem nimium. Et
Math. xxij. hr de fletu ꝛ frigoze. vbi erit fletus
ꝛ stridoz dētiū. sc̄z ꝓpter nimiū frigus. De aspe
ctu demonū hr Job. xx. Uadent ꝛ veniēt super
eos hozribiles Ecce hos fructus colligit qui b
mala opa serit. Jō pze oñibus ꝑsulendū est. vt
ad bonitatē seminis videamus. quia dic Apls
ad Gall. vi. Que semiauerit hō hec ꝛ metet. sc̄z
mercedem accipiendo ſm opa. et sbdit hoc de-
clarando. Qui seminat in carne sua. sc̄z sequen
do impetū carnis. de carne metet cozruptionē
sc̄z culpe ꝛ gehēne. Qui aūt seminat in spū. sc̄z
sequēdo instinctū eius. de spū metet vitā eēnam
q̄si diceret. virtute spūs ipm mouētis ꝑsequitur
vitā eēnā Secdo q̄ vult semiare opa bōa dz attē
dere semiant liberalitatē. Dz enī hō respicere
illū q̄ libēter bōa fac. et hūc dz seq̄. qz dic Apls
ij. Gaz. ix. Qui pce seminat pce ꝛ metz. q̄ ār se
minat i bñdictiōib⁹ de bñdictiōib⁹ ꝛ metet. Id-
circo si vis fructū multū colligere in futuro. mlt
ta seminare debes in hoc seclo. Qz dic Greg⁹.
modica semis detractio nō modicū est messis d
trimentū. Tertio q̄ vult semiare dz cōsiderare
agri fecūditatē. Si enī semiat i agro arido plā
te crescūt pue q̄ntitat ppt hūor paucitatē. Si
ār i agro hūido maior erit q̄ntitat p abūdantiā b
hūor. Mozal⁹ ager significat aiaz peitētē. p-
pter tria. Pzio sic ager cū labore excolit. quia
vomere apit. ligōe fodit ꝛ euertit. semie seritur
rastro retegit. ibze pfundit ꝛ sepibus cingit. sic
aia penitēt apit vomere ꝓtitiōis. fodit ꝛ euer
tit ligone ꝓfessiōis. s. lingua ꝓfitēte. serit semine
bone opationis. retegit rastro aspe castigatio-
nis. sc̄z abstinētia ꝛ ieiunijs ymbze lachrymati-
onis spargit. et cingit sepib⁹ diligētis ꝙuersati-
onis. Jux illud Eccī. xxviij. Sepi aures tuas
spinis. hec agricultura psuadet Pzouer. xxiij.
Diligēter exerce agrū tuum. et postea edifices
domū tuā. Sz sicut ager gelu hyemali cōstrigit
vernali tpe viriditate vestit ꝛ caloze aduritur.
Sic aia penitētis q̄nq̄ tāgit frigoze accidie. q̄n
q̄ angustiat feruoze ꝓcupie. interdū decozatur
feruoze diuine gratie. qz est sicut fenū agri qđ ē
hodie sc̄z viride. et cras in clybanū mittit Ma
thei. vi. Quia nō viret hūoze deuotionis. Ideo
cras exurit feruoze tēptatiōis. Tertio sic ager
in autūno collectis fructibus iterato pcingitur
et iterū seminat. Sic aia penitēs q̄ dz esse in la-
boribus bonis. optet vt sp post vnum opus fru
ctuosum pfectū aliud inchoet. Jux illud Eccs
Quodcūq̄ potest manus tua instanter opare.
Iste igit ager aie interdū fit arid⁹ per indeuoti
onē. et tūc fructus bonoz opm erūt pue q̄ntita
tis. Si aūt est humidus p deuotionē. tūc q̄q̄d
in eo seritur in fructib⁹ vtutū abūdant appare.
bit. Sic figuratū est Gen. xxxvij. vbi legit. q⁹ se
uit Ysaac agz. ꝛ i ipo ānо pcepit fructum cētu
plū. et bñdixit ei de⁹ ꝛ locupletat⁹ ē. Ysaac int-
ptat gaudiū. et significat aiaz deuotā q̄ est sine
petō. de qua dz Pzouer. xv. Loz gaudēs. i. bo-
na ꝓscia ſm Glo. interl. exhilarat faciē. hec igi
tur si seminat hoc semē boni opis in fuco reci-
piet centuplū fructū mercedis. Sed notandum
q⁹ semē qđ seminat in agrū aie adhuc bz se i tri-
plici drña. Aliqua enī ps seminis bonoz opm
cadit sec⁹ viā. et hoc tūc ꝓtingit q̄n bona opera
vt ieiunia ꝛ oīones. et sic de alijs fiūt vt videā-
tur ab homib⁹ q̄lia sunt opa phariseoz. de qui
bus dixit dñs Math. xxiij. Dia opa sua faciūt
vt videātur ab hoibus. vel adhuc hypocrite fa-
ciūt opa sua ad apparētiā vt laudētur. qz dicit.
Greg. hypocrite q⁹ iusti agūt ad vtilitatē pxi-
mi hoc ipi faciūt ad ostētatiōez nois sui. Idem
viij. mozal. Quid in cūctis opib⁹ suis hypocrita

sperat nisi reuerentiã honoris ꝛ gliam laudis. Jō illud semē bonoꝝ etiã opm q̄ sic seminãt ab boib⁹ ꝙculcaꝫ ꝛ pit. eo q̄ hypocrite p̄miũ a deo nō capiũt. qz dic̄ Mat. vij. Amē dico vob̄ recepe̅t mercẽ. suã. Alia ps semis bonoꝝ opm cadit s̄ petrã. p q̄m intelligit coz durũ. De quo dicit Bern̄. ad Euge. Coz durũ ẽ qđ nec cōpūctione scindit nec pietate mollit nec mouet p̄cib⁹. minis nō cedit. indurat flagellatione. inḡtũ ad bñficia. nec deũ timet nec hoiem vereꝫ. Ex hoc dicto b. Ber. p̄ncipl̄r appet q̄ ille ẽ duri cordis q̄ nō vult idulgere i se peccātib⁹ qđ tñ ẽ ꝓtra sapiẽtẽ q̄ dic̄. Relinq̄ p̄rio tuo nocẽti. s. offensam et tūc depcāti tibi pctã soluẽtur. Accī. xxviij. Jō oñie semē bonoꝝ opm qđ cadit i hoc coz durũ aret ꝛ pit. qz ñ hz hũorẽ gr̄e aut r̄missiōis. ꝛ sic ñ fructificat fructũ bonũ in vitã eẽnã. Qz dic̄ Beda sup Mat. Qui tã impterrite differt emẽdaz scelerũ alioꝝ. timeo q̄ sibi differaꝫ venia in eẽnũ. Et Cassianus li. col. Neq̄q̄ sunt celestia p̄mia illi q̄ seipm vidicat de molestia ūuriaq̄ illa.

Jtẽ alia ps semis bonoꝝ opm cadit inter spinas. qđ tūc fit cū q̄s iniuste acq̄sita possidet. nc vult ea restituere. sz vult ex eis bõa facere vt ecclesias edificare. altaria edificare ꝛ erigere. et sic de alijs q̄ tñ nihil sibi p̄sunt sz obsunt. Sm q̄ dic̄ Aug. Si res ppẽ q̄m pctm̄ ẽ cū reddit pt nō reddit: pnia nō agit sz silaꝫ. De tribus q̄ sic faciunt bona ꝺ male acq̄sit dic̄ ppheta Aggeus. c. j Seminasti mlt̄ ꝛ intulisti parū. Jō refert Guilbel. in apia. c. lxxxi. Mulier sancta dicta Maria de egenis multũ sollicita i oronib⁹ ꝛ lachrymis petiuit dn̄m vt eã de morte mr̄is sue certaz reddere dignaret. Cū in hoc mltas lachrymas funderet. accidit die quadã vt ad missam iuẽ altare i eccl̄ia q̄i ad pedes dn̄i Maria sederz ꝛ ipsa horroze ꝓcussa vidit ꝓpe se spm̄ tenebrosum astare. Que mox signo scē crucis signata audacter q̄s sit interrogauit. et spūs. Ego suz mater tua. Tūc illa marie ait. Nihil me iuuare tue preces potuerũt. cū quidẽ me dãnatam ppetuo infernj claustra detineãt. Mox filia elato gemitu dixit. Heu mr̄ mea q̄ est cã dãnationis tue. Qui illa. Enutrita sum ꝛ vixi in his q̄ iniusta mercemonia ꝛ vsuras acq̄sita fuerũt. et ꝓscia m̄ male ablata restituere nō curaui: nec aduertere volui q̄ ꝓtra deum in meo hospitio ꝛ a m̄ fr̄ditis agereꝫ. sed torruosas mũdi vias ingressa: indigna ꝛ misera iudicaui. pgenitoꝝ meoꝝ vestigia declinare sprẽui. Insup arguentẽ me in his et i alijs malis. nec in vllo penitui. et iō infructuosam mortẽ cōmunicãs a futura seculi vita. Hec dicẽs mr̄ repẽte disparuit. Ecce q̄ semen bonorũ opm cadens inter spinas rerũ vicz male acquisitarũ suffocaꝫ. Quarto q̄ vult seminare dz attẽdere tpis ꝓgruitatẽ. Jō dicit ꝑe. de creſc. li. ij. Oñis seminatio fieri dz cū seminis adiutorij maius est e celo. hoc est in p̄ma etate lune. Quia tunc iuuatur calido. humido. viuifico lumine solis. et lumine lune simul. Et sb̄dit. Ois satio q̄ fit cū sol ab oriẽte in cancrũ gradiꝫ est p fecta. tūc radices mouebũtur in debitã sue substantie q̄ntitatem. Ita seminatio bonoꝝ operũ fieri dz cū hz maius adiutoriũ a deo. et hoc ẽ in tpe p̄nti in quo deus astat cuilibet vt possit bonũ pficere. iuꝫ illd ps. cxx. Auxiliũ me. a do. q̄ feĉ ce. ꝛ ter. et p̄tim dz seminare in p̄ma etate pueritie semẽ opatiōis bone cū adhuc calidũ ꝛ hũidũ in ipo dn̄aꝫ. qz tūc est magꝭ aptus ad bñ opandũ. Jō ꝓsulit Sapi. Eccī. xi. Mane eni semina semẽ tuũ valde. dz eni attẽdere q̄libet hō tpis p̄ntis ꝓgruitatẽ ad bñ opandũ. qz si rex vl̄ alic⁹ dn̄s terren⁹ ꝓcederet tibi bonã terrã ad seminãdũ. q̄cq̄d velles. q̄tũ velles. vt seminares infra sex annos. estimo q̄ nō eã libenter vacare p̄mitteres. vel zizaniã p grano semiares. vl̄ raro vel pauca seminares. Sic rex ꝛ dn̄s celorum ꝓcessit nob terrã cordis nostri. vt seminem⁹ bona semina in ipo. et hoc ꝓcessit tñ p sex annos. Juꝫ illud Exo. xxiij. Sex annis seminab̄ terrã tuã. et anno septimo dimittes eam. Et Lu. xiij. dixit dn̄s. Sex dies sunt in q̄bus optet operarj vbi p sex dies intelligit sex etates homis. s. puriciã. adolescentiã. iuuentutẽ. virilitatẽ. senectã et decrepitã etatẽ. In quibus a deo ꝓcessis debes seminare bonũ q̄cquid potes ꝛ q̄tũ potes et vbi vales ꝛ q̄n. Vel per sex annos aut dies significaꝫ p̄ns vita que currit per sex tpa laborjs Septimus est sabbatũ eternũ in quo nō erit ne cesse laborandũ sed quiescendũ. Juꝫ illud Ysa. xxiij. Sedebit pplus meus in pulcritudine pacis. in tabnaculis fiducie. et in requie opulẽta. Secũdo exponit spūaliter in sensu morali. vt p semẽ intelligaꝫ ecclina. qz ipa est bonũ semẽ. vñ dic̄ Pli. in spe. natu. Bonitas semis ꝓsideraꝫ ex tribus. Primo ex tpe. qz illud est semẽ bonũ qđ est anniculũ binũ vel trinũ. Precepit tñ Palladius li. ꝺ agricul. ne semina iactãda vetustioza sint q̄ ānus. Si eni vetustatẽ habent vltra ānũ nimis exiccata sunt. vt virtus formatiua et propria substantia humoris radicalis destituta euanuit. Ideo talia raro pueniunt nihilominus tñ vt dic̄ Pli. p̄t semẽ duoꝝ vl̄ triũ annoꝝ valere ad seminandũ. adhuc nō ẽ viribus destitutum. Sz q̄d p hoc moral̄ desig̃t. dico q̄ ecclina est triplex. Prima ẽ q̄ dispoit hoiez ad bonũ. s. ad hoc vt a culpa libereꝫ. sic est ecclina pctoꝝ. sic Nabuchodo. q̄ supbe ꝓtra deũ locutus ẽ. et in bestiaz mẽtaliter mutat⁹. cui ꝓsuluit Daniel. ppheta. c. iiij. Pctã tua elemosynis redime. et iniquitates

tuas misericordijs. Et ista elemosyna p semen anniculum denotat. Secūda elemosyna vz ad duo. vtputa ad satisfactionē culpe. et redemptionē pene. vt elemosyna penitēti. de q̄ dic̄ Tho. c. iiij. Elemosyna ab oi pctō liberat. quo ad pmū. et nō patiet aīas ire i tenebras. quo ad fm Et ista est vt semē bonū Tertia āt elemosyna vz ad tria scz ad p̄fuādū a culpa. ad euadendū ad supplicia. et ad pmerendum p̄mia. De ista dicit Tob. xij. Elemosyna est q̄ a morte liberat. et ipsa etiā pctā purgat. et facit inuenire vitā eternā Et est elemosyna iustoz significata p semen trinū. Scdo bonitas seminis ꝓsideret ex ponderē. qz illud est optimū qđ est ḡuissimū cuz est in charitate sparsum. et tāto plus valet dāti q̄to ꝓcedit ex caritate maiori. Jō dic̄ apl's. i. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas. charitatē aūt nō habuero nihil m̄ pdest scz ad ꝓsecutionē vite eterne. Tertio ꝓsideret ex colore. qz illud semē est melius qđ magis albū est interius. Quid p albedinem nisi bonā intentionē intelliges. qz medulla alba est intentio pura. Qui ergo vult vt elīna sua sit bona: videat q̄ intētio sit pura. Jō dixit dñs Mathei. v. Cū facis elemosynā noli tuba canere. sicut hypocrite faciūt in synagogis z in vicis vt honorificēt ab hominibus. Āmē dico vob. receperūt mercedē suā. Te aūt faciēte elemosynam nesciat sinistra tua qđ faciat dextra tua. Quarto elīna cōpatur semini. qz sic semē i ērā. piectū perditur. et tm postmodū multipliciter recipit. qz nisi ḡnū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit ipm solū manet Job. xij. Ita etiā elīna est q̄ in p̄nti pditur cū paupi dat. In futura aūt vita multipliciter metetur z recupabitur. quia dicit Aug⁹. in f. xxv. d vbis dñi. Jecundus est ager pauperū. cito redit donātibus fructū refert Arnoldus sup hoc vbo Mat. xix. Quicūq; reliq̄rit ꝛc. centuplū accipiet ꝛc. de quodaz pagano qui cū audisset p̄dicari a quodam epo. q̄siuit ab eo cuius hec vba essent. qui ait. Promissum dei nostri est. et verū est. Qui paganus. Si fideiusseris sup hoc baptisor. Qđ fecit eps. Quo facto ille cūcta bona pauperibus distribuit. et baptisari se fecit. et post hoc cito discessit. Quo defuncto filij adhuc pagani epm in iudicio conuenerēt et bona paternalia postulauerūt dicētes. q̄ pater ipoz fm promissum suū nihil accepisset. vel si accepisset q̄ saltem hoc ꝓbaret. Quibus eps dixit. Deus reddidit ei centuplū in vita eterna et hoc probare quidem possum. Adduxit igitur eos ad tumulum. adiurauit mortuū in noīe Jesu xp̄i vt diceret sibi vtrū bene fuerit solutus de promisso. Illico respondit omnibus audiētib⁹ Centuplum accepi. et vitam eternam possideo. Insuper z cartam in manu eius reperierunt. in qua scriptum sic inuenerunt. Sicut promissum est mihi sic inueni. et iam centuplū recepi. et vitam eternam possedi. Ideo dicit Sapiēs. xxix. Perde pecuniam tuā. ppter fratrē tuū z amicuz et nō abscondas illam sub lapide in perditionē et prodest tibi magis q̄ aurum. Super quo dic̄ Glosa. Perde perditura. et inuenies permanētia. Perde fragilia vt conseq̄ris eterna. Da qđ conseruare non potes vt recipias qđ securum amittere non vales. Et est vlterius notandum. Hugo de sanc. vic. dic̄. q̄ elemosyna cōpatur semini octo de causis. Una qz ad modū semis dz occultari. nō ad iactantiam ostendi aut videri. Secūda qz sicut semē cōmittitur bone terre. sic elemosyna debet dare bonis paupibus scz. ppt̄ necitatē nature. et aliqñ malis. sic etiā aliqñ ꝓpter necitatē in ēra mala semiatur. Tertia qz semē nō crescit nisi irriget pluries. sic nec elemosyna nisi det ex cōpassione cordis. Quarta ē qz si p̄ciosa semiant p̄ciosa colligūtur. si vilia simiter vilia. Silr elīne q̄ fiunt in charitate q̄si p̄ciosa semina. q̄rum remuneratio erit in patria. Que aūt fiūt in mortali. sic sunt q̄si vilia semia. et remunerātur in p̄nti. vñ versus. Que cū mortali fiunt tria dant bona terre. Cor faciūt abile minuūt tormenta gehenne. Quinta est quia semen nō in vno loco spargitur. sed in plurib⁹. sic elemosyna diuiditur. Sexta quia semen gelu pressum z retardatuz magnam copiā repromittit. sic elemosyna que nō habet tpalem remunerationē. sed pressurā tribulationis z aduersitatis habebit fructū eterne btitudinis. Septima est quia sicut seminās de parte seminis viuit i p̄senti anno. et de parte in sequēti anno. sic elemosyna q̄nq; nō solum habet p̄miū in futuro. sz etiā q̄nq; in p̄nti augmentū tpaliuz. Octaua qz sicut tria sunt impedimenta ne semen materiale fructificet. scz si s petrā: secus viā: inter spinas seminetur. Sic impedimentum fructificationis elemosyne est cordis duricia. q̄n dat nō ex cordis compassione sed cum murmure. Sicq; semē elemosyne cadit sup lapidem. et nullū fructum aut paruū fac̄. sic̄ testat btūs Greg. Sūt nōnulli qui mox vt ab egenis fratribus fuerint necessaria postulati. prius in eos contumelioſa verba iaciunt. qui z si rebus ministeria pietatis p̄stant. verbis tamen ꝓtumelioſis hūanitatē ḡtiam p̄dunt. ita vt plerūq; videantur iniurie illate satisfactionē exoluisse cum post contumelias dona largiūtur. Ad idem dicit Beda in Omel. sup Mat. Tutius est elīnā nō fuisse q̄m iuito ac furibūdo animo tribuisse. Qui concordat illud dictum August. Qui dat vt careat tedio interpellantis. non vt reficiat viscera indigentis. rē

et meritū perdit. Et merito illud semē elemosy-
ne qđ dat cū murmure aret ꝛ pdit. qz nō bz hu
morē pietat. qz elemosyna dz dari cū vult⁹ hy
laritate Unde illud Eccī. xxxv. In oīm dato hy-
larē fac vultū tuū. Qz. ij. Lor. ix. dicit Aplus
Hilarē datorē diligit dñs Ideo consulit sapiēs
Eccī. iiij. Declina pauperi sine tristicia. aurem
tuā: et rnde ei in pacifica mansuetudine. Scōm
impedimentū fructificationis est inanis glozia
vt cū. ppē ipam dat elemosyna sec⁹ viā. et ꝓcul
cat. qz dic Hiero. qcqd agim⁹ cā vane glie hoc
est nr̄a merces. si hūanā laudē q̄rim⁹ diuinā a-
mittimus. Qui ꝓsonat Greg⁹. viij. mor. Si per
hoc nr̄am laudē ꝓspicim⁹ rē. Etiā si a mlt⁹ igno
reē rē. Unde b. Aug. dic. Studendū ē vt bñ viua-
mus. sz a laude cauēduz ē. si h laus q̄rit illic re
muneratio amittit. Tertiū ipedimētū Sm hu-
go. Sūt. ppria pctā q̄ velut spine pungūt ꝛ lace
rāt mentē. Qui enī ī peccat⁹ exñs fac elemosy-
nas semīat inē spinas. et tlis elemosyna suffoca
tur a pctis. et nō. pdest ad vitā eternā ꝓsequen-
dā. pdest tñ ad tria. Primo ad mēt⁹ illustratio-
nē. ō pe. dist. v. c. falsas. dic b. Greg. ipis pecca
torib⁹ exñtib⁹ in pctis q̄ nō desperēt. sz interiz
qcqd boni poterit faciāt vt omps de⁹ cor ipo-
rū illustret ad pñiam. Scdo ad tpalem remune
rationē. qz dic Hiero. de pe. di. iiij. c. si. qñ vide
ris inē mlta opa pctōꝝ facere quēq⁹ aliq̄ que iu
sta sunt nō est tā iniustus de⁹. vt. ppē mlta mala
obliuiscatur paucoꝝ bonoꝝ. q. d. si nō remūe-
rat eternaliē remunerat tñ tpaliter. Tertio ad
faciliorē gehenne tolerantiam. de pe. dist. iij. c.
qđ g. §. Pt etiā. vbi dic Aug⁹. sz bona q̄ inē mul
ta mala sunt nō. pficiāt ad pñtis vite vel future
pmiū obtinendū. tñ ad tolerabilius extremi iu-
dicij suppliciū sēūduz. de hoc sunt supius me-
tra. Que cū mortali. Ad. pbandū etiā q⁹ elemo
syna in pctō data. pdest. refert Joh. elemosyna
rius pīarcha Petrus noie diues valde ꝛ ꝑpo
tens. sz erga paupes nimis immisericors qz ad
domū eius accedētes cū indignatione nimia re
pellebat. Cum g̃ nullus fuisset inuētus paupeꝝ
q̄ de domo sua elīnā accepisset. cōgregata pau-
perū multitudine dixit vn⁹ illoꝝ. Quid vultis
ih dare si ego hodie ab eo elīnā accipio. et faci-
entibus cū eo pactū ad domū eius venit ꝛ elīnā
postulauit. et in eo tpe famuli eius ad domū ip
sius panes siliginis attulerūt. quoꝝ vnuz arri-
puit. et cū furore illum repellendo. piecit Quez
paup. ptinus accipiēs ad socios suos redijt. et
q⁹ elīnā de manu sua accepisset indicauit. Post
duos igit dies Petrus īfirmatus ad mortem
vidit se añ iudiciū stare ꝛ mauros quosdam su-
per staterā mala eius appendere. Ex altera aūt
parte quidam albati tristes stabant. et nihil qđ
apponerēt inuenire poterāt. Tūc vnus illoꝝuz
dixit. Quere nihil habemus nisi vnū panē siligi-
nis. quē ante duos dies xp̄o cū indignatiōe de
dit quē sup staterā ponēs fere equalitas facta ē
Et ei dixerūt Adauge hāc siliginē. alioq̄n mauri
te apprehendent. Euigilans ergo. et liberat⁹ di
cebat. Si vna siligo q̄m tūc p furorē iactaui tm̄
profuit. q̄nto magis debet qs oīa sua indigen
tibus elargiri. et factus ē misericors ꝛ amator
egenoꝝ. Quadam enī die cū optimis vestibus
indutus p viam pergeret. quidam naufrag⁹ ab
eo vestimentū aliqđ postulabat. ꝓtinuo ille ve-
stimēto precioso se expoliauit. ꝛ illi dedit. quod
ille accipiēs statim vēdidit. Qđ cū pcepisset pe
trus doluit adeo vt nec cibū sumere vellet dic.
Qm̄ nō fui dignus vt mei memoriā haberet ege
nus. Et ecce cū dormiret. vidit quendā sup solē
fulgentē. et super caput crucē ferentē ꝛ haben-
tem indutū vestimentū qđ dederat egeno et di-
centē sibi. Quid plozas Petre. q̄ cū cām sue tri
sticie dixisset. ait ille. Cognoscis hāc vestē Et il
le etiā dñe. Et dñs ad euz. Illo g̃ vestioz ex quo
m̄ dedisti. et gratias ago boni volūtati tue. qm̄
frigore affligebar. et cooperuisti me. In se ergo
reuersus cepit egenos beatificare ꝛ dicere. Ui-
uit dñs q⁹ nō morior donec fiā vnus ex eis. Ul'
aliter sic expone. q⁹ ille seminat semē elemosyne
secus viā. qui histrionibus q̄ semp iuxta viā cur
rūt prestat. et tale semē conculcatur a demoni-
bus qui dicūtur volucres celi deuorāt. qz dicit
Hiero. Histrionibus dare nihil aliud est nisi de
monibus īmolare. De hoc q̄re plura s. dñica.
iiij. in aduētu dñi. J. N. Iste aūt supra petrā M
semīat q̄ in pctis obdurat⁹ elīnā donat meretri
cibus ꝛ ꝓsimilib⁹. qz tūbus nō est dandū intui-
tu pcti vel ipietat. Qz dic Aug⁹. ad Uincē. do-
natistā. et ponit. v. q. v. c. nō oīnis vtil. Esurien
ti panis tollit si ō cibo saturat⁹ iusticiā neglige
bat. Et Sm hoc etiā loquit sapiēs Eccī. xij. Da
bono ꝛ ne recipias pctōrē. Bñfac būli. et ne ō-
deris ipio. Et ad hūc sensuz etiā loq̄tur Hiero.
di. Pecuniā tuā vt singulis nccium est tribuas.
nō ad luxuriā sed ad nccitatē. Et dixi notanter
q⁹ intuitu impietatis nō est donandū meretrici
bus ꝛ consimilibus. qz intuitu pietatis secutus
est. Quia legit quidam noie Ultalius senex san
ctitate vite preclarus. venit ad Alexandriaz. ꝛ
pio studio conscripsit meretrices magis famo-
si nominis. Qui diebus singulis laborans num
mos acquirebat. Ex quoꝝ parte victum par
cissimū sibi compans reliquos pietatis affectu
meretricibus impendit. Nam ad vesperam in-
trans ad aliquā earū. deditq⁹ ei nūmos dicens
Da mihi hanc noctem. et noli cum aliquo forni
cari. Sicq⁹ tota nocte manens in angulo dom⁹

oratioñi vacabat obſuans attentius ne mulier cum aliquo peccaret. Eodem modo alijs noctibus cum alijs faciebat Sicq̄ oñes per ordinē visitabat frequēter eundem ordinē repetens ab oñibus aūt ꝓstanter exegit. q̄ nulla eū ꝓderet Una igitur illarū vt factū pij patris reuelare p̄sumeret. a demone est vexata. Cum autem hoc diutius Vitalius ageret. plures ex his mulierculis compuncte inhonestam vitā reliquerunt. Quedam ꝓtinentes caste vixerunt quedam regularem vitam aggresse. quedam etiā legittimū matrimoniū elegerunt. Illo modo posset ꝛ qui libet homo eis elemosynas dare. et ad bonū inuitare. Sed illi seminant inter spinas qui diuitibus dant elemosynas. quia ab illis suffocantur Contra quos dicitur Thob. iiij. Panē tuū cuꝫ esurientibus comede. Et btūs Piero. in Epla. Illis retribue diuitias tuas qui non phasides aues sed siliginis panem comedunt. qui famem expellant. qui nō augeant luxuriam. Ideo dic̄ Cassio. Diuitibus dare nihil aliud est q̄ preda re. Quare etiā dixit dñs Piere. iiij. Noli semina re super spinas. Ultimo aūt quidam seminant i terram bonā Per bonā terram intellige bonos paupes. in quibus iaciendum est semen elemosinarū. quia afferunt fructū centuplum. intellige huic qui elemosynā dedit. Ideo dicit sapi. Eccī xij. Benefac iusto ꝛ inuenies retributionē magnam. et si nō ab ipo certe a dño. Ideo legit de btō Ludouico rege francie q̄ infirmat⁹ ad mortem ꝓuocauit omnes suos nobiles. medicos et clericos. et theologos ꝛ religiosos ꝓsulēdo an posset curari. et audito q̄ non respondit. Nunc patet q̄ diuitie in morte nō prosunt. quibus potentissimus ꝛ ditissimus rex sanari non potest. vnde nisi proximis ꝛ pauperibus in elemosinis subuenissem. ad eternā vitam modo nō venissem Ad quā perducat.

¶ Dñica in quinquagesima. Sermo

O Si línguis hominū loquar. ꝛ angelorum charitatem autem non habeam factus sum velut es sonans ꝛ cymbalum tiniens. j. Cor. xiij. Aristo. in li. probleu. dicit. Aurū in lecto naturaliter fugat somnū. quia dicit Auicē. Aurū amicuꝫ est vigilie ꝛ inimicū somni. Ideo errant isti ꝛ male faciunt qui i digitis infirmorū qui alias dormire nō possunt annulos dimittere ꝓsueuerūt. q̄ Galienus deportari suadet aurū a languidis vt quiescant. Sed econtra benefaciunt qui pestilētie tempore aurum in digitis portāt cum incipiunt infirmari. quia tunc periculosus est somn⁹. quem ꝛ tunc aurum fugat ꝑ parte ab infirmo.

quas species oēs ꝓhibet hic apostol⁹ cū dicit. Neq; circūueniat fratrē suū in negocio. De tertio q̄ nullus dz circūuenire vel decipere ꝓximū per mercationes dictū est aliq̄lit dñica. iij. post ephie. ser. j. O. H. Est tñ notanduz q̄ per multa mala mercatores ꝓximum decipiunt. Primum malū est vendere quāto charius possunt z emere quāto vili⁹ possunt. Illud malū excludit verbum dei a negociatorib⁹. z facit eos idolatras esse. Exquo em̄ aliq̄s nullū respectū habz ad deuz vel ad supernā charitatez in sua negociatōe ipsuz seruiciū quidez q̄ deberet deo impendere diuitijs impēdit qō idolatrie est. Quia dicit apostolus ad Ephes. v. Auaricia est idolorū seruitus. Scundū malū est mendaciuz. Quia dicit Crisosto. dist. lxxxviij. c. Sijciens. Mercator ne periurio z mendacio esse non potest. De hoc legitur q̄ erant duo mercatores qui inter cetera peccata ꝓfessi sunt duo genera peccatorū. scz mendaciū z periuriuz dicētes. nihil pene emere vel vendere nō possum⁹: quin oporteat nos mēturi vel periurare. Quibus sacerdos. Ista pctā grauia sunt. a saluatore q̄ ꝓhibita cū dixit. Sit sermo vr̄: est est. nō nō. Respōderūt. Nō possumus hoc in negociatōib⁹ nr̄is custodire. Ait sacerdos. Utimī ꝓsilio meo. Sicut mercatū vr̄m dare vultis sic z laudate. Et ꝓmiserūt q̄ tēptare vellent vno anno. Qz impediente sathana q̄ saluti hominū aduersat̄ pene anno illo nihil venditerunt vel vendere potuerūt. Reuersiq; anno reuoluto ad cōfessorem dixerunt. Obediētia huius anni multū nobis damnosa fuit. homines a nobis defluunt. nec aliquid sine iuramēto vendere possumus. Tunc sacerdos. Nolite timere qz temptatio dyabolica ē. Firū tenete in corde vr̄o q̄ nulla aduersitas: nulla paupertas a tali ꝓposito vos auertat. z dñs vos bñdicet. Promiserūt ei dño inspirāte. qz custodire vellēt omnib⁹ diēb⁹ vite sue: z si oporteret eos mēdicare Mira res. Statim dñs immissam temptationē compescuit. z ceperūt eos hoies plus q̄ ceteros mercatores frequētare factiq; sunt in breui ita diuites vt mirarent̄. Reuersi sunt ad ꝓfessorez gratiasq; egerunt. // Tertiuz malū quo decipiunt mercatores, primū: est furtū. qz furta fiunt precipue per fraudes quas faciūt circa stateras pondera z mēsuras. z hoc tripliciter. Uno mō cū quis hz diuersa pondera: z diuersas mensuras. z vendit ad minorē. z emit ad maiorem. de quo Prouer. xx. Abhominatio ē apud deū pondus z pondus. statera dolosa nō ē bona. Scōo cū quis hz iustā mensurā z iustū pondus z male inde mensurat vel pōderat. sicut faciunt caupones q̄ mensurā implēt spuma. de hoc Leuit. xix Ego dñs de⁹ vr̄ nolite iniq; aliq̄d facere in iudicio z in pondere z in mensura. Statera iusta: et equa sint pondera. iustus modius sextari⁹. Ego dñs deus vester. Ideo cū loquerē de mensura bis se dixit dñm. vt timeāt in eis fraudez facere cū scirent se habere dñm quē nulla possit fraus latere. Tertio mō cū ꝗs procurat vt res que ad pondus debz vendi ponderosior sit. vt faciūt illi qui lanā madefaciunt. // Quartū malū quod abundat in mercatoribus est q̄ chariuſ vendūt propter dilationem quod est species vsure palliate. vt supra est predictū. // Quintū q̄ vnū ostēdunt z aliud vendūt. // Sextū est q̄ verum celant. vt faciūt q̄ equos vicios vendūt. Deptimū est q̄ loca tenebrosa querūt z eligūt. vel aliter procurare solent vt venalis res appareat alteriusmodi q̄ sit. sicut in mercatoribus⁹ accidit qui tenebras faciūt in locis in quib⁹ debent pannos vendere. in quo ostendunt se esse filios tenebrarū. Ideo merito dicet eis dñs Mathei. xxij. Proijcite eos i tenebras exteriores. Istas omnes fraudes z deceptiones, ꝓhibet hic apostol⁹ cū dicit. Neq; circumueniat aliquis fratrē in negocio. Et subdit penā illius dicēs. Qm̄ vindex est dñs. de his omnib⁹. s. grauiter puniēdo // Ubi nota qui hic decipiūt proximos vt dictum est deo duplici pena puniūtur. // Prima est temporalis: z est paupertas. Quia dicit poeta. De male quesitis gaudet vir tertius heres. Ideo dicit hic dñs Michee. vj. Nūq̄d iustificabo stateram impiā de saccello pondera dolosa. q. d. nō. Et sequit̄ pena paupertatis. Tu seminabis: z non metes. z calcabis oliuā. z nō vngeris oleo. Et est pena temporalis vite breuitas. Deutro. xxv. Non habebitis in sacculo diuersa pōdera maius z minus. nō erit in domo tua modi⁹ maior z minor, pondus habebis iustum. z modius eq̄lis z ver⁹ erit tibi. vt multo viuas tpe sup terram quaz dominus deus tuus dederit tibi. quasi diceret ex contrario. Si hoc non feceris vitā tuam abbreuiabis. Quia abominabitur eū dominus qui fecerit hec. // Secūda pena qua vindicat dñs est spūalis. q̄ tangitur Michee. vj. Adhuc ignis est in medio impij z thezauri⁹ iniq̄tatis z mēsura minor plana erit. vbi dicit glosa. quātū mēsure subtrahit̄: tantū ire z offensionis acq̄rit̄. Et cū sit scriptū. Sap̄. xj. Per me quis peccat p hec punie⁹. z cū in statera peccēt tales in statera beati Michaelis punient̄. z eternaliter cōdemnant̄. Pro ꝓclusione legit in annulo. ca. xiij. c. Uenies quidā vir sanct⁹ ad quandam taberna vt vinuz emeret. qui videns malā mensuram de qua semper hospes fiebat pauperior: dixit ei. Fode iuxta clepsedram. Fodiens igitur inuenit bufonem maxime quantitatis guttas et spumam cadentes aperto ore accipientem.

Quod vir sanctus cernens ait hospiti. Nūc cognosce quomodo male acquisita tua bona cōsumuntur.

Dñica scda in quadragesīma Sermo.

Ecce mulier cananea a finibus illis egressa clamabat dicēs. Miserere mei domine fili Dauid. filia mea male a demonio vexatur. Matħ. xv. et Mar. vij. Dicūt experti naute. q̄ nauis tutius fertur z natat in aqua amara q̄ dulci aqua. Et hoc iō est. quia quāto aqua est grossior tāto nauigatio securior. Sed quia aqua amara siue sal sa: vt est aqua maris ē grossior z grauior q̄ dulcis. ideo ad nauigandū est tutior. Quia legitur q̄ in mari palestine mortuo nihil submergitur. Mozaliter per nauē intellige vitā humanaz. vt dixi. s. dominica infra octauam ephie. sermōe ꝑmo. L. C. Sz per aquā maris intelligit tribulatio hois. vt supza dñica. iij. post ephie. ser. ij. O. D. Ideo sicut fertur tutius nauis in aquis maris. Sic certe tuta est vita humana aut ania in aquis tribulationis. quia habet secum valde pzudentem nautam. s. christū. qui dicit ps. xc. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum zc. Quia si homo tribulat' periclitat' per christuz eripitur z finaliter glozificatur. Sed in aq̄ dulci humane cōsolationis nauigātes dubitat' eniz ne pereant. Quia dicit dñs Luc. vj. Ue vobis diuitibus qui habetis cōsolationē vestrā. Qd̄ perpendēs dauid ait in ps. lxxvj. Renuit consolari aia mea. s. hic in terris. Sz memor fui dei z delectatus suz Ideo dñs permittit vt electi sui naui gent hic in aquis tribulationis vt eo securi' accedant ad portum celestis consolationis. vt patet Job. j. Qui tribulatus est ꝑmo p zabeos q̄ oues z azinos sibi abstulerūt Scdo per chaldeos q̄ camelos rapuerunt. Tertio per ventū turbinis q̄ q̄ttuor pietes euertit z pueros occidit. Quarto per demonē q̄ eū in toto corpe vulnerauit. Quinto per vxorē que ipsum vt deū blasphemaret incitauit. Ideo dixit Job. xvij. In amaritudinibus mozabit' oculus meus. Sic etiā ad presens pmisit mulierez chananeā tribulari z similiter filiam a demonio vexari vt eas securius duceret ad portum salutis. Ideo dixit euāgeliū. Ecce mulier chananea zc. In quo ad sensum mozalem tria tanguntur. Primo aie purgatō de pctō egredientis. ibi. Ecce mulier. Scdo dei implozatō deuota miserāt. ibi. Miserere mei. Tertio tēptatozis tribulatio dure psequnt. ibi. filia mea. Pro quo notandū mozaliter p hanc mulierē intellige aiam peccatricē. Quia Ansel. li. vj. c. vij. ponit aliquas malas ꝓditōes mulieruz q̄ etiā ꝓueniūt peccatricib⁹ aiab⁹. Prima q̄ mulier hz mētis incōstantiā z mobilitatem. pter qō dixit sapiēs q̄rēdo ꝓuerb. xxxj. Mulierē fortē q̄s inueniet? scz que esset cōstans in factis sui. Sic etiam aia peccatrix est instabilis in bono. Juxta illud Trenoz. j. Peccatū peccauit hierusalē. ꝓpterea instabilis facta est etiā labilis ad malū. qō intelligitur per mobilitatem. Ideo dicitur in autenť. de mōachis. §. si q̄s igitur. col. j. Humana natura quodāmodo labitur ad delicta. de hoc etiā dixi. s. feria. iiij. Jnuocauit. ser. ij. U. f. Sicut eñ mulier est adeo volubilis postq̄ sepe a viro decepta fuerit. tamen ei credit z ei se submittit. Sic etiam anima peccatrix inconstās in bono etiā postq̄ sepe a dyabolo se illusam z cōfusam sentit. adhuc tamē ei credit: z eius temptationi consentit. idcirco assimilantur samsoni Judič. xvj. De quo legitur q̄ amauerat mulierem nomine Dalidam. Quod cum audissent principes philistinozum: venerunt ad eam dicentes. Decipe eum. z disce ab eo in quo tantam fortitudinem habeat. promiserunt ei singuli mille centuz aureos. Cui Dalida Dic m̄i in quo sit maxima tua fortitudo. z qd̄ sit quo ligatus rumpere nequeas. Et ille. Si septem neruicijs funibus adhuc humectantibus ligatus fuero. infirmus ero vt ceteri homines. Attulerunt ad eum satrape philistinozum septem funes vt dixerat. quibus vinxit eum latentibus apud se insidijs. et in cubiculo finem rei expectantibus. Clamauitq̄ ad eum. philistei super te Samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum stuppe tortum sputamine. cum ardorem ignis acceperit. Et non est cognitum in quo erat fortitudo. Ad quem Dalida. Ecce illusisti me. z falsum locutus es. Saltem indica mihi in quo ligari debeas. Cui ille. Si ligatus fuero nouis funibus qui nunquam fuerunt in opere. ero aliozum hominum fortitudini similis. Quibus rursum Dalida vinxit eum. Et clamauit. philistijm super te Samson. Qui ita rupit vincula sicut fila telarum. Et tandem dicit Dalida. Quomodo dicis q̄ diligis me cuz animus tuus non sit mecum. Cunq̄z molesta esset ei per multos dies aperuit ei veritatem dicēs. Si rasum fuerit caput meum tunc recedet a me fortitudo. Tunc illa fecit eum dormire super genua sua. Et vocato tonsore rasit caput eius. et recessit ab eo fortitudo. et traditus fuit in manus philistinozum. Sic et peccator tam multotiens decipitur q̄ ad manus tortozum infernalium traditur. Mozaliter philistijm interpretat' cadentes. z significat demones q̄ de celo empireo ceciderunt. Sicut dicit' Apocal'. xij.

draco cadens de celo traxit secũ tertiam patez stellaꝝ.i.angeloꝝ. Super quo dicit mgr̃.li.ij. dist.vj. Q; lucifer nõ solus cecidit: sed cũ eo alij multi qui ei in mailcia consenserũt. ideo signifi canẽ per philistijm qui interpretanẽ ceciderunt vel cadentes. Sed p Dalidã q̃ interpretaẽ pau percula intelligiẽ tẽptatio dyabolica q̃ est velut paupcula t debilis:si hõ ei resistit. Juxta illud Grego.in moral'. Hostis antiqꝰ cõtra ꝓsentien tes fortis ẽ:ꝓtra resistentes debilis. Dz Dãson qui interpretatur sol eoꝝ: significat aiam q̃ ad instar solis dz lucere lumine intellectꝰ. Quia di cit Aristo.ij.rethoꝝ. Intellectꝰ ẽ lumẽ qõ deus infundit aie. Sicut igiẽ philystijm miserũt dali dam vt deciperet samsonẽ. sic demones mittũt tẽptationes vt decipiãt aiam. de hoc quod dicit Greg.x.moral'. Sepe tot tẽptamenta nos obsi dent:vt ipsa nos coꝝ innumerositas pene ad la psum inclinet.igiẽ si aia eis ꝓsentit.vij. funibus mortaliũ pctõꝝ ligaẽ vt dicere possit cũ pʒ. cx viij. Funes pctõꝝ circumplexi sunt me Dz hos funes dz irrumpere per ꝓfessionẽ dei adiutorio vt dicere possit cum pʒ.cxv. Disrupisti vincula mea ꝛc̃. Et rursum si consentit aia tẽptationi li gatur.t tandẽ per demones excecaẽ. Secun da cõditio mulieris ẽ vt habeat mẽtis t corpo ris fragilitatẽ. Dicit Arist'.li.vij.aialiũ. In om nibus generibꝰ aialium femine sunt debiliores maribus ꝓter vsaz t leopardã que sunt fortio res q̃ sunt mares Ideo mulier q̃ mollis aer dr̃ Sic aia peccatrix fragilis ẽ t mollis ad ceden daz temptationibꝰ siue carnalibꝰ siue spũalibus vnde sicut mulier fornicaria recipit omnes ma sculos.sic aia peccatrix oms temptationis mo tus. Juxta illud Eccl̃i.xxxvj. Omne masculũ ac cipiet mulier. ¶ Tertia cõditio mulieris q̃ ap petit habere corporis venustatẽ. ppt̃ qõ vt dic̃ Aristo. Omnis mulier hz flexibiliorẽ capillum t molliorem q̃ vir t ceruicẽ Et p̃cipue in illis p tibus mulieres ostendunt lasciuiaz.scz in capil lis:in ceruice:in facie:in colore:t reliqua parte corporis. Dz tñ hoc faciunt in damnuz tam sibi q̃ ꝓximis. Proximis eñ defacili ad malũ,pue nit ex pulcritudine ceruicũ siue capilloꝝ. Quia legiẽ Judith.xiij. Q; ipsa colligauit cincinnos suos intra ad capiendũ Holofernẽ. Et cincinni dicuntur capilli dependentes de capite mulier| Accidit eis etiã multiplex malum ex venustate criniuz.sicut figuratũ est.ij.Reg.xiij. Absalon vir erat pulcer in omni ysrahel: a vestigio pedis vsq; ad verticẽ:t non erat in eo vlla macula. Et quanto magis tondebat capillos:tanto magis crescebant. Semel autem in anno tondebatur. quia grauabat eum cesaries t ponderabat ca pillos capitis sui ducentis siclis pondere publi co. Quid aũt ei accidit. Nam legitur.ij. Regũ. xviij. Q; caput eius quercui adhesit. t illic su spensus inter celum t terram mulus cui insede bat pertransijt. Et veniens Joab infixit tres lã ceas in corde ipsius. Sic pulcritudine crinium adheret mulier alicui viro luxurioso que per q̃r cum designatur. Quercus enim fructum defert quo porci pascuntur. Sic etiam ipse luxuriosa opera faciunt in quibus infernales porci dele ctantur Et veniens dyabolus infigit tres lance as in corfatue mulieris. Prima lancea est vici um superbie. Secunda vicium luxurie. Tertia vicium discordie inter ipsam t virum. Ecce quã ta mala facit crinium pulcritudo aut venustas. Sic moraliter ad instar mulierum habet primo aia peccatrix crines t capillos flexibiles quan do cõsentit dyabolo per cogitationes aut affe ctiones mentis ad maliciaz.t in his hz delecta tiones Juxta hoc verbũ pʒ. ¶ Declinauit ex hoc.s.vicio:in hoc.s.peccatũ.per malas cogita tiones. Non aũt nõ sit. Quia dicit Bernñ. Trib⁹ modis,puidenẽ bona apud deũ. cogitatione:af fectione:t intentione. Cogitatione que debz eẽ sancta. Affectione que debet eẽ pura. Intentõe que dz esse recta. Sed hec tria deficiũt aie pec catrici cuius cogitatio ẽ iniqua:affectio impura t intentio prava. Ideo dicit scõo q̃ habz cerui cem t colorẽ albũ per hypocrisim t exteriorem apparentiã,ppter qõ significaẽ per cignum que est auis alba:longo collo t rosto:cibũ trahit de aqua profunda. Sic aia peccatrix est alba p hy pocrisim:sanctitatem querẽs exterꝰ: t questuz intendit interꝰ. Tertio etiã habet carnes mol les per luxuriam. ita vt de peccatrice aia expo ni potest illud Hiere.xxxj. Mulier circundabit virꝝ.i.malicia luxurie aiaz. ¶ Quarta cõditio quia mulier habet vocis tenuitatẽ t gracilitatẽ Juxta illud Aristo.li viij.aialiuz. Dim animali um femine graciliores habent voces q̃ masculi ꝓter vaccã. Sic anima peccatrix tenuez t mo dicam habet vocẽ ad deum laudandum:vel pec cata sua cõfitendũ. Quo ad laudandũ dr̃ Eccl̃i. xx. Non est preciosa laus in ore peccatoris. Jõ pʒ.xlix. Peccatori dixit deꝰ. quare tu enarras iusticias meas ꝛc̃. ¶ Secũdo quo ad cõfessionẽ dicitur.pʒ.xxxvij. Quasi mutus non aperiens os suum. Si tamẽ anima peccatrix aperiret os suum ad penitendum fugaret dyabolum. Quia legiẽ.iiij.Regũ.vj. Postq̃ Heliseus manifesta uit latrunculos syrie.ducẽs eos in ciuitatem sa mariam.eis recedentibꝰ non fuerunt amplꝰ au si redire in samariam. Quia dicit ibidem. Ultra non venerunt latrones syrie in terram Israbel cui ꝓius erant nimis infesti. Moraliter sama ria interpretatur custodia.et significat animam

que infestatur a latronib⁹ syrie que interp retaꝫ humefacta. ꝛ significat peccata lubrica q̄ sunt quasi latrones animā infestātes. Idcirco debz virtus cōfessionis que significaꝫ per Melyzeum manifestare hꝯ pctā regi birlm. i. sacerdoti quo facto fugaꝫ. nec amplꝰ hz accedēdi facultatem Quia dicunt communiter doctores q̄ pctā semel dimissa non redeāt. l. dist. c. miror. Idem testatur Gelasius papa. xxiij. q. iiij. c. Si illic diuina clemētia peccata in absolutione semel dimissa itez in vltionē redire non patiť. Idem ꝓbat Prosper de penitē. di. iiij. Qui recedit nunq̄ reuertitur in idem quod dimissum est. Quinta qz mulier habet lingue volubilitatem ꝛ sermonis facilitatem. Sic peccatrix aia facilis est ad male loquendum: mentiendum: detrahendū: ꝛ huiusmodi. iuxta illō ps̄. Linguis suis dolose agebant. De hoc Prouerb. xviij. Os lubricuz opatur ruinas vel minas. ꝛ os stulti contricio eius Sexta quia mulier habet motus tarditatez: sic peccatrix anima tarde mouetur ad penitentiaz ꝛ parum proficit in via dei Juxta illud Sap̄. v. Pes eorum piger ad ambulandum cum tamen debeat festinare ad penitentiam ꝓpter quinq̄ que hēs. s̄. dñica infra octa. epīe. sermone. iij. L. L. ¶ Septima qz mulier habz ad irā ꝓnitatem. De qua dr̄ Eccī. xxv. Non ē ira super irazz mulieris. Sic etiam peccator faciliter irascitur Juxta illud ps̄. cxj. Peccator videbit ꝛ irascet dentibus suis fremet ꝛ tabescet. ¶ Octaua quia mulier habet odij tenacitatem. Nam diu solent portare odium. Sic peccatrix anima nimis diu portat odium in corde contra proximum. Contra quod dicit Salustiꝰ in tugurtino. Qui odio habuerit aliquem in presenti. ipse exosus ꝛ odiosus erit omnium creatori. Qui enim odit hominē odit oīum saluatorem ¶ Nona quia mulier habet inuidie liuiditatē. Sic ꝛ peccatores sibīnuicem inuident. Juxta illud ad Gall. v. Inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Decima qz mulier habet laboris impassibilitatem. Est em̄ impatiēs laboris. Sic peccatrix aia refugit laborem penitētie. De his dicit ps̄. lxxij. In labore hominū non sunt: ꝛ cum hominibus non flagellabuntur ꝛc. ¶ Undecima qz mulier habet spei modicitatem. Sic etiā peccatrix aia parum confidit in deo: sed magis ponit spem suam in mundo Jdeo tales aie finaliter cogentur dicere Isaie. xxxviij. Posuimus mendaciū spem nostram. ¶ Duodecima qz mulier habet verecundie infirmitatem. Postq̄ em̄ verecūdiam deponit sine verecūdia existit. ꝓpter qō dic̄ Cato. Verecūdiam serua. Sic peccatrix aia si pctō assuescit inuerecunda erit. Juxta illud Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta ē tibi: noluisti erubescere. Iste sunt conditiones duodecim mulieris propter quas aia peccatrix sibi assimilaꝫ. Ad ꝓpositum ergo sicut ista mulier est egressa a finibus chananeorum. ita aia peccatrix debet egredi de cōgregatione peccatorum. Juxta illud Gen̄. xij. Egredere de terra tua ꝛ cognatiōe tua Sed ad hanc egressionē iuuant eam duo. Primū est tribulatio. ꝛ significaꝫ in hoc q̄ Jhesus venit in partes tyri. Tyrus em̄ interpretaꝫ angustia vel tribulatio. Cum em̄ Jhesus venit ad hominem peccatorem in tribulatione aduersitatis vel infirmitatis. tunc homo egrediť de finibus iniquitatis. qz mala que nos hic premūt ad deū ire cōpellunt vt dicit Grego. Sicut enim hec mulier chananea a finibus gentiliū egressa fortassis ad Jhesum non venisset si eam tribulatio filie sue non coegisset. Sic peccatrix aia de peccatis suis minime egrederentur nisi tribulationibus ꝛ correctionibus cogerentur. Sic habes de Manasse. de quo habes supra. U. O. F. mone precedēte. Ipe fortassis nunq̄ penituisset si angustiatus in carcere nō fuisset. in quo tamē vere penituit: sicut patet ex oratione solenni q̄ communiter ponitur in fine secundi Paralip̄. Sed nō habetur in hebreo. nec est de textu paralip̄. In qua recurrit primo ad diuinam mīam cum dicit. Dñe deus omnipotens tu es altissimus super oēm terrā: longanimis ꝛ multū miser coris: ꝛ penites super malicia hoīm. Secūdo recognoscit ꝓpriam miseriam cū addit. Peccaui super numerū arene maris: et multiplicate sunt iniquitates mee. Incuruatus sum multo vinculo ferri: ꝛ nō est respiratio mihi: qz excitaui iraz tuam. ꝛ malum coram te feci statuens abominationes ꝛ multas offensiones. Tertio petit misericordiam dicens. Et nunc flecto genua cordis mei. (Quia vt dicit glosa. Genua corporis flectere non potuit cum pedibus ferri erat impeditus) precans tuam bonitatem. domine peccaui. iniquitates ego cognosco. peto roganz te dñe. remitte mihi: remitte mihi. Ne perdes me cum iniquitatibus meis. neq̄ in eternū reserues mihi mala. quia me indignum sanabis sm̄ magnam mīam tuam. Quarto ꝓmittit emendatiōz cum cōcludit. Et laudabo te semp oībus diebꝰ vite mee. quoniā te laudat omnis virtus celorum. id est oēs ordines angelorum. ꝛ tibi est gloria in secula seculorum amē. Perpende peccator an nō vere penituit qui ad diuinā misericordiaz in tribulationibꝰ positus cucurrit: miseriam ꝓpriā recognouit. mīam petijt ꝛ emendationez ꝓmisit. certe vtiq̄: ꝛ tu sic fac. Si em̄ post nimia peccata a dño tribulationibꝰ vel infirmitatibꝰ visiteris: curre ad domīm. sicq̄ misericordiam cum Manasses consequeris. Ita fecit hec muler de

q̄ia dicit euangeliū que ꝓpter peccata sua in filie vexatione angustiabaꝫ. Primo cucurrit ad dñm nō ad incantatores aut incantatrices. Sicut de hoc ipsam laudat Origenes in omel. O ꝓudentia femine que nō ab hoie seductore postulas auxiliū. sed nec secuta es vates fallentes non queris auriolos. aut ad falsa consurgis p̄sidia: sed oēm relinquens dyaboli cultum venis ad Jhesum omnium saluatorez. Et hoc fecit nobis peccatoribus in exemplum: vt cum ꝓpt̄ peccata nostra patimur aut tribulamur non ad incantatores aut auriolos curramus. qui enim in necessitatibus ad illos currunt valde peccāt & nullum inde cōmodum aut vtilitatem reportant. Quod patet Numeri. xxij. de Balach q̄ in arto positus ad consilium Balaam auriolī currebat. Sed nullum inde cōmodum reportabat. Ideo legitur. iuj. Regū. j. De Oza. qui cecidit per cancellos. id ē de ambulatorio cenaculi sui & egrotauit. misitq; nuncios. Dicit glo. hoc fecē ex cōsilio matris sue Jesabel que erat idolatrix pessima. Et ideo fecit eū currere ad idolū & non ad deuz dicens. Jte consulite deū Achaarō vtr̄ viuere queam. Aliquando enim dabant in idolis demones responsiones deo permitente ꝓpter maliciam recurrentium ad idola. per quaz merebantur vt in suo errore detinerentur. Cum q; irent ad cōsulendū angelus dñi locutus est ad Helyā. Surge & ascende in occursum nunciorum regis Samarie & dices ad eos. Nunqd ē deus in Jsrahel vt eatis ad consulendū Beelzebub deū Acharon. Quamobrem hec dicit dñs Super lectulum quē ascendisti non descendes: sed morte morieris. Et dicitur infra. Mortuus est iuxta sermonē dñi quem locutus est Helyas Ecce q; nullū cōmodū: sed potius magnū damnum dānationis inde portauit Jō dicit beatus Aug. xxvj. q. vi. c. Admoneant fideles sacerdotes populos vt nouerint magicas artes. s. incātationes q̄buslibet infirmitat. b⁹ hoīm non posse q̄cq̄ remediū ꝓferre nec languētib⁹ aialibus vt claudicātib⁹ vel etiā morbūdus q̄cq̄ mederi. sz hec cē laq̄os antiqui hostis quib⁹ ille pfide genus hūanū decipere nitit. Et ponit canō penā. Si q̄s hec exercuerit cleric⁹ degradeꝫ: laic⁹ excōicetur. Secūdo hec mulier miseriā suaz nimiam cognouit. propterea clamauit. Nā qui se miseros eē sciunt clamore se ostendunt. Sicut videmus de claudis cecis & debilib⁹ qui sedent i ecclesie liminib⁹ q̄ miseriā suam clamorib⁹ demōstrant. Sic debet aia peccatrix per mulierē designata miseriā suam recognoscere in quā cecidit per peccatū Juxta illō Prouer. xiiij. Miseros facit peccatū populos. Quia dauid cognoscēs se miseꝝ factū p peccatū ait pś. xxxvij. Miser factꝰ sum & curuatus suz vsq; in finē &c. Tertio hec mulier mīam petijt cuz dixit. Miserere mei dñe fili dauid. filia mea male a demonio vexaꝫ. q. d. Sicut dauid percutiēs citharā a rege saul malignū spūz expellebat. j. Reg. xvj. sic de hoc bēs. ś. dñica in quinquagesima ser. ij. A. T. Jta & te p̄dicāte & decē cordas hoīm & angelorꝫ tangente potes fugare demoniū a filia mea. Jō debet aia ad instar mulieris huius mīam a deo petere. q; filia sua vexaꝫ a demonio. Per filiaz nā q; eius intellige cōscientiam q̄ si aliquo peccato grauatur a dyabolo vexatur Quia dicit Rabanus. Si q̄s conscientiaz bz alicui⁹ vicij sorde polutā filiā babz male a demonio vexatā. lz pctōr in explēdis peccatis exteri⁹ habeat interdū delicias. tñ in ꝓscia sua patitur penas Juxta illud Aug⁹. li ꝓfes. Justisti dñe & ita est vt oīs inordinatus anim⁹ sit sibij ipsi pena Ideo dixit dominus Hiere. xvj. Seruietis dijs alienis qui nō dabūt vobis requiem. Et Jsaie. vlt. Vermis eoꝝ non morietur. Quia vermis ꝓscie morientis in peccatoribus nunq̄ extinguetur Et sic quottidie peccator in filia sua. s. ꝓscia vexatur. ideo clamet p mīa di. Miserere mei &c. filia mea. i. conscientia male a demonio vexatur. s. per ꝓtinuum remorsuz in p̄senti: & in futuro per gehēnā. Quia dicitur. xxviij. q. j. c. Dñe quod contra conscientiaz fit edificat ad gehennā. Ideo bī de resti. spoli. c. habes. & de p̄scrip. c. q̄m omne. Dicit tamen Barthō. bzix. glosator decretorꝫ. Quod fit cōtra ꝓsciam p̄cepti, phibitiōis edificat ad gehennam. Et addit. Nam si plus comedā q̄ debeam q̄uis est ꝓtra ꝓsciaz: nō tamē pecco mortaliter vt. xxv. dist. ś. ois. vbi. b. Auguſt. hoc numerat inter pctā venialia. Et sic patet q̄ ꝓscia horum qñ peccato mortali vel veniali occupaꝫ: tūc semp vexaꝫ. Jō debz aia peccatrix p̄ sanationē p̄r⁹ christū exorare di. Miserere mei &c. Et licet eam christus non statim dignatur exaudire debet tamē exemplo huius mulieris a ꝓpposito petitionis nō statim cessare. Pz constanter perseuerare. patiēs esse: se humiliare & fidez habere. Primo debet perseuerare: q; qui perseuerauerit in finē hic saluus erit. Secundo debz esse patiēs: q; patientia demoniū expellit a conscientia. Nam legit̄ de filia cuiusdam p̄marij de moniū habēte. q̄ quidā discipulus senis iuit in domū in qua ipsa puella erat a demonio vexata dedit ei alapam. Ille aūt ꝓbuit mox alteram maxillā. Demon aūt coactus clamauit q̄ violē ta mandata dei eum inde expellerent. et statim curata est puella. // Tertio debet se anima humiliare. quia & humilitas expellit demonium. Sicut patet in vitaspatrum libro. ij. c. xxiiij. Quidā duxerunt ad beatū Appollonū abbatē

demoniacū. deprecantes vt eū curaret. Quib⁹ ille. Non sū tanti meriti vt demonibus imperē Illis aūt persistentib⁹ orando ⁊ flendo tandē acquieuit. Cūq; in nomine dñi nostri saluatoris Jesu christi imperaret vt exiret. dixit demon. Ego imperante virtute christi egrediar. tamen rogo te. quid est hoc qđ scriptum ē in euāgelio Qui sunt hedi ⁊ q̄ sunt oues? Cui senior. Hedi q̄ dem iniusti inter quos ego sū peccator q̄ multis peccatis obnoxius sū. Oues aūt de⁹ nouit Tunc exclamauit demon voce magna. propter humilitatē tuā oīno stare non possum. ⁊ statim egressus est de homine quē obsederat. Quarto debēs habere fidē. Quia fides de Maria peccatrice magdalena. vij. demonia expulit: ⁊ eam saluā fecit Luc. vij. Sic etiā de aia peccatrice si des demoniū expellit: ⁊ eā saluam facit. vt dici possit de ipa. O mulier magna est fides tua ⁊c. Secundū qđ iuuat animam vt egrediatur a finibus peccator⁹ est dei cōmotio. ⁊ tangitur. Secessit Jēs in ptes sydonis. Sydon interp̄tatur venatio vel cōmotio. Ubi nota venatio ē multiplex. Prima est oppressiua ⁊ hec ē pct̄or⁹ alios opprimentiū vt tyrannor⁹. de qua habet. vj. di. .S. bis itaq;. Et est ibi exemplum de Nemroth Cepit nemroth robustus esse venator. i. oppressor hominum corā dño Gen. x. Iſti inquaū peccatores si debēt egredi ab hac oppressiua venatione. necesse est vt dñs digneť corda eor⁹ commouere. sicut p̄mouit cor illius comitis de quo dixi supra dñica prima in aduentu. sermone primo. A. N. Secūda venatio est adulatoria. ⁊ ista est histrionū ⁊ similium. quotiens placendi causa dicunt bona de aliquo ip̄m falsē commendando. ⁊ hec adulator⁹ venatio est oīb⁹ illicita ⁊ fm iura infamiam infert. vt. lxxxvj. di. c. Sūt nōnulli. ⁊. vj. q. j. c. plurimi. Illis eť vt egrediāt̄ de peccatis necesse ē diuina cōmotio qua cōmot⁹ fuit ille de quo legitur libro de dono timoris videlicet nomine Gothardus alias fulto histrio excellens ⁊ ioculator mundi vanitatibus deditus. cui dñs immisit timorē penar⁹ inferni vt cū semel iaceret in lecto delicator: ait intra se. Si semper iacere deberes in hoc lecto nec inde exire: non posses sustinere. Quomodo ergo posses eternas penas ferre. Sicq; hac commotione firmatus omnia reliquit: ⁊ ordinē cisterciensium intrauit. ⁊ postea episcopus fact⁹ est magne sanctitatis. Tertia venatio dicitur harenaria. ⁊ est cuī quis recipit solacium vt in harena pugnet cū bestijs feris Et hanc qui exercent peccant mortaliter. ⁊ qui eam aspicit ⁊ qui exercet eā infamis est: nisi hoc fecerit gratia virium experiendar⁹. De hoc loquunť illa capitula q̄ venatorib⁹ ⁊c. Qui venatori. ⁊ illud. c. vident homines venatores ⁊ delectāt. Ue miseris si se nō correxerint. Qui enim vident venationē ⁊ delectantur: videbunt saluatorem ⁊ contristabunť. dist. lxxxvj. per Aug. super pš. cxlvij. Hoc aūt̄ moraliter vt dicit Ansel. li. viij. c. lvj. referť ad auaros qui p̄opť cupiditatez lucri pugnant in harena. i. auro. q; omne aurum tanq̄ harena ē exiguum Sap̄. vij. Ut igitur isti exeant a finib⁹ huius auare venationis necesse est vt christus eos cōmoueat dicens. Beati pauperes spiritu. quoniā ipsor⁹ est regnum celor⁹. Matth. v. Et Mat. xix. Amen dico vobis. quia diues difficile intrabit in regnū celor⁹. Et Luc. xiiij. Dis ex vobis q̄ non renūciat omnib⁹ que possidet non p̄t meus esse discipulus. Ecce qualiter cōmouet nos vt a venatione auaricie exeamus. Posſunt eñ tam clerici q̄ laici temporalia possidere sed non nisi ad vsū. Nihil enim miserius q̄ propter nummū perdere deū: vt dicit Hiero. xij. q. j. c. duo. Sed p̄hibetur eis ne seruēt auare pecuniam. vt di. xlvij. c. sicut hi. Quarta venatio dicitur occupatiua vel saltuosa que in saltu siue in nemore fit canū. auiū vel hominū multitudine congregata. hec non est p̄hibita laicis si exerceant eā tempore debito. q; in. xl. diebus ieiunior⁹ non est licita. Quia dicit Ambro. i omeli. ⁊ ponit. lxxxvj. di. c. An putatis illū ieiunare qui p̄mo diluculo non ad eccl̄am vigilat. sed surgit ⁊ cōgregat seruulos: disponit retia canes. p ducit: saltus siluasq; perlustrat. q. d. Non recte digneq; ieiunat cū contra p̄hibitionem ecclesie faciat. Si aūt bestie vastarent boues vel segetes in dieb⁹ quadragesime etiā licita esset. vt. C. de feris. l. ij. Sed hec est clericis interdicta. extra de clerico venatore ex concilio arelatē. vbi dr̄ Ep̄m p̄sbyter⁹ aut dyaconum canes aut accipitres aut hmōi ad venandum nō licet habere. Q; si quis taliū person⁹ in hac voluptate sepius detent⁹ fuerit. si ep̄us tribus mensibus: si p̄sbyter duob⁹. si dyacon⁹ ab oīb⁹ officijs suspē datur. Dicit eñ glo. Q; causa sanitatis: necēitatis vel recreationis possit esse p̄sb̄is licita: dūmodo clamores dimittūt. Hec venatio moraliť ad p̄secutores alior⁹ refertur: vel detrahēdo qđ pertinet ad canes. vel rapiendo qđ pertinet ad aues. vel expugnando armis qđ pertinet ad homines feroces qui alios persequi ⁊ illudere student. Ip̄i oēs si debēt egredi de his peccatis necesse est vt christ⁹ in partes sydonis secedat. qđ tunc fit qñ eor⁹ persecutiones per p̄dicatores corriguntur. Et nota q̄ p̄dicatores debēt corrigere persecutores per hoc v̄bū Leuit. xix. Surdo non maledices. nec corā ceco ponas offendiculum: sed timebis dñm deum tuum. Ad litteraū vero valde impium est surdo maledicere cum

ipſe non audeat. nec contra obiecta aliq̃d poteris reſpondere. Ualde etiã impium eſt cozã ceco ponere offendiculũ: cũ ille nõ videat nec poſſit cauere. Sed ſm glo. Surdo maledicit q̃ abſenti detrahit. Et ibidem. Non eris criminatoz nec ſuſurro in populis. Dicit glo. Criminatoz idem eſt quod detractoz. qui alieno crimine delectatur.

¶ Feria quarta.

O Rauit Heſter ad dñm dicens. Domine rex omni potens in ditione tua cuncta ſunt poſita. ⁊ non eſt qui poſſit reſiſtere tue voluntati Heſter. xiij

A Conſuetudo fuit apud antiquos vt bi q̃ nõ erãt in gratia dñoz per mulieres recõciliabant̃ ſapientes. Cuius figura hr̃. j. Regũ. xxv. de Abygail muliere prudente. que videſ vir suuz Nabal nõ eſſe in gratia regis Dauid. aſſumptis ſecum ducentis panib⁹ ⁊ duobus vtribus vini: et quinq; arietibus ad ipſum pperanter iuit. virũq; reconciliauit. ſicut de hoc habeť latius ſermone. iiij in aduẽtu. J. p. Idem legiť. ij. Reg. xiiij. Cum Abſalon nõ haberet gratiam patris ſui Dauid. eo q̃ fratrem ſuũ Amon occidiſſet. ſicut patet pleni⁹. ij. Regũ. xiij. Miſit prudẽtem mulierem Thecuitẽ que ipſum ſapienter recõciliauit. Sic etiã legiť in libro Heſter. Cum iudei omnes eſſent damnati ad mortẽ qui erant in cẽ tumuigintiſeptẽ regnis Aſſueri. per Heſter prudentem ſunt reconciliati. ſicut patz in pñti epla in qua per oratiõẽ quã ad dñm fudit Aſſueruz regem mitem inuenit. qui ſententiã datã reuocauit. Sed per mulieres ſapientes intellige aias ſanctas propter tria. Primo ſicut mulieres naturaliter ſunt pie. q̃ patz ex hoc q̃ maioꝛ ſunt pietatis q̃ viri ⁊ citius lacrimas fundunt. Sic aie ſancte ſunt pie ⁊ ad lacrimas cõpunctionis pne qualis fuit aia Job qui dicit. c. iij. Flebam quondã. ſ. in proſperitate ſuper eo qui afflictus erat cõpatiebatur aia mea pauperi. Secundo ſicut mulieres ſunt vehementer amatiue. magiſ eñ diligũt deum q̃ viri. ſic aie ſancte feruenter diligunt deũ. Nam quelibet dicere põt illud Cãtico. v. Si inueneritis dilectũ dicite ei qz amore langueo. Tertio ſicut mulieres circa fetuz ſunt magis ſolicite. Quia dicit Ariſt. xvij. li. aialiuz Non ẽ cõſuetudo q̃ mares ſint ſoliciti circa fet⁹ ſed femine. Sic aie ſancte ſolicite ſunt circa bono opera que ſunt quaſi fetus quos deo pariũt. Et talis erat anima Marthe: cui domin⁹ dixit Luc. x. Martha martha ſolicita es. ¶ Modo ad propoſitum nos peccatoꝛes qui ſum⁹ in ira dei propter peccata noſtra. qz de pctoꝛib⁹ dicit̃ per pſ. lxxvij. Ira dei aſcendit ſuper Iſrahel. Si igiť volumuſ deo recõciliari neceſſe ẽ vt hoc fiat per orationes ſancta; aia;. qua; vna fuit hec fidelis mulier Heſter que petit in pſona eccleſie liberatõem ſpũalẽ cuiuſlibet peccatoꝛ a peccati ſuitute. vt ad ſenſuz moꝛalez teſtatur hec epiſtola. In qua hec ſancta mulier principaliter duo facit. Primo captat liberationis beniuolentiaz. ibi. Dñe ⁊c. in ditione eñ tua ⁊c. Secundo explicat ordinis cõtinẽtiã. ibi. Et nũc domine rex ⁊c. ¶ Circa q̃ notãdũ quo ad ſenſuz hiſtoꝛialẽ legiť q̃ in regno regis Aſſueri fuit q̃dã vir iude⁹ de tribu beniamĩ noie Mardoche us q̃ deſcendit de tranſmigratione Jechonie. h quandã neptiz ſuo noie Heſter puellã ſpecioſiſſimaz adoptauerat in filiã. Quã rex Aſſuer⁹ repudiata Vaſty ſuo cõiugio copulauit. vt habeť heſter. iij. Tũc igiť tpis fuerũt multi iudei in regniſ Aſſueri. Qui poſt vltimuz reditũ iudeoꝛ de babylone que fuit ſub Neemia remanſerunt in terra hac: noluerunt reuerti inde. ⁊ preſertim q̃ habitabant in ſuſis ⁊ in centũ. xxvij. prouincijs. Quia multi ibi duxerunt vxoꝛes. acquiſierunt poſſeſſiones quas dimittere noluerunt. Contigit igitur vt habetur Heſter. iij. c. vt rex Aſſuerus exaltaret quendam nomine Amon precipiens vt cuncti ſibi genu flecterent. quod ⁊ illi fecerunt preter Mardocheũ. Propter qd̃ Amõ indignatus cõtra Mardocheũ. ⁊ qz erat iude⁹ impetrauit Amon a rege vt omnes iudei qui in predictis regnis erant vna die delerenť Et propter hoc edictũ regis apprehendit primũ in ciuitate ſuſis vt hr̃ Heſter. iij. Et h⁹ fecit iõ ne rex indictum immutaret. Quod audiens Mardocheus contriſtatus eſt valde ⁊ omnes iudei in ciuitate. Hoc ad aures Heſter peruenit dicente ei hoc Mardocheo. Illa aũt precepit ei vt omnibus iudeis qui erant in ſuſis congregatis tribus diebus ieiunarent. ⁊ ipſa cũ ancillis ſuis cibum non guſtaret. Quibus finitis ad regẽ primo ⁊ ſecundo intrauit ⁊ edictum immutauit vt omnis populus iudeoꝛ ſaluaretur. ⁊ hoſtis eorum Amon ſuſpenderetur. Et in iſtis tribus dicebus Mardocheus hanc oratiõẽ forte orauit dicens. Domine de⁹ rex omnipotens in ditione tua ⁊c. Sed hoc hic aſcribitur Heſter. Hec oro dicit̃ q̃ ſic erat in tranſlatione. lxx. interpretuz de qua etiam dicit eccleſia. vel qz Mardoche⁹ auẽte ⁊ iuſſu Heſter eaz fecit. Et eſt regula iuriſ li. vj. Qui facit p aliũ eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum. Uel ideo hec oratio attribuit̃ Heſter. qz ipſam liberationem populi p qua fiebat iſta oratio principaliter procurauit. ¶ Sed ſpiri- B tualiter in Heſter regina figurata eſt eccleſia.

quã christꝰ duxit in sponsaz repudiando veterẽ synagogã. Nã synagoga figurata ẽ p Uaschi q̃ interpretaꝫ eleuata. qz synagoga est finita z cõsumata. z ecclesia multũ eleuata. z in regno militantiũ valde cõfortata. ꝓpter primũ igitur q̃ ecclesia est eleuata nõ solũ figurata est p hester q̃ vltra oñs virgines fuit in regno assueri eleuata. sed etiã figurata est p firmamẽtuz. qd̃ ꝑmo ẽ super oẽs celos septẽ planetaꝝ locatũ Quia dicunt doctores q̃ sub firmamẽto est ꝑmũ celũ saturni. scd̃m iouis. tertiũ martis. quartuz solis. quitũ veneris. sextũ mercurij. septimũ lune. deinde ponit octauã sperã quã vocat firmamẽtuz Per septẽ igit̃ celos planetaꝝ figuraꝫ septenarius numerus dieꝝ quos celebrabãt in veteri synagoga. de qbꝰ. s. feria. vj. Jnuocauit. ser. ij. Ul L. Sz vltra hos eleuata est ecclesia. q̃ multa festa per anni circulũ sanctoꝝ celebrat z gliam resurrectionis expectat. sicut ipsa canit in symbolo niceno. Et expecto resurrectionẽ mortuo. Scd̃o ecclia figuraꝫ p firmamẽtũ z p hester. qz sicut firmamẽtuz inter duos polos rotaꝫ. quorũ vnꝰ septẽtrionalis. z a nobis videt̃ q̃ dr̃ polꝰ artic⁹. Alter aũt australis qui antarticꝰ dicitur nunq̃ a nobis videt̃. Sic etiã hester quando ad regẽ assueꝝ intrauit duabus puellis sustentabatur. super vnam ñitebatur. z alia defluentia in terrã portabat vestimẽta. vt habeat̃ Hester .xv. Similiter scã mr̃ ecclesia ad similitudinẽ firmamẽti. z hester bz duo testamenta q̃ sunt tanq̃ duo poli inter quos rotaꝫ. quoꝝ primũ vetus testamentũ vt polus artic⁹ in quo bona visibilia et ꝑsentia. ꝑmittebãꝫ. qz Deutro. xj. z Leuitl. xxvj. ꝑmisit precepta dei seruãtibꝰ pluuias tpibꝰ suis generationẽ seminis terre. arboꝝ repletionem cũ fructibꝰ. panis saturationẽ. z inimicoꝝ de finibus eoꝝ ablationẽ. Et Deutro. xxviij. ꝑmisit agri bñdictionẽ. iumẽtoꝝ multiplicationem celarioꝝ repletionẽ z sic de alijs. q̃ oia fuerunt visibilia z pñtia. Sz scd̃m. s. nouuz testamẽtũ futura z inuisibilia predicat vt regnũ celoꝝ Ma th. iiij. Penitentiã agite appropinquabit eñ regnũ celoꝝ. Sed per duas puellas hester. intellige in christo duas naturas. diuinã z humanã. Super diuinã naturã ecclia innitit̃. iuxta illud Cant̃. viij. Que est ista q̃ ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectũ suũ. Ubi per desertũ intelligit asperitatem persecutionis tyrannoꝝ. de qua eccla ascendit ad deũ. Sed humana natura. s. christi sustentat vestimẽta. i. ornamẽta. qz oĩa ornamẽta ecclesie ꝓ christi humilitate sustentant̃. Jlle etiã due nature significant̃ per duos polos. q̃ꝝ vna ẽ visibilis. s. hũana. Juxta illud Baruch. iij. Jn terris visus ẽ. et cũ hoib⁹ cõuersat⁹ est. Altera inuisibilis. s. diuina sicut dic̃ Moyses Exo. xxxiij. Non videbit me hõ z viuat. Et Jobis. j. Deũ nemo vidit vnq̃. Et mgr̃ li. ij. di. viij. c. v. Deꝰ in specie sue esse tie nunq̃ apparuit mortalibꝰ. Tertio sicut firmamẽtum multis stellis decoraꝫ. Quia Heñ. j. dr̃. Fecit deꝰ stellas z posuit in firmamẽto. Et similiter hester regina erat valde decora. qz incredibili pulcritudine. z oculis oĩm gratiosa. Hester ij. Sic similit̃ sctã mr̃ ecclesia valde decora per multitudinẽ sanctoꝝ. Et vt canit̃ est virga sine ruga. ꝺ eꝰ pulcritudine dicit sponsus Cãt. iij. Tota pulcra es amica mea ꝛc̃. Et sic habes cõueniẽtiaz firmamẽti cum hester regina. ꝓpter quã sancta mater ecclesia est ambobꝰ comparata. Propter scd̃m igit̃ qd̃ dictũ est q̃ ecclesia est valde ꝑformiter assimilata hester regine: z cum hoc monti syon. Nota. Qz sicut hester fuit fortis mulier. sic̃ pz ex sua audacia qñ ad regẽ assuerũ intraut. ad quẽ nemo intrabat nisi iussus intrare ausa fuit Hester. vj. Sic etiam mons syon fuit mons fortitudinis z securitatis. vt dicit mgr̃ li. iiij Jsto modo ecclesia est adeo fortis z secura q̃ nulla persecutione hereticoꝝ z tyrãnoꝝ deficiet: sicut testaꝫ. b. Hiero. xxiiij. q. j. c. Hec est fides sancta inqt romana ecclesia q̃ sp immaculata pmansit. dño. puidẽte z beato Petro opem ferente. Jn futuro permanebit sine vlla hereticoꝝ insultatione. Filo. prevalente atq; firma z immobilis omni tempore persistet. Jsta igit̃ sancta ecclia per hester z firmamẽtũ ratione eleuationis. z p montẽ syon rõe ꝑfortationis figurata habet multos populos. s. xp̃ianos qui significantur per iudeos. Quia sicut iudei interp̃tant̃ ꝑfitentes. sic xp̃iani ꝑfitent̃ xp̃z. Quia dic̃ Hieron̄y. xj. q. iij. c. estimãt. Quotiẽs bonũ agimus deũ ꝑfitemur. z quotiẽs vincimur a vicijs atq; peccatl deũ negam⁹. Sz ꝓtingit heu multotiẽs q̃ ipse ppls xp̃ianꝰ ad mortẽ culpe procurante dyabolo aut pctõ ꝺdemnaꝫ. sicut figuraꝫ in illo qui procurãte Amon pplus iudaicus cõdemnari debebat. Amõ interpretaꝫ iniquus. z per ipsuz accipit̃ dyabolus. q̃ procurat dãnationis sniam. qd̃ audiẽs mr̃ ecclesia oraꝫ p pplo suo ad dñm sicut dicũt p̃missa verba epistole. Orauit hester ad dñm. Ubi per hester intelligit̃ q̃ orauit p suis populis. primo vt a suis populis defensẽt eccla. Facit eñ ad similitudinez mustele. q̃ ꝑm pli. in spe. natu. z Jsaac in dictl. qñ pugnatura ẽ cum serpente primo rutam comedit vt in eius odore z virtute contra venenũ seuiat. z sic contra bella secure ꝓcedit. Quia dicunt pli. z Dyasco. z Constantinus. tanta est rute vis q̃ post eius esum mustela etiam basilicũ inuadit secure z occidit. Moraliter pugnans mustela cum serpente est ecclesia temptata in suis filijs a demone.

hec quidē si vult demonē vincere ⁊ occidere. debet se ruta deuote orationis premunire ꝗa oro deuota est quasi flagellū cingens diabolū. vt dicit Anselm. Et qz diabolus hoc sacro tempore q̄dragesimali plus fideles impugnat. hinc est q̄ ecclesia plus alijs tpib⁹ anni iam preces fundit vt Dyabolum impugnantē facili⁹ vincat ⁊ occidat. Quia legit Exo. xvj. Cū amalech aggressus est filios israhel cū eis pugnatur⁹ dixit moyses ad Josue. Elige tibi viros ⁊ egressus pugna contra Amalech. Ego aūt stabo in vertice montiuz habens virgam dei in manu mea. Ascendit igit in montem ⁊ Josue pugnabat. Cūq; manus eleuaret moyses populus israhel superabat. cū q; aūt remitteret superabatur. Amalech interp̄tatur gens bruta. ⁊ significat demones vel peccata que faciūt homines bestiales. sicut probat Boe. li. iiij. de conso. psa. iij. Euenit vt quē trās formatum vicijs improbū videas hominez esti mare non possis. q. d. sed magis bestiaz. Isti igitur pugnant cōtra fideles qui significantur per israhel. Sed moyses qui interpretat liniens vel vrgens significat predicatorē quēlibet ecclesie qui interdū linit dulci sermone. interdū vrget a spera correctione. Hic dicit iosue q̄ interp̄tatur saluaturus ⁊ significat vnūquēq; hominem qui saluatur⁹ est aiam suā. Elige tibi viros. p quos intellige vtutes. s. oronem ieiuniū ⁊ elemosinā ⁊ pugna ꝓtra demones ⁊ vicia. qz hoc gen⁹ demoniorum nō eijcit nisi in ore ⁊ ieiunio. Math. xvij. Qd aūt moyses dic se stare in vtice montiū manus eleuando in celuz. significat q̄ plati sancte ecclie ⁊ p̄dicatores stāt in summitate graduū dignitat]. Et eleuādo man⁹ ad deū oroib⁹ suis ad iuuāt in pugna pplin. Juxta illud Jaco. v. Orate, p inuicē vt saluemi. Qz superiores tenentur orare pro subditis: ⁊ econuerso. Multū em̄ valet deprecatio iusti assidua. Sz eccl'ia iō orauit ad dñm pro suis pplis vt in aia impinguant Facit em̄ eccl'a sicut mulier q̄ distillat vinū vt inde fiat olei pinguedo. Dicit em̄ Anselm. li. ix. c. xlix. Qz per sublimationē aut distillationē conuertit liquor vini in pinguedinem olei. Nam si vinū distilletur ad modum aque rosacee distillatur humiditas aquea ⁊ insipida. ⁊ illud quod remanet fit oleaginum. Et si iterum illa substantia sublimetur egredietur inde oleum Et hoc plus fit de forti q̄ de debili vino. ⁊ precipue de musto. Sic sancta eccl'a ad modū mulieris vinum distillantis. ⁊ semper plus ⁊ plus vinum sublimantis distillat ⁊ sublimat vinum orationis. Istā feria q̄nta fecit mētionē de oratione. videlicet in die cinez Ezech. Jhiere. xxxviij. qualiter oratione sanitatez ⁊. xv. annos vite sue impetrauit. deinde iterum sublimat. Nam sabbato. iiij. tpm proposuit nob orationē Moysi q̄ ponit Deutro. xxvij. in hec verba. Respice dñe de sanctuario tuo. ⁊ d excelso celoruz habitaculo. ⁊ bñdic pplo tuo. ⁊ terre quā dedisti nobis. Post hoc tertio iterum sublimat vinū orationis. qz feria. ij. reminiscere posuit orationē Danielis, pphete. c. ix. per quā ecclesia sic orauit. Dñe de⁹ noster qui eduxisti populum tuū de terra egypti in manu forti ⁊ virtute magna ⁊c. Auertat ira ⁊ furor obsecro tuus. q. d. Tu qui eduxisti iam populum tuū per verā cōfessionē ⁊ penitentiam de tenebris peccati, obsecro te ne irascaris eis. Deinde quarto iteruz distillat oratōnē ⁊ sublimat vt hodie in persona hester. Et q̄d p hoc vult. certe nō aliud nisi vt oleum deuotionis in filijs genere suis. i. aia cuiuslibet hois impingue. Ideo dicit Anselm. vbi supra. per vini fortis liquorez intellige cōpunctionis hois feruorē. de quo dic̄ ps. lix. Potasti nos vino ꝓpunctionis. Unde qui ferue nter orat tantum sublimat quantū orando eleuat. qz oratio est ascensio mentis in deū vt dicit Damascenus Ideo sublimatio fortis vini est oratio, ꝓpuncti hois que cōuertit in pinguedinē olei. Quia ipsi oranti acq̄rit abundantiam gratie spūalis gaudij. quod ē vt quedā pinguedo ouiū. vt tūc dicatur de quolibz tali illud ps. xliij. Unxit te deus de⁹ tuus oleo leticie pre consortib⁹ tuis. Tertio orauit ecclesia vt gratia nobis citius impetretur. Secūduz em̄ iura aliquis qui est ineligibilis ad aliquā dignitatez ob vnitatē electoruz concorditer petitur. Qui taliter petit⁹ ex gratia admittit. nō aūt ex iusticia ex qua indignus eēt ad postulandū vel eligendū. vt extra de postu. c. bone memorie. Quia sm Hamfredū postulatio est gratie petitio. Sic qz cū homo ex se est indignus exaudiri. ideo sancta ecclesia in suis fidelib⁹ cōcorditer orat pro peccatoribus vt abiles reddant ad accipiēduz gratiā christi ⁊ eius miam. qz sm iura postulatio debet fieri in concordia. Sz aliquis debet ex gratia admitti Sic etiā cōcors eccl'e petitio admittit, p pctōre. Jō dicit. Orauit hester. i. eccl'ia eleuata ad dñm, p populo suo vt ab hoste defensaret. i. aia impinguaret ⁊ gratia sibi impetret Et p̄mo ideo quia captat beniuolētiā vno modo i hoc cū dic̄. dñe q. d. Quia dñs est nomē liberalitatis iō liberaliter peto me pro populis meis exaudiri. Qd em̄ dñs est nomē liberalitatis vide supra dñica. iiij in aduentu. J. A. Alio modo captat beniuolentiam cū dicit: deus. Quia de⁹ est misericors. et sua, ppria est misereri semper ⁊ p̄cere. Et deutro. iiij. dixit moyses. De⁹ ignis ꝓsumens dicit glo. De⁹ ignis est. qz consumit peccata. Et Job viij. De⁹ nō, pijciet simplicē. Tertio in hoc cuz dicit rex. quasi diceret. Reges sunt liberales

existunt.sicut dicit.Grego.xcviij.dist.c.qs dubitet.Sacerdotes christi. regum z principum omniumqz fidelium patres magistros censeri. Nonne ergo miserabilis insanies esse cognosci tur si filius patrem.discipulus.magistrum sibi conetur subiugare. z iniquis obligationibus illū sue potestati subijcere.a quo credit non solum in terris.sed etiam in celis se ligari posse. Et de dignitate sacerdoli dicit Bernh. O veneranda dignitas sacerdotum.intra quorum manus velut in vtero virginis filius dei in carnatur.quod per vos pater et filius z spiritus sanctus opatur Sup hoc tam insigni pziuilegio vestro stupet celum.miratur terra.abhorret infernus.contremiscit dyabolus.venerat ā gelica creatura.q vno atqz eodē momento deus ipse qui psidet in celo manibus vestris est i sacrificio.O vere venerabiliū sctitudo manum.o felix exercitium.o vere mundi gaudium. vbi ima summis cōiunguntnr cum xp̄s tractat christum.s.sacerdos dei filium.cuius delicie ē esse cum filijs hoim. Jō.b.Bernh.O quantā i quit dignitatem contulit deus sacerdotibus. Pretulit eñ eos omnibus regibus z principibus terre. Pretulit etiam ordinē hunc sacerdotalē oibus hominibus imo vt vlteri⁹ loquar pōtulit eum angelis z archangelis.thronis z principatibus.dominatōibus z omnibus āgelicis chozis z ordinibus Ideo dicere pōt quilibet sacerdos cū .b.Grego. Ille qui creauit me.creare mi dedit se. Qui me creauit sine me creatur mediante me.Quid ergo retribuam dño,p tam singulare dono.scilicet sacerdotio quod est datum optimum z perfectum donum.Quid dicā nescio nisi duo minuta.s.corpus z animā.corpus in seruitium .animā in laudem eius.hec ille. Cum ergo tāte dignitatis sit sacerdos q̄ creatur sit sui creatoris.ipsum damnari incōueniens est.Quia ipse deus requiescit in corde digni sacerdotis.iuxta illd Bern.Sicut i eccl'a reliquie sanctorum quorū anime sunt i celis sic ipse deus requiescit in corde digni sacerdotis.Quia ipse dicit p.Aug.Elegi z preelegi cor sacerdotis mihi in habitaculum mee māsionis tanq̄ invase vitreo.Licet vitrū sit d vili materia.tamē splēdidius auro z argēto ē. Sic sacerdos ē dignior z maior corā deo regibus z pricipib⁹ mundi i sua dignitate.ergo bonorādi sūt sacerdotes quib⁹ dominus tātam i mūdo pōoibus hominib⁹ gratiā cūtulit z honorē. Di ceres multi sunt sacerdotes praui z mali qui honore nō sūt digni.iuxta illud Aristotl.iiij.ethicorum. Prauus nō ē honore dignus.Ad hoc dico q̄ heu multi sūt mali clerici z peccatores quoz primus ego sū.Quia dicit.beat⁹.Aug. de fide ad.Petrū.ca.vlt. Firmissime teneas ac nullatemus dubites in omni,pfessione tam clericorum q̄ laycorum tam secularū q̄ religiosorū malos esse cum bonis. Ibidē dist.xlvij.ca. Quantūlibet vigilet disciplina domos mee homo sū.et iter homines viuo.nec mihi arrogare .i.arrogāter attribuere(vul.zu eygnē)audeo. vt dom⁹ mea melior sit archa Noe vbi iter octo hoies vn⁹.s.Chā reprobus ē inuentus.q.di. Nō mirz si iter sacerdotes adō multos sint ali q̄ idigni z mali. Et isti secūdū psonā nō sūt honorādi sed tamē scōm dignitatē sacerdotalis officij venerādi qz z christ⁹ malos honorauit cū ad eos lepzosos destinauit di. Jte ostēdite vos sacerdotib⁹ Luc. xvij. Et ponit .j.q.j.nōne. Et p.Aug.li.ō baptismo.Silr legit.Actl.xxiij.q b.Paulus dixit stans i consilio iudeorum. Viri fratres ego oñi conscia bona conuersatus sum eū deum vsqz in hodiernū diē.Qd audiēs pzinceps sacerdotum q̄ se iustificauit vt dicit glo.z hic vocabatur ananias p̄cepit astātibus sibi pcutere os eius .Glo.p hoc insinuās q̄ falsum dicebat.Tūc Paulus dixit. Percutiet te deus paries dealbate.q.d.Habes tm̄ apparētiā iusticie z nō existētiam.qz sedēs iudicas me et contra legem iubes me pcuti.Tūc q̄ astabāt dicebāt.Sūmum sacedotē dei maledicis.q.di. Si nō esset aliud crimen ex hoc incurrisses graue penā. Dixit autē.Paulus se excusādo. Nesciebā fratres qz princeps est iudeorum.s.sacerdotū.q.d.Si sciuissem licet malus.tamē eū honorassē.Scriptū est eñ.principē populi tui nō maledices.z tantum de honore patrū spūaliū .s.sacerdotū.ideo dic Honora patrē. z subdit. z mrez.Et hec ē sancta mr ecclia q̄ ē mr omniū i christo renatoz.qz generat oēs filios regni quos mr carnalis generauit i terra.,ppter qd dicit dñs.Johis.iij.Amē amē dico tibi.nisi qs renatus fuerit denuo nō pōt videre regnū dei. z iterū Nisi quis renat⁹ fuerit ex aq̄ z spū sctō nō pōt itrare i regnū di. Ideo sctā ecclia tanq̄ mr nra spūalis ē honorāda.Quia ibi est locus di z porta celi.Geñ.xxviij.Quā terribilis ē locus iste.non est hic aliud nisi domus di z porta celi Nō eñ legit christū i vita sua tātā irā z zelum ostēdisse quātā ostēdit cū vidit q̄ tēplo nō exhibebat obita reuerētia z honor Joh.ij.z Matth xxij.qñ fecit flagellū z vēdētes z emētes expulit. Scptū ē Esa.lvij. Dom⁹ mea dom⁹ orōis ē.Tūc ipletū ē illud ps̄ .lxviij.Zelus dom⁹ tue cmedit me z Mar.xj.legit q̄ nō sinebat vt qs nā trāsiret vas p tēplū.Et aplus.j.Chorinth. .iij.ponit penam horum qui ecclesiam inhonorant dicens.Si quis templum dei violauerit. disperdet illum deus.De hoc etiam refert.Be

neca de. Pompeio. q̄ postquam illi qui cum eo erant, ppbanauerunt templum. z stabulauerūt equos in porticu templi. nunquā postea repugnauit quin cōuinceretur q̄ prius fuit fortunatissimus. Et Theodorus volēs spoliare templū. diuinitus est flagellatus. vt patet. ij. Machabeorum. iij. Refert etiam Cesarius in dyalogo. Quodam tempore inter duas cognationes militum inimicicie orte sunt vt se inuicem caderēt z necarent. Die igitur quadam cuz plures vnius partis conuenirent in ecclesia cuiusdam ville aduerse parti per quandam vetulā proditi fūt dederat eñ eis signum dicens. Cum itrauerint nolā trabā. Quod cū fecisset cū multitudine armatorū ingressi fūt et super inermes irruerūt. Quo viso illi arreptis sacris imaginibus glaijs opposuerunt. sperātes sibi illarū beneficō parci debere. Percussores vero nullā sacro loco exhibentes reuerentiā. nullumq̄ sacris imaginibus honorē. ita hostiū cruorē sitiebant vt imagines istas mutilarēt. Ipsi vero crucifixo brachia preciderunt. et octo milites in ecclesia trucidauerunt. Quod satis dure vindicatū ē. Nam infra breue tempus ab occisoz̄ cōsanguineis occidentium inumerosa multitudo sic glaijs deleta est vt vix duo superesset. Vetula vero que illis prodiderat tempore messis nimio calore aeris suffocata est Ecce quomodo apli dictū in illis verificatū est. Qui violauerit tēplū. dispdet illū deus. Ideo hortatur quelibet christi fidelem. Tullius moralis Ecclesiā clerumq̄ dei decorare labora. Et pro posse tuo laudes v triusq̄ decora. Tertius pater similiter z mater est carnalis. z istis debemus honorē exhibere. vt dicit Holckot sup lib. Sapie. lectō. cxxxix.

¶ Primo in vite necessarijs supportādo. Et hoc docemur exemplis irratōnabiliū auiū. Primū exemplum ponit Aristot. Ambro. similiter et. Basilius in hexame. de auibus cozuini generis qui pascunt pullos in iuuentute sua vt iuuenes pascant parentes suos in senectute sua. Et quā do debilitantur in humeris suis ferunt eos iuniores mira igitur taliū animaliū pietas. Secundum exemplum ponit Solinus i libro de mirabilibus mundi. Aximia ciconie inest pietas. nam quantū temporis expendunt in fetibus educendis. tantum ipse a pullis suis vice reciproca nutriūtur. Tertium ē de cornicib⁹. de quibus hēs supra dñica. iij. post ephie. sermo. j. S. O. Hanc naturam cornicis plinius narrat. Ambrosi. in hexa. de opere quinte diei. c. xxxv. Hec auis in dispositis patris artubus p longeuū senectutis plumarum regimen alarumq̄ nudatas circumstans soboles. pennis fouet proprijs. Et quid dicam collato cibo pascit. quando etiā ipsa repat nature dispendia vt hinc atq̄ inde subleuā tes senez fulcro alarum suarū ad volandum exerceant. vt in pristinos vsus iam desueta redeat per membra. Ideo romanorum vsu pia auis vocabatur. hec. Ambro. Quartum exemplum de vpupa est. de qua dicunt phi cum senuerit vt videre nō possit. pulli eius euellunt ei pennas i ualidas. z liniunt oculos quibusdam herbarū succis. et suis eam fouent sub alis donec recrescant plume. et sic renouata perfecte volat z clare videt. Quintum exemplum narrat. Albertus de aue que dicitur rithes cuius pulli cū ad volatum sunt roborati cibant parentes i senio. faciuntq̄ eos in nidis suis viuere absq̄ labore. De primo igitur exemplo auium cozuini generis sumere debent filij hoc vt pascant parentes suos pauperes in senectute. z ducāt eos cum sit viribus destituti. iuxta illud. Eccī. iij. Fili suscipe senectā patris tui. z nō cōtristeris eū in vita illius. Et si defecerit sensu veniam da illi. z non spernas illū in tua virtute. De secundo sumere debent hanc doctrinam vt saltem tantā curam circa parentes expendāt quantam parētes circa ipsos in custodiendo in nutriēdo expēderūt z vtinam saltem septem annos circa parentum curam expendere vellent. sicut ipsi ad septē annos ab aqua z igne custodire tenentur. vt dicit Holbcot. De tertio exemplo sumant hoc documentum q̄ parentes nudos, ppriis indumentis induāt. si alias non habent, ppio victu z labore nutriāt. sicut fecit. Joca faber qui laborādo quottidie patri suo duos denarios tribuebat. vt dicitur in gestis. Romanorum. Vel i fulcro brachiorū suorum eos infirmos z ōbiles subleuent z ad nidum vbi oporteat eos adiuuēt. De quarto exemplo hoc teneant. q̄ a parentibus suis senibus vel infirmis molestias quantumposſunt submoueant. curas necessarias eorū infirmitatibus adhibeāt. obsequijs, ppriis eis fauiant. nec eos deserere debent quousq̄ eos viderint suis obsequijs vel auxilijs non indigere. Sicut fecit illa pia filia de qua narrat. Valerius in policrate. Cum quedam mulier nobilis obquoddam flagitiū fuisset morti adiudicata. noluit eam iudex publica morte punire, ppter honorem parentum. sed inclusa est vt ibi fame periret in carcere. Filia vero eius que erat nupta de licentia iudicis eam quottidie in carcere visitauit. Prius tamen diligenter pscrutabatur ne aliqua cōmestibilia illa deferret. Illa vero extento vbere singulis diebus de lacte, ppio matrē alebat. Cū vero iudex miraretur q̄ tanto tēpore supuiueret. repertū ē quid fiebat. Cuc iudex pietate tot⁹ motus matrē suam sibi cōdonauit. Ecce q̄ ipleuit dictū sapiētis Eccī. vij. Honora

patrem tuum.z gemitus matris tue ne obliui scaris.Quia ab illa recepit nutrimentū lactis voluit ei eadem sua vbera pie impartiri.z gemi tum eius remouere. De quo exemplo habent hoc filij.vt cum in diuitijs sunt parentum robo rati q̄ parentes suos senes in domibus suis q̄ escere faciant. eisq̄ in necessarijs absq̄ eorum labore prouideant.Sic non fecit ille impius fi lius de quo refert Guilbel.in apiario.c.xxxiij. Erat inquit in normanie partibus vir admodū dines sed ignobilis.Hic filium vnicum et dile ctum habuit quē educauerat delicate ad robur virī.Conuocauit ergo patrem miles quidam nobilis cum amicis dicens. Filia est decora no bis nimis prudens per quaz si tibi placuerit po steritas tua exaltari poterit.adunare hāc filio tuo in vxorem volumus .hoc tamen medio vt secedas possessionibus vniuersis.et filius tibi et matrī q̄ diu vixeritis abundantissime prouī debit.Hoc patre audiente z habente sub dubio ab amicis tandem compulsus est cedere cun ctis bonis .Peractis ergo nuptijs filius z vx or eius anno primo honorauerunt parentes.z victum copiosum ministrabant. Sed in secun do āno z tertio minus q̄ decebat.Quarto igi tur anno suggerente vxore filius parentibus suis domunculam in oppositum domus sue cō stituit.ibiq̄ secretius insufficientiam ministra re pertulit.Et ergo senex pater cū vxore decre pita non modicam egestatem passi sunt.z vix i terdum audebant domuz filij intrare.Sed per clientulum mandauerunt ei quibus poterant ñ carere.Una aūt dieꝝ accidit vt mater ex oppo sito domus sue visa auca infixa veru in domo fi lij diceret viro suo seni.Me feminam magis de cet paucis esse contentam.tu vadas ad domuz filij et saltem semel esurientem satias animaz de auca quam ibidem vidi esui paratam. Hoc au dito senex accepto baculo ad domum filij pro perauit.Sed mox vt eum filius vidit aucaz ab scondit.clamq̄ ab igne retraxit.statimq̄ obui us patri quid quereret inquisiuit.Et mox pater notans dissimulauit .ad domum suamq̄ re meauit.Filius autem puelle precepit vt cito au cam ad ignem apponeret.nec mora vbi puella aucam in thalamo vidit .buffonem maximum ante pectus inuenit adherentem.Et ea claman te accurrit dominus iunior.Qui viso bufone ex cutere eum violenter instituit.buffo ab auca resi liens faciei adeo fortiter filij adhesit .vt nulla arte vel consilio deponi ac excuti posset sed sic multis annis hominis nequitiam puniuit inhe rendo .et erat illud supremi stuporis vt si quan do monstri illi⁹ particula tangeretur aliqua ac si percuteretur in corde ita homo sensibiliter in corde ledebatur.Contritus ergo adijt dyocesa num episcopum.et cum omni dolore confessus pro penitentia recepit ab illo.vt per omnes fi nes normanie et gallie ciuitates facie circumi ret reuelata z vbiq̄ narraret populis euentum rei vt p hoc exemplum sumerent filij exempluz pentes suos honorandi.z discerent q̄ periculo sum z nociuum est vicem non rependere labori bus quos ipsi parentes filijs impenderunt.Ab hoc tñ monstro sanctoꝝ p̄cib⁹ quorundā ē mi sericorditer liberatus.Ideo Crisſ.exponēs il lud Joh̄.xix.Mulier ecce filius tuus dicit .do cet xp̄s vsq̄ ad vltimā respirationem parentuz diligentiam habere .qz cum alijs mulierib⁹ astā tibus nihil dixit.docet nos aliquid impendere parentibus.Et.b.Ambro.sup illud Math̄.xv honora p̄em z mrem dicit.Primus grad⁹ pie tatis ē iste.vt quos actores tibi voluit esse deus honoris obsequijs obtineas contumelijsq̄.ml̄ tū eñ colenda est pietas parentū.Vñ Crisſ.ix. ethic̄.docet.Quia parentibus debemus sub uenire vel sufficere in nutrimento .z debemus eis honorē quēadmodū dijs,ppter maxima be neficia generandi z nutriendi.Et ibidē etiā do cet q̄ in honoribus quos debem⁹ dijs z pentibus nō ē possibile nob reddere equalēs.Fm di gnitatē bñficioꝝ ab eis receptoꝝ cū dic̄.Dijs z pentib⁹ non p̄t reddi equalēs.Et ideo fm ā tiquos tā honor exhibendus deo q̄ honor ex hibendus pentib⁹ pietas dicebat.De hoc Tul lius i sua rethorica.Pietas est quā sanguini de bemus patrie que benivolū effectū z diligentez nobis tribuit cultum .Secdo patrem carnalem aut matrem honorare debemus ita q̄ in xp̄o tñ contrarijs repudiando ita q̄ si in his que ad vi f te perfectionem z xp̄i ptinent imitationē pater voluerit aut mater filiū impedire sicut de ingre diēdo religionē.de vouendo ptinentiā z hmōi que ad p̄silia p̄fectionis noscunt̄ pertinere.fil⁹ nō solū debet nō sequi.sed sua verba repudiare iuxta doctrinā christi saluatoris Math̄.x.Ve ni separe hominē aduersus patrē suum.z filiuz aduersus matrē suaz.Et in eodē.Qui amat pa trē vel mrem plus q̄ me nō est me dign⁹ .Sup quo verbo dicit hiero.Si nc̄itas venerit vt a mor parentū siue filioꝝ amore dei opak z vtrū qꝫ nō possit seruari.odiū in suos.pietas in deū seruanda est.Potissima tñ cautela dyaboli est homines ab amore religionis retrahere p amo rem parentū.In cuⁱ figura sicut dicūt hiero. z Crisſ.cū dñs esset occupatus in officio p̄dicā di suggerit ei quidā Math̄.xij.Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes loqui.insidi as christi intendens vt spirituali operi carnē z sanguinem auferret. Super quem locum ex-

pressius loquens Cris. dicit. Dum christus p-
suaderet populo q̄ esset filius dei. dyabolus p-
curauit aduentū matris vt turbis videntib⁹ pa
rentes carnales diuinitatis eius obscuraret na
turā. Et ideo qui vult fugere a mūdo non debet
hoc parentibus carnalibus indicare. Figura
Gen. xxxj. Jacob cum vellet fugere ī patriā su-
am auunculum et socerum suum noluit de fuga
premonere. Et Judicum. xiiij. Dum samson le
onem occidit in frustra et postea de ore leonis
comedit mel. neutrum patri vel matri voluit in
dicare. Et de ista materia Hieroni. in quadam
epistola scribit. Licet in collo tuo paruulus de
pendat nepos. ⁊ licet sparso crine ⁊ scissis vesti
bus vbera quibus te mater nutrierat ostendat.
licet in limine pater iaceat. p calcatuz perge pa
trem. per calcatā pge matrē siccis oculis ad ve
xillum crucis euola. solum pietatis genus est ī
hac re te esse crudelem. Tertio parentes carna
les honorare debemus eternis memorijs cogi
tando. Non em̄ debem⁹ eis esse ingrati p quos
nobis deus dedit esse. Ideo dicit sapiens. Me
mento patris tui et matris tue Eccī. xxiij. Sed
de filijs ingratis cōmuniter videmus quantum
cunqz chari fuerint postq̄ parētes ex seculo mi
grauerunt. ⁊ quantumcunqz eis diuitias copi-
osas reliquerunt. post tres dies a sepultura per
actos obliuioni perpetue recōmendant falsum
quendam dolorem in habitu nigro ⁊ vultu lu-
ctuoso pretendunt. ⁊ cordis leticiam quam co-
operiunt tristicia simulata. Talis fuit illa Gel-
lia de qua refert Marcial' libro. j. epigra. Amis
sum non flet cum sola est Gellia patrem Si q̄s
adest iusse prosiliunt lachrime. Nam luget qui-
dem sed laudari gellia querit. Ille dolet vere q̄
sine teste dolet. Vult dicere q̄ ista gellia quan-
do fuit sola in nullo doluit mortez patris. Quā
cito vero perpendit q̄ aliquis eam videret sta-
tim violentas lachrymas fudit. Similiter dicit
poeta. q̄ quemadmodum Gellia nullus dolet
veraciter qui vult de suo dolore laudari. Sz iste
dolet vere qui sine teste dolet. Quarto parētes
carnales honorare debemus in debitis obediē
tijs audiendo. exemplo christi qui obediens fu
it parentibus suis Luce. ij. Qui autem inobedi
entes sunt filij triplici hasta cum Absalone. ij.
Regum. xviij. vulnerentur. Prima est rerum tē
poralium subtractio. Secunda est vite abbreui
atio. Quia de talibus dicit ps̄. Perierunt pro-
pter iniquitatem suam. Tertia est anime condē
natio. quia dicitur Deutro. xxj. de filio contu-
maci qui non audiuit patris vel matris imperi
um q̄ ducebatur ad seniores ciuitat' ⁊ ad mor-
tem condemnabatur. Sed di. nunquid filij te-
nentur parentibus per omnia obedire. Respon
det sanctus Thomas scd̄a scd̄e questione. ix. q̄
tantum ad illa extendit se debitum obedientie
ad que extendit se ius prelationis. Pater enim
habet ius prelationis in filios in duobus. Pri
mo q̄tum ad domesticam conuersationem. q̄a
paterfamilias est in domo sicut rex in regno. et
ideo sicut subditi regis tenentur regi obedire ī
his que spectant ad gubernationem regni. ita fi
lij et alij domestici tenentur patrifamilias obe-
dire in his que pertinent ad dispositionem do-
mus. Secundo pater habet ius prelationis su-
per filium in his que pertinent ad morum di-
sciplinam. Debet enim pater filium disciplina
informare. Subdit Aristot'. viij. ethicorum. Et
ideo in istis duobus tenentur filij obedire patri
et non alijs.

Feria sexta post Oculi

Omnis qui bibe
rit ex aqua hac sitiet iterum. Si aūt
biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non siti-
et in eternum. Joh. iiij. Dicunt naturales. Ve-
nenum expellitur mediante aqua. quia ceruus
hausto serpēte nisi citius attingat aquam mori
tur sine mora. Dicit enim glosa super iliud ps̄.
lxj. Quemadmodum desiderat ceruus ad fon-
tes aquarum. Ceruus senio grauatus excrescē
tibus pilis ac cornibus. explorato serpente ip-
sum naribus haurit. Quo hausto veneno estu-
at. Idcirco aquam fontis ad bibendum arden-
tissime desiderat. Currit igitur querendo fluui-
um purissimum. ⁊ bibit se replendo aqua. ⁊ sic
vincit venenum ⁊ euomit. Moraliter per vene
num intellige peccatum. quia dicit Anshel. ca.
xciiij. Sicut venenum dicitur eo q̄ per venas
vadat ad cor. sic peccatum per venas cogitati-
onis aut delectationis transit ad consensū cor-
dis. vel per venas id est per sensus corporis sb̄
intrat in archana mentis. s̄m illud Hieremie. ix
Ascēdit mors p fenestras vr̄as. interitus igres-
sus est domos vestras. Item sicut venenum nō
ledit nisi quando sanguinem tangit. sic non le-
dit venenum peruerse cogitationis si non admi
scetur sanguis delectationis. Quia de quibusdā
dixit ozee. iiij. Sanguis sanguinez tetigit. quia
post delectationem cogitationis sequitur in il-
lis delectatio operis. Item sicut venenum om̄e
frigidum existit. sic omne peccatum mortale fri
gidum existit. cum calorem charitatis extermi
nat iuxta illud Math. xiiij. Ubi supabundauit
delictum seu iniquitas refriguit charitas multo
rum. Illud quidem venenum peccati expellit̄
ab anima mediante aqua diuine gratie aut vere
penitentie. Idcirco homo q̄ adīstar cerui hau
sit serpentem dyabolicis. scz suggestionib⁹ acq̄-
escendo ⁊ noxias delectatōes sibi scz p pctm̄ in

corporando. Tunc veneno estuat quando trās acta delectatione feditatē peccati considerat. quare tunc debet currere ad fontem misericor die xp̄m cum Dauid qui ait. ps̄. xlj. Sitiuit aīa mea ad te deum fontē viuum. z debet cum eo re cōciliari p penitētie sacramentū. Quia penitē tia est aqua salutaris fluens a fonte vite xp̄o q̄ facit hominē salire in vitaz eternā. iuxta verbū xp̄i. Aquā quam ego dabo ei fiet in eo fons aq̄ salientis in vitam eternam. que sunt verba euā gelij hodierni. Hoc euange. facit mentionez de triplici aq̄. Prima sitim accendit. ibi. Qis q̄ bi bit. Secunda eā extinguit. ibi. Qui aūt. Tertia sursum ascendit ibi. Aquam quam ego dabo. Prima igit̄ aqua sitim accendit. z tangitur ibi. Qis q̄ bibit ex aqua hac sitiet ite. Ubi no. q hec aq̄ est multiplex. Prima est tpalis auaritie de q̄ intelligit̄ illud verbū. Qis q̄ bibit z̄c. quia auaritia sitim nō satiat sed accēdit. Et isti sunt multe cause. Prima qz aīaz dei capacē nihilmi nus deo implere pōt. Uñ cum orbis terraz sit ante dñm quasi gutte roris ante lucē. ideo nec cor hois potest repleri fm illud Sap̄. xj. Non sufficiūt cor replere vnius hois. Scda causa qz cupiditas infinita est. sed pecunia q̄ntumcūq; magna finita. iuxta illud Senece. Naturalia de sideria infinita sunt ex falsa opinione nascentia. Tercia qz auaritia est quasi ignis ardēs q̄ nun q̄ saturat̄ Prouer. xxx. Ignis nunq̄ dicit suffi cit. ignis nō extinguit̄ ex appositione lignoz siccoz sed auget̄. Sicut em̄ ligno silue exarde scit ignis vt dicit sapiēs Eccl. xxviij. Sic cupi ditas nō extinguit̄ ex appositione diuitiaz sed auget̄. iuxta illud Juuenal̄ in. iiij. Crescit amor nummi quantū pecunia crescit. Ideo dic̄ Ber. Qui biberit ex aqua tpalis auaritie sitiet iterū Scda aqua que sitim nō extinguit est secularis astutia. de qua. j. Lor̄. iij. Sapia huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est em̄ Appē hendam sapientes i astutia sua. vt dicit Rober tus bol. sup li. Sap̄. lect. cxxxviij. Ad modum aque dat apparentiam quantitatis. excellenti am subtilitatis. insolentiam mortalitatis. Pri ma astutia secularis dat apparentiam quantita tis. Nam illud quod per aquam videtur gran dius videt̄ q̄ est in sua proprīa q̄ntitate. Unde Ptolomeus. Qō i aqua ponitur videtur mai⁹ Et Sene. ō naturalib⁹ qōnib⁹ li. iij. Dia p aquā iudicātib⁹ lōge videnē esse maiora. et cito post Sidera amplioza p nubē aspicienti videt̄. quia acies nostra in humido labitur. nec apprehen dere fideliter qō vult potest. Sic moraliter quā tumcunq; q̄s fuerit modic⁹ fm mundū sine pul chritudine et fortitudine. sine diuitijs. sine gene re. sine parentibus. sine aqua sapientie. si astu cia seculari opiatur grandescit z apparebit ma gnus. Similit̄ addiscat iura ciuilia. ornet se le gibus et statutis regum. z statim apparebit no bilissime quantitatis. quia illa facient eum cre scere in diuitijs familia z thesauris. z tamen nō est maior in rei veritate. sed minor. iuxta illud Grego. in mor̄. Parvulus est qui terrena dili git. magnus qui celestia concupiscit. Uñ q̄uis appareant magni. nobiles. z iocundi apud secu lares seculariter iudicantes. sunt tamen in diui no conspectu z iudicio conscientie. ppter parui ignobiles z dolore pleni. iuxta illud. Job. xxvj Ecce gigantes gemūt sub aquis. z qui habitāt cum eis. id est illi qui mundi iudicio magni dicū tur. Scdo astutia dat excellentiam sublimitat̄ aqua em̄ naturaliter querit terre supereminere et dñari. z aliter non quiescit aqua naturaliter quia totus appetitus eius naturalis est supra poni immediate et predominari terre. Isto mo do moraliter astutia secularis ad nullum aliuz finē tendit nisi ad volandū in honorib⁹. z ad ac quirendū dñiuz terrenoz. in cuius figurā aq̄ produxit aues. Gen̄. j. produducant aque reptile aie viuentis z volatile sup terram sub firmamē to. Astutia em̄ secularis sup genera hoīm pro ducit reptilia. scz eos qui sunt agriculatores et mercatores. falsi artifices z hmōi. quoz tota puersatō est in terra. vel volatilia sunt nobiles supplantatores pauperū. z vsurarij solēnes et clerici simoniaci. z praui nobiliū consiliarij. Jō acquirunt bona sublimia z grad⁹ z dignitates in eccl̄ia iuxta illud Gen̄. vij. Multiplicate sunt aque. z eleuauerūt archam in sublimi a terra. Tertia aq̄ dat insolentiā mutabilitatis. vñ oēs insulares z marini incōstantes sunt z insolentes nimis sicut pt̄z de ipis nautis qui cōmuniter v santur in aquis. tales em̄ regulant̄ p lunā q̄ est dña aquarū. Luna aūt est velocissimi motus z plures circūuolutiones facit circa terrā q̄ quicū q; alius planetaz. Et moraliter astutia secula ris reddet hoīes mutabiles. varios et versipel les ad modū vulpis que nunq̄ recto sed curuo itinere ingreditur. De ista em̄ astutia dicit Hie re. xxv. Facta est mihi quasi mendaciū aquaz infideliū baculus q̄ntumcūq; rectus sit si vna eaz medietas. pfundatur in aq̄ videtur tortuos⁹ Sic isti falsi supplātatores quātumcūq; fuerit cā hois iusta p eoz astutā versutiā faciūt appa rere iniustā. Et hi sūt a quib⁹ iurgia z lites z ini qua mendacia oriuntur Prouer. xvij. Qui di mittit aquā. i. q̄ astutia seculari sine regula bōe pscīētie vtitur caput ē iurgioz. i. p̄ncipalis cā ē litis inē hoīes mūdiales. De hac etiā aq̄ mū diāi expōit illō. Qis q̄ biberit ex aq̄ z̄c. Tertia aq̄ ē carnal̄ luxurie. de qua sil̄r verificatur hoc

vbū. Qui quāto pl⁹ exercet tāto magl desiderat Quia dic̄ sapiēs puer. xxx. Tria sūt insatiabilia infernus .os vulue .s. mulieris incōtinentl et terra. Sed tñ luxuria tria mala facit vt dicit Robertus sup li. Iaī. lec. xxij. Prima qz effeminat vigorē. in signū istius dū Samson dormiuit in sinu Dalide strenuitate solita fuit spoliatus Judicū .xv. Vide hystoriā dñica Reminiscere. sermōe scdo. V. F. Sic quicūqz dormit i sinu Dalide. i. qui se ꝓfert negligenter voluptatibus voluptuose vite spoliatur vigore. Fingit eñ. Ouidius libro. xv. methamor. de fonte salinatio q talis erat virtutis q saxū abstulit viro qui se balneauerat in illo. Isto modo euenit de voluptate. z ideo si hō se balneat in delitijs z voluptatibus effeminabit̄ z animositatem amittit Ideo narrat Valerius in policrate li. j. q cornelius cippo missus in hispaniam eo tpe quo castra intrauit indixit. vt omnia que causa voluptatis essent compata aufferrerentur vnde simul z semel duo milia scortorum leguntur abisse ab exercitu romanorum. Et est notanduz q nobilissimi principes qui nō bellis vel armis vici potuerunt. per luxuriaz ceciderunt. sicut narrat li. j. ca. v. ō Hānibali duce carthaginēsi quē mulier q̄dā pniciose romāis tradidit occidēdū. Unde Ouidius de arte amandi fingit q mars qui deus est bellantium captus sit cum venere vxore Vulcani inuisibilibus cathenis. z oībus dijs celestibus in derisionem ostensus. Cui hystorie alludens Valerius ad Ruffum de vxore non ducenda ducit sic. Mars cum deus bellantium dici meruit z triumphorum familiari frequentia in quibus expedit maxime prompta strenuitas nihil sibi metuens. a Vulcano ligatus est cum venere inuisibilibus cathenis .sensibilibus tamen. Hoc aūt et ad plausum satirorum z derisum celestis curie vult dicere. q vulcanus fecit cathenas inuisibiles. z posuit eas i lectū veneris. in quibus cum mars intrasset in lectum veneris .captus est z detentus donec tota curia celestis eum conspexisset. Et ideo de talibus dicitur Job. xxxvj. Morietur in tempestate aia eorum. z vita eorum inter effeminatos Exemplū de holoferne. qui ardens in amore iudith. vt eiusdez. xiij. Scdo carnalis luxuria accumulat dolorem. quia naturaliter post voluptatem sequitur penitentia. Sicut probat venerabilis Boe. li. iij. psa. vij. Quid de corpis voluptatibus loquar. vide de boc. s̄. dñica infra octauā epiphanie L. D. Et dñica infra octauā natiuitatis xpi. I. V. In huius etiam figuram fingit methomor. fuscus li. x. q virgo quedam nomine mirria patris desiderauit incestum z desideratum perpetrauit adiuuante nutrice. Tandem cum esset perceptum fugatur a patre. z tā-

tam tristiciam incidit q fletu. suspirijs z gemitibus alterata conuersa est in arborem cui nomē mirra que adhuc guttas amarissimas quasi lachrymas ō se fundit insignum q voluptatem illicitam corporis perpetuus sequitur dolor mētis. Tertio vero voluptas mentis obfuscat decorem. quod patet de salomone. iij. Regū. xj. q femora sua inclinauit mulierib⁹. et dedit maculam in gloriam suam. Qui in hystoria Valerius ad Ruffum sic alludit. Sol omnium salomon. thesaurus delitiarum domini. sapientie singularis domicilium crasso tenebrarum obfuscatus attramento. lucem nominis sui. odorē fame sue gloriam domus sue amore mulierz amisit. z postremo coram Baalez ecclesiastice domi mutatus est in membz subali. i. ex concionatore dei mutatus est in membz dyaboli. Scda aq̄ sitim expellit seu extinguit. z est triplex. Prima ē penitētia regularis. aq̄ eñ tria opaī. Primo eñ lauat sordida sic̄ patuit. s̄. do. iij. aduē. f. j. f. s. z īuocauit ser. ij. V. m. Isto mō pnia abluit sordes pctōz q̄ntumcūqz fuerint enormia. In cuius figura dictū est Naamā leproso. iiij. Reg. v Vade z lauare septies i iordane. z recipiet sanitatē caro tua atqz mūdaberis. Qō exponit nicolaus de lyra. Per naamā leprosū itelligit pctōr infectus mortalib⁹ peccatis. q̄ audita p p̄dicatorez misericordia dei ꝓtritionē accipit ad pniam verā. procedit. z lauatur septies i iordane. i. lachrymis pnie q̄ significatur p iordanē qui interptatur riuus iudicij. z lauatur iō septies ꝓpter. vij .pctā mortalia. z sic se lauando ad mētis mūdiciā restauratur. Ideo dic̄ dñs Ezech. xxj. Laui te aq̄ mūda z mūdaui sanguinē tuū .i. pctm̄ quod ex carne z sanguine ortū habet. Juxta illud Eccī. xvij. Quid nequius q̄ quod excogitat caro et sanguis. Scdo aqua flectit rigida. sic penitentia corda superba domitat. z insolentia flectit ad obedientiam. sicut patet ō supbo Nabucho. Dañ. iiij. ō quo. s̄. dñica. j. i aduentu .sermo. j. A. B. Contingit eñ de peccatoribus sicut ō corallo de quo dicunt naturales. q ꝙdiu est in aq̄ crescit z augetur ad modum plante. ꝙ cito extrahitur rugescit in lapidem. iuxta illud Ouidij methamor. li. v. Sic et corallum qui primo ꝓtigit āno. Tempe durescit mollis fuit herba sub vndis. Et ita multi dū sunt inter viros pnie duros crescunt z molles attractibilesqz sūt qui extra penitentiam positi inuenirentur rigidi et rebelles. Ideo ōr Eccī. xxiiij. dixi. Rigabo ortū plantationū. z inebriabo ptus mei fructum. Tertio aq̄ coqt cruda cū adiutorio ignis. Qō eñ crudum est digestioni contrariū. fit p decoctionē i aqua cōueniēs corpis nutrimentū. In

quidem incorporari non possunt corpi xpi mystico ppter suam cruditatem ⁊ insipiditatē donec in aquis penitentie decocti fuerint. iuxta illud Ezech. xxiiij. Consumentur carnes ⁊ coquetur vniuersa compositio ⁊ ossa tabescēt. Quod sic intelligit. Consumentur carnes. i. carnales affectiones. ⁊ coquet vniuersa cōpositio. i. ornatus superfluus ad modestiā reducet. ⁊ ossa tabescent. i. rigide ⁊ rebelles voluptates. hec Rupertus lect'. cxxxviij. Ista aqua regularis pnīe extinguit sitim tpal' auaricie. Sic ptz ī Matho et zacheo. qui penit' auaritijs tempalibus inherebāt. De matheo dicit Math. ix. ō Zacheo Lu. xix. Postq aūt ad pniam veniebant sitis illa inordinata totaliter ī eis fuit extincta. qz matheus oia dimisit ⁊ xpm secut' erat. Et Zacheus ait. Ecce dñe dimidiū bonoꝝ meoꝝ do pauperibus ⁊c. Scda aqua que extinguit siti est aq̄ sapie salutaris. de qua Eccl. xv. Aqua sapie salutaris potauit illum. Ubi nota sapia assimilat aque ppter tria. vt tangit Robertus hpolc. lec. cxxxviij. Primo ppter eius facilē cōmutatōez Aqua enīz facile fm ea que sibi approximant se conformat. Vñ Ambro. in hexa. li. iij. Aqua rigorem cōmutat. vt inter vaporantia ferueat. inter imbrosa frigescat. sole repercussa estuat. nube irrigata glaciali hūore calescit. Isto modo sapientia moralis que hominem docet conuersari sine querela in medio nationis prauе et peruerse. salua semp honestate vite in veritate cōscientie nouit se omnibus conformare cum quibus viuit. iuxta illud quod scribit Aug'. ad Hiero. dist. xij c. Illa autem. sic dicens. Quod nō contra fidem nec contra bonos mores esse conuincitur. indifferenter est habendum. ⁊ pro eoꝝ inter quos viuitur societate seruandum ē. Et subdit Aug. Mater mea Mediolanum mecum secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantē cepit fluctuare quid ageret. tunc ego consului de hac re Ambrosium. At ille ait. Cū romā venio ieiuno sabbato. cum mediolani suꝝ nō. Sic ⁊ tu ad quamcunq; forte ecclesiam veneris eius morem serua. Et dicit Bartho. brixē. in glosa q̄ argumentū est q̄ viatores tenentur sequi cōsuetudinem loci ad quem veniunt. De hoc etiā dicit Salustius sup albertū. Consulo quisquis eris qui pacis federa queris. Consonus esto ī pis cum quibus esse cupis. Nec tamen hoc inconstantie imputandū est sed prudentie. Quia dicit Catho. Constans ⁊ lenis vt res expostulat esto. Temporibus mores sapiens sine crimine mutat. Qui consonat Marcianus de forma vite honeste. Si prudentiam amplecteris vbiq; idem eris. Et vt rerum aut temporꝝ varietas exigit. ita te accōmodes ipsi. nec te in aliquo mutes. sed magis aptes. Sicut manus eadem est. ⁊ cum in palmam extendit. ⁊ cum in pugnam restringitur. hec ille. Ita aqua salutaris sapientie traditur in scriptura sacra ō petra altissima videlicet christo de quo emanauit. quia xps cum moribus bonorum se conformauit. Et sic dicit Auicenna. Aqua que descēdit ab alto melior est ceteris paribus. Ita sapientia et discretio deriuata a christo melior est nobis doctrina. Quia dicit Shp̄. j. Fons sapientie verbum dei in excelsis. Quarto ppter eius naturalem humectationē. Dicit em̄ Ambro. in hexa. de opere tercij diei. q̄ aqua est altrix omnium virgultorum. diuersos singulis vsus ministrans Isto modo sapientie et doctrine sacre scripture dant singulis alimentum iuxta sue conditionis necessitatem. Quod figuratum est. Gen. xxiiij. cum seruus abrahe venisset in domum bathuelis. dedit paleas ⁊ fenum camelis. Panis autem oblatus est seruo Bathuel em̄ interpretatur castus deo. ⁊ significat prelatum vel p̄dicatorem cui competit castitas. vt supra sermone precedenti. X. Y. Hic debet apponere iumētis. id est rudibus fenum et paleas. i. expositiones eorum capacitati cognitas. grossaq; documenta que capere possunt. Sed seruus dei debet intelligentibus subtilia predicare. scōm illud apostoli. j. Chor. ij. Sapientiaꝝ loquimur inter perfectos. Et ibidem. c. iij. Tanq̄ paruulis in xpo lac potū dedi vobis. Non em̄ poteratis s. intelligere altiora. Ex his patet q̄ sacra scriptura ⁊ salutaris sapia dat singulis put capere possunt alimentū vt faciant fructum opum tempore oportuno. iuxta illud ps̄. j. Erit tanq̄ lignū quod plantatū est ⁊c. Et nota q̄ aqua pluuialis valet omnib' piscibus ⁊ plātis terre pl' q̄ aqua fluuialis vel fontis. et plus per illā crescunt arbores. ⁊ nihil bene crescit nisi bene imbibatur aqua. Moraliter aqua pluuialis que ō celo descendit est doctrina moralis sacre scripture de qua Deutro. xxxij. Concrescat vt pluuia doctrina mea ⁊c. Ista plus confert piscib' et plantis. id est hominibus in mundo habitantibus. conuersantibus et crescentibus q̄ quecunq; doctrina quantumcūq; moralis a philosophis adinuenta. De hac dicit ps̄. Sup aquā refec. educ me. Nam aque sacre scripture nō solum potant bibentes sed etiam reficiunt. Ideo inter religiosos in refectorio legi solet. vt non solum ventres cibo. sed etiam reficiant mentes dei verbo. Ista aqua mutatur in vinum. id est p̄ces Marie. qz nisi ipsa gratiam docendi impetrare dignaretur insipidum apparebit quicq̄d ab homine pferē. In cuius figura non nisi ad marie instantiaꝝ xps in nuptijs aquā in vinum

cõmutauit Job.ij. Tertio propter eius figura lem repsentationẽ. In aqua eñ clara ꝛ nõ turbida. sed quieta species rerum abiectarum apparet sicut probat Boe. li. j. metro vlti. dicens Si mare voluens. turbid⁹ auster. misceat estuz vitrea duduz. parqꝫ serenis. vnda diebus. mox resoluto. sordida sceno. visibus obstat. Vult dicere. Sicut aqua maris clara manente ad modum vitri visus eam potest penetrare ꝛ videre ea que sunt sub aqua. Si turbatur ꝑ ventũ tunc obstat visui dispgendo radios ꝙ visuales ne valeant pfecte cognoscere rem sub aqua. ideo aqua tenet quasi vicem speculi ad visum paupeꝝ. iuxta illud Eccl. xxvij. In aqua resplẽdet vultus ꝙspicientiũ. Isto modo sacra scriptura seu etiã dei verbũ homi ostendit qualis est in moribus. Quia dicit Grego. ij. mor. Scriptura mentis oculis quasi quoddã speculũ opponit vt intꝛna nr̃a facies in ipsa nobis videat. Ibi etem feda. ibi ꝛ pulcra nr̃a cognoscimus. Ibi sentim⁹ quã tũ ꝙficimus. Ista igit aqua salutaris sapientie extinguit sitim secularis astutie. Qui eñ sapiẽs est in xp̃o non cupit astutus apparere mundo. Quia dicit Aug. Quis est in mundo? ad te veit qui fecit mundum vt eripiat te de mundo. si forte aliqua delectatõe te retinet mũdus sꝑ vis eẽ i mundo. Tertia aqua q̃ extinguit sitim est aqua lachrime. Vñ aqua assimilat lachrymis propt̃ tria. vt dicit ansel. li. j. c. xlvj. Primo qꝛ aqua ẽ lassoꝝ confortatiua. nam vt oẽs homines et omnia iumenta dum caloꝛe estuant in estate. si aquã coacte vel sponte transeant mox se excutiunt. ꝛ resumptis viribus auidius cibũ sumunt ꝛ fortioꝛa ad opera redeunt. Sic lachrime mirabili modo lassos ꝛ laboꝛandos confortant. ꝛ vires perditas in animas reportant. Et anima quantumcunqꝫ dimersa miro modo confortat̃ his aquis balneata. Et dicitur notanter lachrime spirituales. quia lachrime a spiritu sancto veniunt. Quia dicitur Roma. viij. q ipse spiritus scz sanct⁹ postulat ꝙ nobis. i. postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Ideo dicit Leo papa in sermone quodam. Ab ipso spiritu sancto lachrime sũt penitentiales. Scdo aqua est duroꝝ mollificatiua. Naz panis bis coctus q̃ est natura durissimus in aqua posit⁹ mollis efficitur. Sic anima compuncta in lachrimis posita dei seuitatem emollit ad parcendũ. ꝛ ad miserendum flectit. Unde dicit Ber. q lachryma vincit inuincibilem. ꝛ superat omnipotentem. Ideo legitur. ij. Regũ. iij. q abner volens recõciliari Dauid. misit nuncios vt contraherẽt cũ illo amicitias. Qui dauid. Non videbis faciem meam nisi adduxeris mihi Micol hanc figurã exponit moraliter Nic. de lyra dicens. Hic abner gerit figuram et tipum peccatoꝛis. Sed duid figuram chꝛisti. hic igitur immittit nuntios oꝛationum ad chꝛistum vt amicitias eius habeat. Sed nisi adduxerit peccatoꝛ Micol que interpꝛetatur aqua ex omnibus. ꝛ significat lacrimas vere penitentie que de peccatis omnibus debet esse non poterit faciez dei videre. Et sicut abner gratiose fuit acceptus quãdo Micol adduxit secum et magnum conuiuium ei fecit. sic chꝛistus vere lachꝛymantem et penitentem suscipit ꝛ eum sacramento eucharistie reficit. iuxta illud Luce. xv. Hic peccatoꝛes recipit ꝛ mãducat cum illis. Hic dicit bern. O lachꝛyma humilis tua est potentia. tuum regnum. ante tribunal iudicum sola intrare non vereris sed vacua intras. vacua non redibis. sed quicquid petieris hoc obtinebis. Accusantibus innotis silentium imponis. ꝛ non est qui te pꝛohibeat accedere. Tertia aqua est castroꝝ edificatiua. nã Babylonia foꝛtissima dicitur fuisse. non tantuz quia muris altissimis et foꝛtissimis cingeretur. sed quia vndiqꝫ fluuijs valleretur. vt supꝛa dominica inuocauit sermone. ij. T. P. quia nullus locus potest eẽ foꝛtis vbi aqua deficit. sicut patet de betulia Judith. Sic lachꝛyme penitentium mirabiliter pꝛotegunt contra impetus temptationum. scilicet dyaboli. iuxta illud ps̃. Tu contribulasti capita dꝛaconum in aquis. scilicz lachꝛymarum. Ista quidez aqua lachꝛyme spiritualis extinguit sitim luxurie carnalis. sicut patet in hoc exemplo in Vitaspatrum de quadam muliere vanissima que cum per ciuitatem nimia ambitione pꝛocedere. quidã sanctus episcopus eã vidit ꝛ ad terrã coꝛruit ꝛ amarissime flere cepit. Et cũ interrogaret cur fleret rñdit. Jõ fleo q ista mulier pl⁹ ẽ sollicita placere mũdo q̃ ego deo. Cũ ꝙ eps domũ redisset ꝙ ea oꝛauit. Cui⁹ pces dñs exaudiuit. ꝛ sequẽti nocte visũ est sibi q q̃dã coꝛnicula veniret ad eũ. quã ipse accipiẽs in aquã dimersit. ꝛ mox ĩ columbaz cãdidã versa fuit. Sequẽti ergo mane illa tota ĩ lachꝛymis resoluta ad pedes epi pcidit. ꝛ que pꝛi⁹ peccãdo nigerrima postea cũ lacrymis baptizata est cãdida. Ideo dic̃ de lachꝛyma Eccl. iij. Ignẽ ardentẽ extinguit aq̃. i. ardoꝛẽ carnal voluptatis extinguunt lachꝛyme.

Dominica in medio quadrageſime.

Eijce ancillaz et

filiũ ei⁹. Ista scribit originaliter Gen. xxj ꝛ transsumptiue ad Gal. iiij. in epla hodierna. ℟ Cõsuetudo ẽ ĩ hac dñica pueroꝝ q mortẽ expellũt figmentũ ei mortis de stramie aut alia re faciũt. ꝛ illud extra ciuitates ejiciũt. ꝛ postea ĩ aq̃s pjiciunt ꝛ submergunt. ꝛ licz hoc factũ ad

euasionem mortis temporalis nihil conferat. ñ aliquid fiendum in hoibus significat. Dpora liter eñ p mortem intellige peccatum mortale. ꝓpter hec q̃ ponit Rober. hol. sup li Sap̃. lecc̃. xij. ſ. ꝓpter ꝙsimilẽ defectũ q̃ ẽ talis. ꝑmo corp⁹ dissipaꝫ t destruiꝫ. ſcõ infirmaꝫ. tertio moriꝫ. q̃rto portatur ex̃ domũ. q̃nto sepelitur. ſexto a v̈mib⁹ ꝙsumiꝫ. Sic aĩa p̈mo dissipaꝫ t destruiꝫ p tẽptationẽ t cogitatõz de pctõ. ſcõ infirmatur p comitantẽ delectationẽ in ſenſualitate. tertio moriꝫ p ꝙsenſũ. q̃rto apportaꝫ t elongatur ab hoibus p culpe sue abominationẽ t diffamationẽ aqud homines. Quinto sepelitur per malam conſuetudinem. Sicut enim lapis vel terra onerat corp⁹ et deprimit ne reſurgat. Sic etiaz illa mala conſuetudo quaſi quedam moles eſt grauiſſima opprimens et incitans hominez ad expectandũ in peccato. De hoc Aug. li. viij cõfeſ. c. v. Lex peccati eſt violentia conſuetudinis qua contrahitur t tenetur etiã inuit⁹ anim⁹ eo merito quo in eam volens illabitur. Sexto corpus mortuũ a vermibus conſumiꝫ. ſic mẽs p̈ua ta gratia a verme conſcie deſpatõis et impenitẽtie finalis corrodiꝫ t mordeꝫ. ideo dicit aplus ad Ro. v. Stipendiũ peccati mors. At iterum Pctñ intrauit in mundũ. t p pctñ mors. t hec dr̃ mors ſpũalis de qua pſ. xxxiij. Mors pctõrũ peſſima. hãc mortẽ ſpũalem expellere debẽt hoies a ciuitate cordis. t hoc moraliter ſignifiꝫ in pueris q̃ ſic mortẽ expellũt. vt t noſip̃i iã adulti mortẽ anime iã expellamus t dei adiutorio in ꝑfundũ aque ꝑiſciamus. Quia dicit p de uotum Amandũ in hora. Sap̃. li. j. ca. iiij. Ego ſum frater tuus. ſponſus tuus patus miſereri t tegere peccata tua. t ꝑiſcere ea in ꝑfundũ maris. t ſic remittere quaſi nũq̃ fuiſſent dũmodo cõuertere t decetero cauere volueris. t hoc eſt q̃ pueri figmentũ mortis ꝑiſciunt in aquam. qz puer Ihesus ꝓpter puritatem ſue ſanctiſſime vite t inocentie ꝑiecit oĩa peccata noſtra que nobis eternã mortem generant in ꝑfundum mar| ea mãme in nobis puniẽdo. Idcirco in verbo p poſito quo ad ſenſum moralẽ hortaꝫ nos apoſtolus vt peccata mortalia cum eoz filiab⁹ eij|ciamus de corde noſtro cũ dicit. Ejice ancillaz t filiũ eius. qz peccata mortalia dicunt ancille qz ancillari t ſeruire faciũt nos dyabolo. iuxta illud Iere. iij. Seruietis. ſ. in pctis dijs alienis qui nõ dabunt vobis requiẽ die ac nocte. propterea tu homo in tempe gratie eijce ancillã. i. q̃libet pctñ mortale. Circa q̃ notandũ p̈ma ancilla eſt ſupbia. q̃ merito ponit p̈mo loco. ꝓpter tria. qz ẽ inter vicia magis generoſa naſcẽdo magis aĩoſa inuadendo. magis cauteloſa in alliciendo. vt dicit Robertus lec. lxiij. Primo igitur eſt magis generoſa naſcẽdo. qz ẽ ſpũalis inter angelicos ſpũs adinuenta. vt dixi ſupra i ſexageſima ſer. ij. Q. T. Et ideo nobiles mẽtes nimis impedit. Sicut teſtatur Iero. in quadã epiſtola. Superba natio celeſtis ſublimium appetit mentes. t quaſi ad ꝓprios revolans ort⁹ appetit gloriam t puritatem hominum rumpere que de gloria et puritate angelorum erupit. vt quos inuenit particeps faciet conſortes ruine. Sic tamen fama eſt q̃ ad deum neſcit redire iuxta illud Hugonis libro de anima. Superbia in celo nata. ſz velut immemor qua via inde ceciderit illuc poſtea redire nõ potuit. Scõ ſuperbia eſt magis animoſa inuadendo. quia nõ parcit loco nec tempori. nec perſone nec ſtatui Qñ eñ non parcit loco ptz. qz quando loc⁹ ſolemnio: tanto ſuperbia proniox t promptior in congregationibus. in predicationibus in quibuſcz locis publicis gegocijs ſtatim ſupbia ſe intermiſcet. Quia in eccleſia in loco ſacro valde lucratur. Quia vtriuſcz ſexus perſone in ornatu in geſtu in eccl̃ia maxime vbi contritõi t hũi litati ſe dare deberẽt oſtenſioni t ſuperbie magis ſtudent q̃ deuotõi. Secundo non parcit pſone. Chriſtus eñ ſpũs ſuperbie inuaſit. Mat. iiij. Angelũ primũ hominẽ vnumquẽcz ſanctuz quia dicit Iero. Difficilius arrogãtia q̃ auro t gemmis caremus. Unde Aug. in epiſtola ad Dyaſcoz Vicia cetera in peccatis. ſupbia vero in rectis cauenda eſt. ne cum illa laudabiliter ſancta ſunt laudis cupiditate amittaꝫ. Idẽ Aug. in regula. Alia quecunqz iniquitas in malis operibus exiſtit vt fiant. ſuperbia vero etiã bonis operibus inſidiatur vt pereant. Tertio nõ parcit tẽpori. immo quanto dies ſanctior. i natali. in feſto paſce et huiuſmodi. tanto magiſ infeſtat ſpiritus ſuperbie hominẽ. minus tamẽ de nocte q̃ de die. Amat eñ lucem. Quarto nõ parcit ſtatui quia omnes inuadit. ſenes cum iuniorib⁹. religioſos cum ſecularibus. diuites cum pauperibus. ſubiectos cum ſuperioribus. vt nõ ſit qui ſe abſcondit a calore eius. pſ. xviij Dunc enim non bene pugnamus cum cuncta ſubiecta putamus que tamen poſt modicũ nos infeſtant. eo q̃ ſuperbia reſtat Tertio ſuperbia eſt magis cauteloſa in alliciendo. Facile eñ eſt declinare gulam t deuitare luxuriaz. fugere homicidium t groſſa peccata. Iam ſicut ſagittarius qui ſi percuſſerit beſtiam in corpore. ſcz in pede vel in dorſo non eſt ſecurus de ea Sed. tamen ſi in corde percuſſerit eam eſt ſecurus. ita dyabolus maximam ſecuritatẽ ſe reputat habere de homine quãdo ipſum percutit in corde p ſuperbiam. De hac ſagitta ſuperbie intelligitur illud. iiij. Regum. ij. Egreſſa eſt ſagitta per cor

regis statimq; corruit. z illud Iere. xlix. Arrogantia tua cepit te z superbia cordis tui. Omnis enī superbus habet deum aduersarium. qa odibilis est deo z hoibus superbia. Idcirco dr metrice Actibus ac verbis homo quicunq; superbis. Hoc retine verbum fugit deus oēm superbum. Ista quidā ancilla est a ciuitate cordis eij cienda. primo ideo. qz hominem defraudauit. d quo dicit Aug. Superbia meret illudi. nam oēs hereses z oēs alij periculosi errores ex superbia veniunt. qz glo. sup Iere. xlix. Arrogātia tua dicit. Dis hereticus arrogās. qz superbia fac hominē hereticū vel arrogantia. Scdo hoiem excecat. sm illud Apoc. iij. Dicis qz diues sum et locupletatus z nulli⁹ eges. z nescis qz miser es z miserabilis z nudus z pauper z cecus. Quis enī teneret hanc ancillā q eum faceret miserum nudum. cecum. et hoc facit hec ācilla superbia. Quia dicit dns. Joh. ix. In iudicium in hunc mundum veni ego vt qui non vident videant. z qui vident ceci fiant. vbi dicit glosa interlinealis. Qui non vident sunt humiles ceci. z qui vident sunt sapientes superbi. Ergo christus venit vt humiles ceci illuminarentur. z superbi sapientes excecarentur. Tertio superbia infatuat. Quia dicit Bern. Omnis superbia stulta ē q; non omnis stultitia superbia. Unde super illud Roma. j. Dicentes se esse sapiētes stulti facti sunt. dicit aug. Si dicendo te sapientez stultus es. dic te esse stultū vt sapiens fias. Si ergo vis sapiens reputari esse superbiam z amplectere humilitatē. Quia dicit sapiēs Prouer. xi. Ubi humilitas ibi sapiētia. Hec turpis mater supbia turpes habet filias sm Bern. quas etiā hic hortat apls eiici a domo cordis. Prima est curiositas. vt dixi supra fe. iiij. Inuocauit. f. ij. U. C. D. De hac dicit. s. Tho. scda scde. q. clxvij. Curiositas est vicium circa inordinatū cogitationis appetitum. z hoc potest contingere sex modis esse malum. Primo inq̄tum aliquis volens inquirere veritatem superbit que tamen cognitio de se bona est. fit aūt mala ratione intentionis. Scdo qñ homo cognitione veritatis vtitur ad peccandū. Tertio inq̄tū p studiū mi⁹ vtile retrahit a studio qd ei ex necessitate incūbit sicut cū aliqs legeret libros poetaz sacrā theologiā obmittēdo. Quia be. Iero. eo q; legeret libros ciceronis ad tribunal christi duct⁹ est z ibidē grauiter verberat⁹. vt hr. xxxvij. di. c. legimus. Quarto inq̄tū homo studet discere a quo non licet. sic q futura a demonib⁹ scrutat. Quinto inq̄tū appetit cognoscere veritatē circa creaturas nō ad debitū finē referendo. s. ad dei cognitōz. Sexta inq̄tū aliquis studeat ad cognoscendū veritatē supra ingenij sui facultatez

corporaliter. Sic z gula facit hominem cadere in omnia peccata mortalia spualiter. vt. s. habeť i quinquagesima. T. N. Quia est ingressus z ianua ad oia vicia. Istaz infirmitatē patiebatur iste dives epulo. Luce. xvj. qui induebatur purpura z byssо. z epulabatur quottidie splendide. Hāc eм infirmitatē sanat verbū dei Luc. xxj. Attēdite vobis ne forte grauenť corda vestra in crapula z ebrietate. Ad aplos ad Eph. v. Nolite inebriari vino in quo luxuria est. Et etiam be. Aug. libro. x. confessio. Sumenda enim sunt alimenta tanq̄ medicamenta. Septima infirmitas spualis est luxuria. z compatur lepre q̄ nascit ex calore corrupto z deordinato Sic z luxuria ex caloze nascitur. quia dicit Hieron⁹. Flammigero igne pcutit femina conscientiam. Hanc patiebatur. Salomō notabiliter q̄ habuit vxores quasi reginas septingētas. z concubinas trecentas. iij. Regū. xj. Hec est infirmitas contagiosa z abominabilis. quia vna psona talis centum potest inficere. Sed hanc infirmitatem sanat verbū dei. j. Chorinth⁹. vj. Fugite fornicationē. Sup quod verbū dicit. b. Amb⁹. cum alijs pōt vicijs exprecari conflictus. Hanc fugite ne approximetis. quia nō potest aliter melius vinci. Ecce q̄ magnas z piculosas infirmitates sanat verbum dei. z q̄libet nō sanata causat mortem spualem z gehennalem. Ideo si vis ab his curari tunc audias libenter verbum dei Tercio veritas est preponēda socio. quia duobus existentibus amicis sanctū ē prehonorare veritatē. vt dř. j. Ath⁹. nisi eм hō inferret veritatē familiaribus suis posset inducere falsa testimonia et falsa iudicia ad defensionē amicoz suoz cōtra veritatē. qđ rō nō pmittit. maxie autē plis ꝑgruit qui sunt pfessores sapie. Que q̄dem sapia est cognitio veritatis. z ideo specialiter valet ad veritatē defendendā. Qđ aūt magl debem⁹ honorare veritatē q̄ hoiem. pbař p hoc qz nō diligimus hoiez nisi. ppter veritatē. ģ magis amanda est veritas. Ideo Plato reprobando opinionē Socratl magistri sui dixit q̄ oportet magis curari de veritate q̄ de alio. Xps autem volens nos docere veritatem amare z honorare dicit. Si id est quia veritatē loquor vobis. Cur non creditis mihi. quasi di. vtiq; credere deberetis veritati. At Johis. xiiij. dic̄ se eē veritatē. Ego sum inquit via. veritas z vita et quare hoc fecit. ideo vt ipsa ab hoibus amaretur. Heu bis temporibus a multis veritati detrahitur. captiua dtinetur. vndiq; impugnatur et sternitur. ac vili precio venditur. De primo est illud Job. vj. Quare detraxistis sermōnib⁹. De secundo exponitur illud Roma. j. Veritatē iniustitia dtinet. quia vix inuenitur qui velit eā dicere. iuxta illud Sene. Monstrabo tibi qđ iudicium possidentibus desit. s. q̄ verū dicant. de tercio itelligit illud Isa. lxix. Corruit i plateam veritas. Et illud Dañ. viij. Prosterneť veritas in terra vbi dicit glosa. Veritas prosternitur in terra quādo aliquid terrenū pre ponitur veritati. De quarto habeť illud Prouer. xxviij. Qui cognoscit in iudicio faciē nō bene facit. Etiā talis p buccella panis deserit veritatē. Multi eм hodie deserunt veritatē. ideo fugiat ab eis doctrine veritas. sicut ecōtrario sequitur veritas doctrine eos qui habent veritatez vite. iuxta illud Eccl. xxxj. Volatilia ad sibi consimilia conueniunt. z veritas ad eos qui operantur eaz reuertetur. Tercium quod declarat xpi innocentiam est sua humilitas que tangitur in hoc cū iudei dicebant. Nonne bene dicimus qz samaritanus es tu z demoniū habes. rndit Jhesus. Demoniū nō habeo sed honoro patrem meum. sed vos inhonoratis me. Ego nō quero gloriā meam. In hoc igitur q̄ xps gloriam ꝓpriam non quesiuit dat nobis doctrinā vt gloriam que seli deo congruit non queramus ne fures predicemur. Fur enim qui subtraheret rem caram vt purpuream vestē regi in qua rex vellet gloriari p seipsum. Si fur in veste sic furata gloriaz quereret merito a rege puniretur. Spiritualiť rex ē christus deus qui habet rem caram z preciosam. s. gloriam que soli deo debetur. iuxť illud. j. Thimoth. j. Regi seculoz deo immortali inuisibili soli deo ipsi honor z gloria in secula. Et per se dicit dominus Isa. xlviij. Gloriā meam alteri non dabo. Idcirco hō qui ad similitudinē furis sibi attribuerit gloriā merito puniť et necať Quod figuratū est. j. Machab. vj. Anthioch⁹ veniens contra iudam machabeum ad pugnaz multos secum elephantes habuit. inter quos p̄cipue vnus maior erat in quo anthiochus residebat. Eleazar cupiens sibi nomen magnū obtinere. bonis armis munitus aggressus est elephantem. quem strenue percutiens superauit z occidit. sed incaute circa illum remanens sub eo mortuus est. Moraliter anthiochus interp̄tatur paup filiēs. z significat dyabolum. q̄ ido pauper est eo q̄ eternas diuitias pdidit. de quibus. ps. cxj. Gloria z diuitie in domo eius. Ez Eleazar bonis armis munitus significat quēlibet hoiem virtutibus ornatū. quib⁹ mediātib⁹ vincit elephantē dyabolū. Si autem querit laudem z gloriam de virtutibus suis spualiter moritur. iuxta illud Grego. Sub hoste quem prosternit moritur qui de virtutib⁹ gloriať. Jō. b. Aug. li. soliť. dicit. Qui laudari vult de suo dono. z nō querit in illo gloriam tuam furari vult Domine formator meus ex vtero matris mee

ne sinas me cadere in illam exprobrationem ne exprobretur mihi furari voluisse gloriam tuam Tibi gloria.laus ⁊ gratiarũactio cuius est omne bonum. Et alibi in eodem libro dicit. Gloria patri qui fecit nos.gloria filio qui redemit nos gloria spiritui sancto qui glorificauit nos. Gloria summe ⁊ indiuidue trinitati cuius opera inseparabilia sunt.cuius imperium sine fine manet. Te decz laus.te decet hymnus.tibi debeť omnis honor.virtus ⁊ fortitudo deo nostro in secula seculorum. Ecce qualiter glorioſus ille doctor soli deo gloriaz dat ⁊ ascribit. Sic ⁊ quilibet nostrum faciat cum.ps̃.cxij. Non nobis dñe non nobis.sed nomini tuo da gloriam. Est tamẽ notandum in quolibet homine duo considerãtur Primũ est ipe hõ. Scõm est donũ dei qõ in ipso est. Si eñ gloriať de ipso dono dei inq̃tum hz illud a dño deo bona gloriatio.qz i dño gl'atur Nã ⁊ hoc p̃cepit apl's.ij Chor]. xij. Qui gl'iať i dño glorieť.q.d.de bono ope non sibi sed deo gloriaz tribuat. Qui eñ sibi attribuit potest dicere verbuz hoc euãgelij hodierni. Si ergo glorifico meipsum gloria mea nihil est. Quia si qs gloriatur de dono quasi de se habito mala ẽ gloriatio.qz de se nihil habet iuxta illud dictũ apli Quid hẽs qõ nõ recepisti.q.d.nihil. Et si accepisti qd gloriaris quasi non accepis. Ideo apostolus.ij. Chor]. xij. Pro hmõi visione vel honore ⁊ donis collatis gloriaboz in dño pro meaũt nihil gloriaboz.q.d .a me nullã habeo materiã gloriandi nisi in infirmitatibus meis. Nã si voluero gloriari non ero insipiẽs.q.d. Quia nõ facio hoc inane ⁊ sine causa veritatem nõ dico. Parco aũt.id est parce me laudo.ne quis existimet.scz me inaniter gloriari . Quartũ quod ostẽdit xp̃i innocentiam fuit magna mititas.qõ patet in hoc q̃ de conuicijs sibi iniectis ⁊ iniurijs illatis a iudeis q̃ videlicet dicebãt eum demonium habere noluit se vindicare .sed voluit
D libere condonare.sicut testatur Bern.sup cantica.sermo.lxxxix.dicẽs . Tam liberaliter dñs donauit iniuriam vt iam nõ damnet vlciscendo nec reiteret imꝓperando .nec minus diligat imp utando. Nam de sua mititate aut mansuetudine p̃dixerat ipse hiere.xj. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimã . Et Mat. xj. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde vbi dicit glosa Mitez ideo se dixit.quia cessit reprobis.⁊ vicit in bono malum.⁊ omnia equanimiter sustinuit. Ecce homo christiane christum a quo diceris christianus.⁊ sis sicut ⁊ ipse mitis ⁊ mansuetus.quia hec virtus multa bona tibi confert. Primo vitam corporis cõseruat. Prouerb. xj. Clementia preparat vitam . ⁊ sectatio maloꝝ mortẽ. Et in eisdem Prouerb. xij . Qui suauis est viuit i moderatõibus. Scõm bonum est q̃ animam conseruat.iuxta illud Eccl.x. Fili in mansuetudine serua animam tuam .Mansuetudo eñ est sicut antemurale aie lapides diuinorum verboꝝ leniter excipit. ⁊ ideo ictꝰ frustrat ⁊ hominem a lesione custodit ⁊ conseruat sicut etiam vasa vini in feno vel etiam in alio nõ nulli inuoluunt.⁊ sic a fractõe seruanť. Sic etiã mansuetudo aut mititas animam seruat ne ira eam frangat. Tercium bonum est q̃ hominem delectat iuxta illud ps̃.xxxiij. Mansueti autez hereditabunt terram.⁊ delectabuntur in multitudine pacis. Est eñ mititas sicut culcitra mollissima in lecto floride conscie . in qua anima a mundo quiescit. Ideo potest dicere q̃libet talis Cantic.j. Lectulus noster floridus . Sed sunt heu multi qui conuicia sibi obiecta nõ solũ exemplo xp̃i nõ remittunt.sed imꝓperando reiterant.⁊ interdũ ob paruum ꝓuicium cũ se iniuriantibus diu loqui refutant.de quibus dic̃ btus Aug.i cõibus sermonibus.sermõe.xviij . Nos interdum ociosis fabulis ⁊ sepe ob paruissimuz ꝓuiciũ.imo quandoq; ꝓpter signũ ita delinquimus caritatem vt nõ solum multis diebus sed etiam mensibus nec loqui nec amicitiaz hẽam? nec attẽdimus.qz cum nos odium inuicẽ habemus muros ciuitatis sancte hierusalem sic contra nos claudimus vt nullus nobis remaniat aditus p quem possimus . Quartum quod demonstrat xp̃i innocentiam est caritas.quia propter cõuicia sibi illata ex mera adhuc caritate a predicatione ⁊ a beneficijs cõferendis non cessauit. Quia caritas sua habuit se primo sicut dorsum.qz sicut dorsum est multarum lesionuz susceptiuuz.qz patitur verberationem.excoriationẽ ⁊ multa alia mala.⁊ qñq; de alioꝝ mẽbrorum culpa sepe sustinet penam. Sic christus ex sua magna caritate qua dilexit nos hiere.xxxj multa sustinuit opprobria ⁊ ꝓuicia . nec tamen ꝓpria subtraxit bñficia sua. Jb dicit ps̃.lxviij. Qm̃ propter te sustinui opprobrium operuit cõfusio faciem meam. Secundo sua caritas habet se sicut ferrũ calidum. Sicut eñ ferrum calidũ flexibile est ad ea que homo cõcupiscit quod ò frigido fieri nõ põt.qz de eo nõ põt aliq̃s facile opari nec potest flecti sed frangiť sub metallo. Sic caritas christi quasi ferrum calidum fuit delectabilis ad omnes.vt nec deesset suis capitali
E bus inimicis. Quãtũ ad scõm ponitur iudeozũ malicia cum dicit. Tulerũt lapides iudei. Moraliter ò hoc loquẽdo sciendũ multi sunt qui adhuc christũ in celo regnãtẽ solẽt lapidare. Primi sũt superbi excusatores qui mittunt lapides excusationis contra christum figurati per semey qui mittebat lapides contra dauid . vt ha-

betur.ij.Reg.xvj.Et bi inquã excusatores sunt triplices.Aliqui em dicunt q̄ speciositas ꝛ bonitas rerum creatarum allicit hominẽ ad peccandum.ꝛ sic p illa creata volũt a peccato suo superbi se excusare.Contra quos dicit spiritussanctus Sap̃.j.Creauit deus vt essent omnia .et sanabiles fecit natões orbis terrarũ nõ est in illis medicamentũ exterminij .quasi diceret. In omnibus rebus quas deus creauit et posuit in mũdo nõ est infectio ad creandum peccatum si homo nõ fecerit excessum.Ideo nõ est imputãdum bonitati eoꝝ vel speciei vel forme.si hoies amore mundanoꝝ ꝙtra honorẽ dei fungunt .ſꝫ tñmodo puersitati hoim.qz male vtunt rebus creatis.Ideo dicit.b.Aug.de vera religione .c xxxviij.Nec aqua mala nec animal quod in aere viuit.nam iste substantie sunt. sed malum est voluntaria p̃cipitatõ.ꝛ in eo suffocatio.Exemplum aliud subdit.Stilus inquit ferreus alia pte qua scribimus ꝛ ex alia parte qua delem⁹ fabricatus est in suo genere pulcher.ꝛ ad vsuz nostrum accõmodat⁹.ꝛ si q̄s cum ea pte scriberz qua delet ꝛ ea velit delere qua scribebatur.nullo modo stilus malefecerit sed ipse factor in re vituperaretur.hec Aug.Alij aũt se excusant dicentes carnis fragilitatem ad peccandum eos compulisse.Quod etiam excludit spũsactus p verbũ sapiẽtis iam allegatũ q̄ dixit. Non est em in illis medicamẽtũ exterminij.q.d.In carne nõ est necessitas ꝙcupiscẽtia vel exterminãs ad p̃cipitiũ peccati sed tñmodo incitãs quam hõ p peccato meruit.ꝛ de ea si velit,pficit si resistit.Unde Grego.ix.moza.c.xxvj.Superna dispensatione ꝛ tota intẽtione sic fit vt nos seruientes carni nostre permittamur impugnationibus concuti ne mens nostra audeat in superbiam per p̃sumptionez sue securitatis eleuari vt cum pulsata trepidat in solo autoris adiutorio pedem spei figat.Ideo dicit Gregorius.ix.moraꝝ.Ad ima quippe trahit coz ne extollatur spiritus.ꝛ ne pertremat caro spiritus leuat me iaceamus in infimis.Caro aggranat ne extollamur ex infimis.Et sic ẽm grego.quodam cerro moderamine fit vt carne depremente sed nõ prosternente homo desperationis lapsum caueat ꝛ spiritu eleuante.ꝛ tamen temptationes sentiente superbie casum euadat.Et si dei spiritus trahit ꝛ caro retrahit subtilissimo interni iudicij moderamine infra summa ꝛ super infima qõ ammodo homo liberatur.ꝛ ideo patz q̄ nõ est in hoie necessitas ꝙcupie compellẽs ad peccandũ.Quia dicit sapiẽs Eccli.xvj.Deꝰ ab initõ cõstituit hoiem.ꝛ reliquit eũ in manu ꝙsilij .adiecit mãdata ꝛ p̃cepta sua Et Sap̃.ij.Deus creauit hominẽ inexterminabilem ad imaginẽ similitudinis sue creauit illũ.Tertij se excusãt a petõ ꝓpter demonũ infestatõz.ꝛ hãc excusatõem excludit spũssanctus p hoc verbũ Sap̃.j.Nec inferoꝝ regnũ i terra.q.d.dñium demonũ nõ est in homibus viuẽtibus in terra ꝛ de terra existẽtibus.Et ideo licet hoibus etiã p̃nt suggerere malum ꝛ temptare.nullo tñ modo p̃mittuntur hominẽ violẽtare .quare dominiũ nõ habent i homie nisi homo eis sponte p libeꝝ arbitrium subdi velit aut consentire.Ideo dicit.b.Bern. sup Cant].sermo.lxxxvj.Impulsoz hois ẽ dyabolus.impulsoz est mundus.impulsoz homo. Quis iste hõ sit q̄ris q̄sq̄ sui impulsoz?noli mirari vsq̄ adeo.hõ impulsoz est sui.ꝛ suimet p̃cipitatoz.vñ pulsante altero.s.dyabolo vel mundo nõ fozmides.sed ipse a te,ꝓpias contineas manus.i.nõ ꝙsentias.Et notandũ q̄ illi q̄ his tribus modis excusant pctã sua frequenẽ nũq̄ vel vix penitent.sicut innuit beatus Augus.dicens.Hic cautiozi opus est cõtinentia qua cohibeatur homis supbus appetitus quo placet sibijpsi.ꝛ si nõ vult sibi culpabilis inueniri dedignaẽ cum peccat cõuinci q̄ peccauerit.non suscipiens accusationẽ sed excusationez. Contra quem,ꝓpheta in p̃s.cxl.Non declines coz meũ in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Secundi qui lapidant deum sunt iracundi turbatozes.In cozde em̃ iracundi hospitia spirituisancto turbant. Quia dicit Grego.Dum ira animũ pulsat sanctospiritui suam habitationez turbat.Quod inhibet apostol⁹ ad Ephes.iiij.Nolite spm̃sanctũ ꝙtristari.ꝛ in hoc deũ lapidãt dũ hospitium spũssancti turbant. Hec aũt est,ꝓprietas lapidis ad irã .quia sicut lapis ẽ ponderosus sic ira hominis grauis est alijs tam extraneis q̄ amicis.iuxta illud Eccli. xxvij.Graue est saxum.et onerosa ẽ harena .ſꝫ ira stultivtroq̄ grauioz est.Ideo dicit in eodez c.Spiritui ad irascendum facile quis poterit sustinere.Et iterum.Impetum concitati spiritus quis sustinere poterit.Qđ autem iracũdus ad instar lapidis est grauis amicis dr.Prouer. xxij.Noli esse amicus homi iracũdo.Et triplici rõne nõ debet hõ querere amicicią hois iracũdi.Prima qz nõ durat tal⁹ amicitia.Ignis enim ire cõburit i eo viculũ amor].Secda qz homies iracũdi sunt velut lignũ ignitũ.quod consueuit exurere euz qui illud tetigit.Tertia quia sunt sicut lignum spinosum quod pungit complectentes se.Ideo familiari amore amplectendi non sunt.Licet enim aliquis amet omnes arbozes eas tamẽ que spinas habent libenẽ declinat.sic licet omnes homies sint amãdi tñ familiaritas iracũdoꝝ declinãda est.vt dicit Guil.i summa viciozum in tractatu de ira.Tercij qui lapidãt

christum sūt iniqui fornicatores qui etiā habēt proprietatem lapidis. quia inuenitur lapis qui mollis est ⁊ dissolutus. Sic etiam fornicatores molles sunt ⁊ dissoluti ī verbis suis. Audi ꝙ ipi christum lapidant. quia luxuriam suam deo imputant dicentes vt narrat Aug. libro de continentia. Cur inquiunt deus creauit mulieres nisi vt cum eis peccemus. ⁊ non dicunt. Cur deus subuertit sodomam ⁊ gomorram. Cur mundum d̄leuit diluuio quia tota caro humana corrupta erat. illis tamen indulsit qui erant in matrimonio quemadmodum ad huc indulget his qui debito ordine in matrimonio vtūtur. sed ab eo quod prohibuit summopere caueat̄. Quarti qui lapidant deum sunt excessiui gule amatores qui his verbis quasi lapides iaciunt contra deum quare inquiunt deus creauit ista nisi vt comedamus ⁊ bibamus. cur ista ita naturam nostram inclinant vt vix passionez appetitus vincere valeamus ergo consentiamus affectionibus nostre carnis quia naturales sunt naturalibus aūt nemo peccat. Contra quos Aug. li. d̄ continentia dicit. Deus em̄ perfectam naturaz condidit. sed ipa se necessitati passionū subdidit q. d. Non est in deo iniquitas. sed in te qui malis tuis affectibus resistere deberes ⁊ posses si velles. Et subdit Aug. Si dicis cur dat ista deꝰ si displicent. Ita ego dico. Cur punit deus ista si placent. sicut puniuit iudeos in deserto cum sedit populus manducare ⁊ bibere cum gula videlicet ⁊ non necessitate. Et ideo occisi sunt. xxiij. milia. Quinti qui lapidant christuz sunt auari ⁊ raptores. d̄ quibus dicit̄ Ecc̄i. xxj. Qui edificat domum suam in prandijs. id est expensis alienis. Glo. ꝑ rapinā collectis quasi q̄ colligit lapides in hyeme. dum videlicet cor eius infrigidatur ⁊ contra dominiū induratur Et subdit penam ipsorum. Stuppa collecta scz ad incendium. synagoga peccantium ⁊ raptorum. ⁊ consumatio illius flamma ignis. s. infernalis sicut in presenti arserunt igne cupiditat̄. Sexti sunt inuidi vastatores. quia in sua inuidia seipsos vastant. sicut dicit Angus. libro de ecclesiasticis dogmatibus. Inuidia nemini nocet nisi sibi primum. Sicut ignis seipsuz comburit ita te prius inuidia consumit ex te veniens teipsum vastat. Sicut enim humor primum est in radice. demū transfunditur in ramos. sic inuidia primum veneno te ꝑimit. deinde alios occidit. Isti inquā tunc lapidant christum dum de quolibet bono proximi faciunt sibi lapidem ad quem pedem affectus offendant. De quibꝰ dicitur Ecc̄i. xxj. Via peccantium complantata lapidibus. Septimi ⁊ vltimi sunt accidiosi neglectores qui ex pigritia sua multa bona opera negligunt. propter quod maledicuntur per prophetam Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus suum negligenter. ⁊ hi lapidant deum quando calor caritatis in eis cessat vt maneant frigidi. iuxta illud Ecc̄i. xliij. Gelauit christallus ex aqua. Vl' tunc lapidant deum quando ascribunt fato que faciunt ⁊ se asserunt impulsos per sidera ad peccandum. quod tamen non est. quia dicit Ptholomeus ꝙ astra inclinant sed non necessitant. licet enim astra aliquem inclinent ad pigriciam. aliquem ad furtuz. ⁊ sic de alijs. tamen quia tales inclinationes non sunt naturales subsunt libero arbitrio aut voluntati. si voluerit huic inclinationi locum dare. Si autem noluerit cum dei adiutorio potest peroptime repugnare vt trahitur ex quadam glosa. extra de sum. trini. ⁊ fide katholica. c. firmiter. Et qꝛ his modis lapidant christum. ideo lapidari merentur iuxta illud Ecc̄i. xxij. In lapide luteo lapidabitur piger. et omnes loquentur super aspnationē eius Et iterum de significationibus verborum. Lapidatus est piger et omnis qui tetigerit eū grauat manus suas. vbi dicit glosa. Tūc lapide luteo lapidabitur piger. quando increpatiōe dura ⁊ conuicijs plene increpatur. Omnis qui tāgit eum concutiet manus. quia onerosus est hominibus et libenter expediunt se ab eo. nos autem non sic charissimi. sed abijciamus om̄es lapides istos peccatorum. et suscipiamus humiliter christum ne fugiat a nobis sicut a iudeis. de quibus verba sonant prelibata. Tulerunt lapides iudei.

Feria quarta post Judica.

Ego dominꝰ deus vester. nō facietis furtum. nō mētiemini ⁊c̄. Leuit. xix. Constantinus li. de melancolia dicit. Cum dentes sanguinem egesserint. mox grauitas ⁊ desidia totius corporis. aut capitis repellitur. Nam sanguis si nimius fuerit in corpore aut capite in regione corporis aut capitis efficit grauitatem. qui si egestus vel emissus fuerit efficit leuitatem. ⁊ communiter totius corporis vel hominis sanitatē. Moraliter omnes christi fideles in christo regenerati ꝑ baptismū sūt membra christi. ⁊ sic faciūt sub capite xp̄o vnuz corpus mysticū. ꝓpter qd̄ dicit apostolus. j. Chor. xij. Etem̄ in vno spū scz eius omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. siue iudei siue gentiles. Illius inquam corporis mystici sunt doctores dentes quia sicut officium dentium est cibum masticare. frangere diuidere ⁊ conterere. deinde vero membris destinare. Quia scd̄m medicos prima digestio ciborum fit in dentibus. scd̄a in stomacho

qui deinde dirigit purum alijs membris. Sic officiū doctorum est sacram scripturam frangere et diuidere et masticare principaliter sicut fecerunt Augus. Hiero. Gregorius. Ambrosius et Bern. Et moderni temporis doctores adhuc quottidie faciunt. de quibus omnibus dicit spō sus christus sue sponse Cantico. iiij. Dentes tui sicut greges tonsarum ouium que ascenderunt de lauacro. vbi dicit glosa. Dentes qui peccata rodunt scripturas atterunt sunt doctores fortiores. et sunt quicunq; ad regendam ecclesiam apti firmati prevalent. Et dicunt isti dentes sicut greges ouiū, pter innocentiā. tonsarum propter pauptatem voluntariam p̄ quā ab eis oia superflua et quandoq; necessaria auferūtur que descenderunt de lauacro. quia a baptismali regeneratione proficiunt ascendentes de virtute in virtutem. Isti inquā doctores designati p dentes debent egerere et extrahere sanguinem. id est peccatum a corpore mistico. Quia heu tā abundant peccata et iniquitates in corpe misti co ex quo refriguit charitas multorū. Mat. xxiij. Ut cum sanguis peccatorum fuerit egest⁹ allenier mysticum ip̄m corpus p qđ doctor oīm doctor deus in hodierna epistola studet egere re et extrahere a corpore suo mystico multa pecata. vt furtū mēdaciū. et sic de alijs. vt ḡuitas quam causant peccata repellat cum dicit. Ego dns deus vester. s. inhibeo vobis non furtū faciatis ꝛc. In qua quidem epistola tria facit principaliter. Primo describit decretum obligās ibi Nō furtum. Secundo adducit exemplum regulans. ibi. Diliges. Tertio concludit preceptuz implicans. ibi leges. De primo est notandum. domini terreni p̄sueuerunt ponere decreta et statuta populis qui in ipsorū, puincijs morant. q̄bus statutis omnes adeo obligantur. vt si quis hoc decretum regni preterierit impunitus non euadit. ad quod, pbādū legit Dan. iij. q̄ rex nabuchodonosor dedit decretū. et illud voce p̄conia edici iussit. Quicunq; audiēs vocez tube vel fistule ꝛc. non statim veniret et cadens in terrā statuam auream adorare in fornacem ardentis ignis mitteret. Accidit q̄ tres pueri Ananias Azarias et Misabel statuam p̄m decretum regis adorare recusarent. quare a magnatib⁹ accusati et in ignem ardentis fornacis sunt iactati ꝛc. Spiritualiter deus oipotens est magnus dns et laudabilis nimis. cuius tota terra est et plenitudo eius orbis terraruz et vniuersi qui habitant in eo. In hac quidem terra multa fecit decreta que p preconem suum Moysen sunt dudū pclamata. et vult oia illesa obseruari. et primo statuit decreta negatiua que ordinant inferiores. Secdo q̄ ordinat superiores. ibi. nō facias qđ ē iniquū. tertio que ordinat mediocres siue pares. ibi nō eris criminator. Primū igit decretū ē negatiuū ordinans inferiores cum dicit. Nō furtū facietis. In hoc decreto, phibet dns oēm cōtractionē rei aliene, puenientē ex cupiditate vel iniuria. Quia dicitur. xiiij. q. v. c. penale. Furtum est omnis illicita aliene rei vsurpatio vl cōtractō. Et dicitur notanter ex cupiditate ꝛc. q̄ ptractio rei aliene licite potest fieri tribus modis. Primo quādo fit ex obedientia et non ex cupiditate. et hoc modo excusant a furto egiptiorū iudei qui deo iubente paruerūt. Nam legit Exo. xij. q̄ dixit dns. Petat vir a proximo suo et mulier a proxima sua vasa argentea et aurea et fecerunt filij Israbel sicut p̄ceperat dominus p Moysen. et petierunt ab egyptijs vasa argentea et aurea vestemq; pulcherrimam. Dedit autem gratiam dns populo coram egyptijs vt ac cōmodarent eis. et sic eos spoliauerūt nec tñ furtum fecerunt. Quia dixit archidyaco. Guido i rosario sup decretū. Quicquid accipit ex mandato dei qui est dns vniuersorum nō est furtum Nec⁹ si causa cupiditatis hec fecisset. Quia etiam dicit Guil. Illi qui ex cupiditate egyptiorū bona asportauerunt peccauerunt. Qui autem pter obedientiā hoc fecerunt meruer ū t. Aliā cām excusat ōnis a furto ponit Nico. de lyra su per Exo. xij. dicens Egyptijs hebrei i multi ser uierunt valde. nec recompensationē sui laboris habuerūt. nec violentie sibi facte et submersionis paruulorum suorum habuerūt aliquā emendā et recompensam ideo egyptij tenebantur eis in multis. et quo ad hoc dr Sap. x. Reddet deus iustis mercedem labiorz suorz. Hic dic aug. xiiij. q. v. c. dixit dns. Nō inquit hinc quisq; sumendum exemplū putare debet ad expoliandū isto mō, primū. hoc em dns iussit q̄ nouerat q̄d quēq; pati opteat. nec isrlite furtū fecerunt sed deo iubēte misterium fecerūt et p̄buerūt. Sz h incidūt aliq̄ q̄stiones. Prima an liceat aliq̄d auferre auaris diuitibus et dare illa paupib⁹. Ad hoc dr q̄ non. qz. b. Aug. i omel. et ponit. xiij. q. v. c. forte. Forte aliquis dicat et cogitat. multi sunt xp̄iani diuites. auari et cupidi. non habeo pctm̄ si quid illis abstulero et paupibus dedero Illi em̄ nihil boni faciunt nec mercedē hre poterint. sz hmōi cogitatō dyaboli cupiditate suggeritur. nam si totum tribuit quod abstulit ad dit potius pctm̄ q̄ minuit. hec Aug. Secdo an rem sibi p̄cessam ad vtendum si alij accōmodauerit furtū cōmittat. verbi gra. Aliq̄s cōcessit tibi equū ad vsum tuū vel aliam rem quocunq; noie censeat. et tu illam cōcedis alij ad vtenduz Rñdet q̄ tu furtū cōmittis. qz res hec nō erat tibi cōcessa ad vsum istum. Silr et credit furtuz

committi si pignore sibi obligato vtatur. vt. ff. de pignore. Si pignore creditor vtatur furti tenetur. Et breuiter vbicunq; inuenies contracti onem aliene rei factam contra voluntatē domi ni intellige furtum cōmissum nisi tibi dominus esset consensurus. Sed diceres qualiter estimatur dñm cōsensurū Rñdeꝝ rone familiaritatis ꝛ specialis dilectiōis. vel rone nobilitatis ꝛ hone statis vite. Tercia an ille cōmittat furtum qui equum vel aliam rem sibi accōmodatā ad certum terminū vel ad locum illum procedit cū illa re. vt sic habes equū concessum ad. xx. milia ria ꝛ equitares. xxx. Rñdet Raymū. q furtum cōmittis nisi i casu vt si credas te hoc facere domino volente tunc non facis furtum. quia nō facis dolum inuito domino Justitu. de verborum obli. l. licz. Idē potest intelligi ō illo qui vtitur re deposita ad ipm quod valet committat furtū ff. de condi. fur. l. Qui furtum. Et hoc intellige quando ei est prohibitum ne re deposita vtatur alias non. Secundo contractio rei aliene potest fieri licite quando fit ex cautela. vel si esset furiosus habens gladium quo vellet aliquē necare. Si quis gladium ei furaretur ibi furtum non committeretur. Si tamen cessante furia ei restitueretur vel remanente insania sibi in alia re satisfaceret pro gladio sic ablato. quia dicit Aug. in epistola ad Macedonium. ꝛ habetur. xiij. q. vj. si res. Peccatum inquit non dimittitur nisi ablatum restituatur. Tercio quādo qs ex mera necessitate furatur panē cum esurit ad mortem talis a furto excusatur. Sic excusatur qui rone frigoris furatur vestem. Ideo dicitur de conse. distin. v. c. discipulos. Cum p segetes transeundo euellerent spicas ꝛ ederent. ipsius xpi vox innocentes vocat q quasi coacti fame hoc fecerunt. Ibi dic Piero. c. quicquid. Quicquid in necessitate fit cito soluiē. qō voluntate accipitur pseuerat. Glo. nisi restituat. Ideo legit in vitaspatr li. j. c. xiij. Quidā pater dictus Caprer habuit ortulū i quo semp venientes patres ꝛ frēs olera babebāt. Quidā aūt gentilis ingressus est nocte ꝛ furatus est olera. que cum portasset ad domum igni apposuit vt coqueret Sed tribus horis ingenti igne appositō. neq; ferueri neq; calefieri potuerunt sed permanserunt in eadem viriditate qua missa sunt. ꝛ ideo accepit de igne. ꝛ viro sancto reportauit. et veniam postulauit. Secundum decretuz quod ponit rex celestis qui dicit hic. Ego dominus deus vester. est de mendacio vitando cum dicit. Nō mentiemini. Ubi nota mendaciū diffortmat hominem specialiter propter tria. Quia est rationalis dei indago. ꝛ finalis dei propago. ꝛ naturalis dei imago vt dicit Robert⁹ holcot super libro Sap. lectiōe. xj. Primo rōnal'hō ē dei indago. id est indagatō vel inquisitio. ꝛ ppē hoc factus ē intellectualis a deo. ꝛ ideo sibi falsitas mēdacij repugnat cum nisi veritas sit bonū intellectus cōstat q falsitas est eius malū ꝛ corruptio. Un Aug. in Enchiri. li. xxij. Vis naturalis refugit naturaliter falsitatem. ꝛ quantū potest euitat errorē. vnde falli etiā nolunt qui amant falsitatem aut fallere. Et ideo sicut ois creatura rōnalis appetit veritatē ꝛ sciaz naturaliē ita ois creatura rōnalis detestari dz mēdaciū. Jncui⁹ figura legimus Heñ. iij. q dyabolus primo mētiri cogitauit noluit i aliqua effigie rōnal'ere nature vl'ppria effigie appere q̄si nobilitate sue nature. p q̄nto rōnal'erat mendaciū displiceret sed talis bestie accepit effigiē q̄ nature humane magis inimicat ꝛ repugnat. in signū q mendacium venenū est humāe nature. Sicut eñ venenū corpus occidit. ita mendaciuz animā. iuxta illud Sap. j. Os quod mentit occidit animam. Et quāto aia ē nobilior corpe tanto videt detrior mēdax venefico. ꝛ ideo rōnabiliter sim'cō burunt vel ordinabunt in die iudicij. ꝛ a societate dei ꝛ sctōz expellent. iuxta illō Apoc. xxij. foris canes ꝛ venefici ꝛ ois q̄ amat. i. delectat mēdacia, pferēdo ꝛ facit mēdaciū. Et dic notāt foris canes ꝛc. Nūcij vel alij q̄cūq; mozātes in curia pape, p negocijs expediēdis. accedūt palacium ꝛ inter fores seu portas expectāt donec possent per aliquem introduci ad papam. Sed qñ pulsatur ad fores cum certa campana pape oēs recedent tristes ꝛ territi q p illo die spāle colloquiū nō habebūt. ꝛ ideo statim egrediunt pallacium ꝛ ad sua hospitia vacui reuertuntur Spiritualiter summus pontifex est christus. iuxta illud Hebr. ix. Xps assistens pontifex futurozz bonozz. Ad cuius curiā veniēt oēs hoies ad diē iudicij. ij. Chor. v. Omnes nos manifestari oportet añ tribunal xpi. ꝛ tunc aliquib⁹ dicet q intrēt ad xpm Math. xxv. Intra in gaudium dñi tui. Et itez. Venite bñdicti pris mei percipite regnū. Sed alijs pulsante campana. id est tuba sonante clamabit p angelos. foris canes ꝛc. Quia dr. Math. xiij. Malos aūt forris miserūt. Sic erit in cōsumatōe scli. Exibūt āgeli ꝛ sepabunt malos de medio iustoz ꝛc. Et nō ē mirū si mēdax eijciet a xpo. qz naturaliter vnū ptrariū expellit reliquū. Modo xps veritas Johis. xiiij. Ego inquit sum via. veritas. et vita. ergo necessario hō medax eijcit a xpo iuxta illud Math. xxv. Inutilez seruum eijcite in tenebras exteriores. Dicitur q si fiat circulus ō terra hybernica tāte potētie ē terra illa q nulli animal venenosum pōt circulū intrare. Vel si fuerit inclusum non poterit exire nisi aliunde

Quarta Ad Post Judica

violenter eijcietur. Terra ista designat veritatē de qua in psal. lxxxiiij. Veritas de terra orta est Ista terra potissima circūiuit et muniuit christū mō vsq; ad diez iudicij .homines infecti veneno mēdacij continentur a diuina veritate z impossibilitate quidem est eos euadere cum sit nemo qui de manu eius possit eruere Job .x. Tunc certe circūdabuntur z eijcientur extra circulū istum .et tradentur possessionibus eternis .iuxta illud Roma.j. Commutauerunt dei veritatē in mendacium .propterea tradidit eos deus in passionem. Secundo homo est finalis dei prōpago. quare dicitur .j. Joh.iiij. Videte qualem charitatem dedit nobis dominus vt filij dei nominemur. Sumus ḡ valde generosi. dei em̄ genus sumus vt dicit Act.xvij. Si em̄ ita ꝓtingeret q̄ filius nobilissimi regis cui esset p̄pata deuotissima virgo z nobilissimi generis i sponsā illā repudiaret. z sibi vilissimi ribaldi sumeret filiam in vxorem ipse fatue eligeret z turpe degeneraret. z tam se q̄ genus suum mirabiliter deho nestaret. Mozaliter homo xp̄ianus est ille qui genus dei p fidē z baptismū intrauit. iō de quolibet dicit illud Joh.j. Dedit eis ptātē filios dei fieri. Mō isti p̄cepta est veritas siue supia i vxorē naturaliter. Quia.j. methaphice oēs hoies naturaliter desiderāt scire. Et Sap̄. viij. dr̄ i p̄sona humane nature. Hanc amaui z quesiui mihi eaz in sponsā assumere . Ista veritas fm ber. est figura dei. Mendacium vero est figura dyaboli qui mendax est z pater eius scilicet mendacij Joh.viij. Si igitur homo relicta dei filia veritate copulat sibi vxorē mendaciū filiā dyaboli. turpiter degenerat z magnam verecūdiā facit sibiipsi. z ideo signanter amoz illius sponse nobis interdicit. Sapie.vij. Noli amare mendaciū aduersus fratrem tuum Dicūt em̄ iura q̄ dispar cultus inter cōtrahentes impedit matrimonium contrahendum. et dirimit iam contractum. vt quando fidelis contrahit cum infideli .f. cum pagano vel iudeo. tūc nullum est mr̄imonium. vt. xxviij. q.j. Ex his. z.c. sane. Jō Exod. xxxiij. z Deutro.vij. p̄hibuit dñs dicens. Non accipias vxorem filijs tuis ō filiabus alienarum ne trahant eos post deos suos. Mozaliter homo z omnis creatura ratōnalis colere debet deum .iuxta illud Cathois. Si deus ē aīm̄ vt nobis carmina dicūt .hic tibi p̄cipue sit pura mente colendus. Sed ꝓstat q̄ mendaciū colit dyabolū sicut filj patrē qz radicis vitio sordet ramus nec ulus beres vt inquit Theodolus. Et ideo nemo cum dyabolo ꝓtrahat. qz mr̄imoniū ꝓtingit sine dubio qui accipit filium a patre debet in dotem aliquid recipere .Sed dos quā dat cum filia est infernus .iuxta illud Apocal. xxj. Idolatris z omnibus mendacib⁹ pars illorum erit in stagno igne ardente in pena gehenne z sulpbure quod est secunda mors. Et Ozee x. Ferietis fedus cum mendacio. et germinabit quasi amaritudo iudicium. z tales possunt dicere illud Isa. xxviij. Percussimus fedus cū morte z cum inferno facimus pactū. Dicunt etiā iura. Qui ꝓtrahit p̄mo cū vna z postea cū alia efficit bigamus. vt extra de bigamis. nobis fuit. Et talis coram iudice si agit contra eum mortē nō euadit quātumcūq; sit lr̄atus. qz priuatus ē omni priuilegio clericali. vt de bigamis altercationis .li.vj. vbi dicit glo .Joh.anō. Bigamus nudatus est omni priuilegio clericali et astrict⁹ est foro seculari. nec valet consuetudo in cōtrariū. z p̄hibet sub anathemate ne tonsuram deferat. Sic mozaliter xp̄ian⁹ ois p̄mo ꝓtrahit cū veritate dei filia .iuxta illud Ozee .iij. Despōsabo te mihi in fide. z si postea cōtrahit cū mendacio bigamus efficit. z in iudicio generali mortē euadere nō p̄t. Tertio hō est naturalis dei imago iuxta illud aug.li.xiiij. Imago dei est aīa que e⁹ capax est. z eiusdem particeps esse p̄t. Et ideo sicut in trinitate paterna persona gignit verbū quod est veritas. ita anima nullum aliud verbū gignere debet nisi verax .iuxta illō Eccī .xxviij Ante oia verbū verax p̄cedat a te. Persone nāq; diuersoz regnoz z diuersarum p̄sonax faciliter destruuntur per diuersitatem ideomatum aut linguarū. Nam cōmuniter q̄ gallicū loquit gallicus estimat z anglicuz anglicus .Sic em̄ arguebat cōtra Petz q̄ esset galileus z ex discipulis christi Mathi . xxvj . Vere ex illis es nam loquela tua manifestauit te Mozaliter loquendo duo sunt genera in hac vita ad inuicem commixta. scilicet regnum mundi z regnum dei Regnum christi z regnum dyaboli. Regnuz celeste. z regnum terrestre. Et sicut ista distant in regibus. ideoq; ideomate non concordant. Nā ideoma regni celestis est veritas .iuxta illud p̄s xxxv. Domine in celo misericordia tua. z veritas vsq; ad nubes. Et ideoma regni terrestris siue mundi est falsitas. fm illud Ozee.iiij. Nō ē veritas. nō est misericordia. nō est scientia dei i terra maledictum homicidium .furtuz z adulteriū inundauerunt. Si ergo homo velit perpendere ad quod regnū pertineat videat cui regno in ideomate concordet. Et notandum vltezius mendacium est duplex. Unuz est simplex z sine iuramento. qō dr̄ mendaciū absolute quo fallit ꝓxim⁹. de quo aug. xxij. q.ij. c. btūs ille Mēdacium est falsa significatio vocis cū volūtate fallendi . z hoc p̄hibet dominus in hac epstola dicens Nec decipiat vnusquisq; ꝓximum suum q.d. Nemo defraudare debet ꝓximum suum

Feria

in negotio ꝛ iuramẽto. Quod etiã phibet apls j. Thessal. iiij. Nemo circũueniat fratrez suum. qm̃ vindex est dñs de his omnibus. Et licet theologi inhibẽt deceptoz simplr. tñ iurispiti quo ad hoc admittunt scz ꝙ licitum est contrahentibus se decipe vsq; ad dimidiam partem iusti pꝛecij ꝛ non vltra. vt si emi pannuz dimidia marca possum dare tribus solidis. ꝛ si emens est vltra deceptus potest conuenire decipientem. extra de emptione ꝛ venditione. cum causa. Si igitur quis rem minus dimidio iusti pꝛecij vendiderit emptoꝛ potest agere contra vendentem ad rescissionem contractus. Aliud mendaciuz est grauius cum iuramento. ꝛ dicitur periurium quod est nequiter decipere credentem. vt dicit. xxij. q. ij. c. j. Et hoc pꝛobibet dñs cuz dicit. Nõ piurabis in nomine meo. q. d. nõ sumas nomẽ meũ sup falsa hoc ẽ ei ꝓpꝛie piurare. nec pollues nomen dei tui scz falsa ꝛ otiosa per nomen dei loquendo. nec etiam audiendo. Nã legit in ãnulo li. ij. c. cvij. Cum miles quidam ludouici descendit parisius ꝛ quendam burgensez enoꝛmiter pꝛ iurantem in pugno foꝛtiter percussit. Qui cum reus traberetur ad regem dixit. Domie mi rex si audissem nomen tuum ita blaspbemare. vsq; ad moꝛtem defendissem. quanto plus pro fama eterni regis mihi stare conuenit. Audiens hoc rex pꝛiuilegium ei dedit vt per totam franciam in reos periurij manum mitteret adiutricẽ. Secundo ponit dominus decreta que oꝛdinant superioꝛes. Pꝛimo pꝛobibet ne noceant ꝓ potentiam. ꝛ boc quadrupliciter. Uno mõ ne noceãt illis ꝓpꝛium extorquẽdo. dicit ergo dñs. Non facias calumniaz pꝛimo tuo. Est eñ calumnia pꝛimo quãdo res aliena quibusdã circũuentionibus extorqueẽ. vt dicit Rabanus. quã etiã pꝛhibet. b. Joh. baptista. Luc. iij. qñ ꝙuenerẽt milites ad ipm dicentes. Quid ꝛ faciem⁹ nos. ait illis. Neminẽ cõcutiatis neq; calumniam facia tis. sed contenti estote stipendijs vestris. Alio mõ calumniari est falsis criminib⁹ intendere vel accusare. vt. ij. q. iij. c. si quem ꝛ se. Unde calumniatoꝛ est ille qui crimen alteri imponit. ꝛ ille innocens repiẽ. vt extra de calumniatoꝛibus. c. cum foꝛtius. Et tales calumniatoꝛes dicuntur pꝛincipes iudeoꝛũ ꝛ alij potentes pharisei ꝛ iudei qui cbꝛisto innocenti calumniam faciebant cum sibi multa falsa crimina imponebant ꝛ de multis calumniose accusabant. Pꝛimo eñ accusabant eum de infructuosa occupatione quãdo dicebant Sapie. ij. Circumueniamus iustuz quoniam inutilis est nobis. quasi dicerẽt. Sic arboꝛ que est inutilis ꝛ infructuosa mereẽ excidi. iuxta illud Luc. iij. Excideẽ ꝛ in ignem mittetur. Sic cbꝛistus qui est ociosus in vita ꝛ nullũ fructum affert rei publice. ergo iustum ꝛ licituz est per quamcũq; viam eum excidere et destruere. Hec est pꝛima eoꝛum accusatoꝛia calumnia quam cbꝛisto faciebant. quia nibil eo fructuosius ꝛ vtilius fuit in boc mundo. Ipse eñ fuit lux mundi. Johannis. viij. Nibil autem est vtilius mundo ꝙ lux que totum mundum viuificat ꝛ illustrat. Ipse etiam fuit lignum vite afferens fructus. xij. per singulos menses. Ideo cum mendose de infructuosa occupatione accusare calũniãtur. Secundo accusatoꝛie eum calumniabãtur de malicioza perturbatione. Ipsi enim dicebant eum esse perturbatoꝛem pacis. Et quia bonum finale totius ciuitatis hũane ẽ pax. Quia ꝝm Hieronimum concoꝛdia que est pax paruerres creꝛcunt que in concoꝛdia dilabuntur. Idcirco qui conturbat pacem cõmunitatis dign⁹ est de illa cõmunitate expelli. Sed si ille est perturbatoꝛ cõmunis oim. ergo iustũ est eũ de cõmuni ciuitate oim expellere. hec est scda calumnia quã cbꝛisto qui fuit ꝛ ẽ summa pax faciebãt iuxta illud. Nõ facias calumniã pꝛoximo tuo. Sed false eum in boc calumniabantur. qz ipe fuit ꝛ est summus amatoꝛ pacis. qz pacem appoꝛtauit nobis nascendo quando canebant angeli. Et i terra pax boibus bone voluntatis Luc. ij. Pacem pꝛedicauit dicendo Luce. x. In quãcunq; dom ũ itraueritis pꝛimũ dicite. Pax buic domui. Pacẽ legauit pꝛo testamento ascẽdẽdo ad patrẽ. Pacẽ inquit meã reliquo vobis pacẽ meam do vobis Joh. xiiij. Tertio accusatoꝛie calumniabanẽ eum de impꝛoperosa ꝓtentõe. ac si dicerẽt. Impꝛoperare alicui pctã ẽ viciosũ ꝛ pcis ꝓturbatiuũ. Sed boc fecit nobis xps. sicut habeẽ Math. xxiij. cũ dixit. Ue vobis scribe ꝛ pharisei ꝛ bypocrite q̃ clauditis regnũ celoꝛuz ante homines nec vos intratis. Et itez. Ue vobis qui comeditis domos viduaz. Et itez. ve vobis q̃ relinq̃tis iudiciũ ꝛ miseꝛiam. Et iteruz Ue vobis qui estis intus pleni rapina ꝛ immunditia. Et boc ẽ quod dixerũt Sap. ij. Impꝛoperauit nobis peccata legis. ꝛ ideo dz extirpari. Sz qz manifestũ fuit facinus illoꝛũ iõ merito debuit eos increpare. ꝛ pctis eoꝛ impꝛopare. ne soci⁹ pcti videreẽ. qz dr. lxxxvj. dis. c. facientis. Non inquit caret scrupulo societatis occulte q̃ manifesto facinoꝛi desinit obuiare. Sed quia secundum Salustium in Jugurtino. obsequiũ amicos. ꝛ veritas odiuz parit. ideo factus est eis odiosus. sicut dixit cbꝛistus Joh. xv. Odio habuerunt me gratis. Quarto accusabant eum iudei calumniatoꝛie de iniuriosa seductione. et boc specialiter in doctrina dicentes. Qui cumq; docendo seducit et abducit homines a bonis moꝛibus publice vel occulte. dignus est

Quarta Ad Post Judica

expelli de cõmunitate ꝛ destrui. Sed hoc xp̃us fecit Joh̃.vij. Cum quidaꝫ dicebant. bonus est contra alij non sed seducit turbas. ideo dign⁹ ē a nr̃a cõitate extirpari ꝛ expelli. Sꝫ ī hoc falsedicebãt. qz xp̃s nõ venit pp̃lm suũ seducere sꝫ a petis suis saluũ facere pp̃lm suũ ꝛ qõ ꝓierat q̃rere Luc̃.xix. Venit em̃ filius hominis q̃rere et sal.fa. qõ pe. Et principaliꝫ venit vitã eternã trib uere. Jõ. dic̃. ioh̃.x. Ego veni vt vitã. ſ. gr̃e et gl̃ie habeant ꝛ abundantiꝰ habeãt. Quinto accusatozie eũ calũniabãꝫ de ambitiosa p̃sumptõne dicẽtes. Quicunqz sibi essentialitatẽ scientie dei arrogat quasi peccatũ primi parẽtis replicat. xp̃s aũt hoc fecit. Quia dic̃ Joh̃.xij. Amẽ ipso non veni. sed verus est qui misit me quem vos nescitis. ego aũt scio eum. Et qz scit eum p fecte equalis est ei in scia. Sed in hoc eum falsecalumniabanꝫ. quia hoc quod sic dixit non fuit p̃esumptio. sed humilis notificatio ꝛ experimẽ talis ꝓbatio vt crederent ꝑm qõ dixerunt apostoli. Nunc scimus quoniã omnia scis ꝛ non est opus tibi vt quis te interroget. Sexto calumniabantur eum de superstitiosa blasphematiõe dicentes. Quicunqz dicit se filium dei naturalẽ exigit sibi fieri cultum supstitiosum et semper blasphemat deum. Sed de blasphematiõe scribitur Leuitl.xxiij. Quicunqz blasphemauerit nomen domini morte eterna moriaꝫ. Et hoc fecit christus Johannis.v. Querebant eum iudei interficere. quia deum patrem suum dicebat. equalem deo se faciens. Sed p hoc eũ mendose calumniabantur. quia q̃ filium dei se dicebat nõ fuit blasphemia. sed annunciatio vera. sicut manifestauerunt ꝛ probauerunt opera eius. ceꝯos illuminando. mortuos suscitando. leprosos mũdãdo infirmos curando. quod soli deo ꝓuenit. Quia nemo potest hec signa facere que tu fac̃. nisi deus fuerit cum eo. dixit nicodemus Johannis. ij. Ideo conuersus centurio dixit Math̃.xxvij Filius dei ver⁹ erat iste. Pro morali doctrina ẽ notandum. Sic em̃ iudei christum quasi ociosũ de communitate eijcere ꝛ expellere volebant. ℔ licet continue fuerit in opere. Sic debent rectores ciuitatum expellere ociosos. et hoc faciunt apes. Nã dicit Aristotel̃ lib̃.xviij. Apes a se eijciunt ociosas. Et dicit plinius in speculo naturali. q̃ eas etiam occidunt. et sicut apes nõ mittunt apud se ociosas. sic suo modo null⁹ ociosus debet permitti in republica. Sicut em̃ docent omnes legislatores. ꝛ hoc ratio persuadet q̃ vnicuiqz rei actio ꝓpria assignatur et attribuitur quia si quis negat ꝓprias actiones et operationes negat a rebus ꝓprias essentias vt dicit Auerrois. ix. methaphisice. commentatoꝛ. Idcirco ociosi non sunt permittendi in republica quia ocium est occasio multoꝛum peccatoꝛum. Quia dicit Bern. Temptationum et cogitationum malarum ꝛ inutilium sentina est ocium. In sentinam soꝛdes recipiuntur in nauibus marinis. sic ociosi quasi omnes soꝛdes recipient viciozum. Et p̃cipaliter ocium est occasio luxurie. ebꝛietatis. nugarũ curiosit̃atis ꝛ superbie. De peccato luxurie exemplum ī Dauid qui dum occupatus fuerat in bellis ꝓtinens fuit. Sed tpe ocij adulterium commisit vt habet̃ ij. Regũ.xj. Unde poeta. Querit̃ egest⁹ cur sit factus adulter. Respondet. quia tam desidios⁹ erat. Et Ezech̃.xvij. Hec fuit iniquitas Sodome soꝛoꝛis tue. superbia. saturitas panis. ꝛ abundantia vini. ꝛ ocium. De ebꝛietate ꝛ curiositate. j. Johannis. v. Adolescentiozes viduas de uita. Et subdit. Discunt em̃ circũire domos. nõ solũ ociose sed verbose ꝛ curiose loquentes que nõ oꝑtet. De nugis dicit Bern. Ociositas est mr̃ nugaꝝ. nouerca virtutũ. De supbia ps̃.lxxij. In laboꝛe hominum nõ sunt ꝛc̃. Ideo tenuit eos superbia. operati sunt iniquitatẽ ꝛc̃. Itẽ q̃ in dei voluerũt a se christum expellere quasi tribulatoꝛem. debet mouere quemlibet p̃cipem vel regem. ꝛ generaliter reipublice cuiuslibet rectoꝛẽ. vt turbatoꝛes pacis de cõitatibus expellant qz finis occupationum p̃cipũ est pax sẽ ditoꝝ. Un̄ Vassiodoꝛ⁹ variaꝝ foꝛmaꝝ epl̃a.xxij. docet. Regalis apicis curã scias generaliter custodire ꝓcoꝛdiã. qm̃ ad laudem regnãtis trabitur si ab oĩbus pax ameꝫ. Quid em̃ est quod p̃cipẽ melius p̃decet q̃ quietus populus. concoꝛs senatus. ꝛ tota respublica moꝛum honestate vestita. hec ille. Secundo modo ꝓhibet dñs superioꝛes ne noceant violentiam inferendo cum dicit. Nec vi oppr̃imes eum. scz bona sua manifeste rapiendo vel in persona iniuriam erogãdo. Sed tamen triplices sunt oppr̃essoꝛes Nam tyrãni oppr̃imunt p violentiam. Hoc modo egyptij oppr̃esserunt filios Israel cum dixerũt. Uenite sapienter oppr̃imamus eũ. ſ. populũ Israhel ne forte multiplicetur. Expugnatisq̃ nobis egrediatur de terra in damnũ nostruꝫ. Exodi.j. Et ponitur hic sapienter ꝓ astute. Jõ de illis dicitur Jacobi.ij. Nonne diuites ꝑ potentiaꝫ oppr̃imunt vos. scz in bonis possessis ꝛ ipsi trahunt vos ad iudicia. q. di. sic. Secundo aduocati oppr̃imũt p sapiam. Un̄ Isa.x. dicit. Scribẽtes iniusticias scripserũt vt oppr̃imerẽt in iudicio pauperes. Contra hoc scribunt iura C. de. iudi. l. rem non nouaꝫ. Qõ aduocatus debet querere a clientulo suo qualem causam foueat bonam vel malam. Si malã nõ debet sibi patrocinari ne ꝓtem que iustam cãm habet videaꝫ supplantari. Sed bodie siue causa sit iusta siue

Collegerũt pontifices ⁊ Pharisei consilium ⁊ dicebãt Quid facimus quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Johis. xj. Consuetudo hec laudabilis est hactenus obseruata. Cum aliquis qui est cõstitutus rector ciuitatis vel proconsul audierit aliqua negocia ardua ⁊ communitati nociua instare. non illa cõsueuit per se terminare. sed missis nuncijs solet consiliarios vocare. ⁊ negocia eis propalare. vt illis auditis possint de instantibus communitati nociuis non sinistre iudicare ⁊ in hoc valde bene facit. quia dicit Salomon. vnus de septem sapientissimis grecie. Cum volueris quid facere: non sequaris voluntatem tuam. sed queras consilium per quod scias veritatem. Cui consonat sapiens Eccĩ. xxxvij. Ante omnem actum tuum precedat stabile consilium. Quia in hoc ꝙ rector communitatis consilium audit apparet eius sapientia. iuxta illud Prouerbioꝝ. xij. Qui sapiens est audit consilia. Nã sicut ligamentum ligneum colligatum fundamẽto edificij non dissoluetur. sic ⁊ cor in consilij cogitatione firmatum. Idcirco legitur in historia Alexandri magni. qui quamuis esset sapiens in consilijs inueniendis. voluit tamen secum habere senes consiliarios vt omnia melius regeret. Nam mortuo patre eius dixerunt senes. Multos annos militauimus patri tuo. ⁊ virtus iam non est nobis vt angustias ferre valeamus. Si tibi placet recusetur a nobis militia quaꝫ hactenus egimus. Respondit Alexander. Magis volumus vos habere in militia nostra q̃ iuuenes. quia iuuenis confidens de iuuen tute sua acquirit mortem. Senior autem omnia agit cum consilio. Ecce sapientiaꝫ Alexandri. Et sicut rector ciuitatis debet audire suoꝝ consulum consilia: ita inutilia ⁊ pernitiosa debet refutare. Nã refert Ualerius li. vij. ca. v. ad Tyberiũ ꝙ Themistocles intrauit quodam die cõgregationem potentũ ⁊ sapientũ de ciuitate Atheniensi. ⁊ dixit se deliberasse de quodam negocio quod si ꝓduci possit ad effectum populo atheniensi esset proficuuꝫ. fuit tñ tale ꝙ oportuit occultari ⁊ celari. Unde petijt ꝙ vnus de septẽ sapientissimis ei deputaret̃ cui deliberationeꝫ suam cõmunicaret occulte. Et si ille approbaret primo poneretur ad effectum. Datus est ergo sibi vnꝰ sapiens qui dicebatur Aristodes. cui dixit se deliberasse istud ꝙ se darent ad naues Lacedonioꝝ. qui omnes in vna classe fuerunt in mari vicino ⁊ eos statim incenderent. sic ipsi fierent domini maris ⁊ sic multo potentiores lacedonijs effecti obtinerent de facili totius grecie principatum. Isto audito redijt Aristodes ad contionẽ ⁊ dixit Sicut consiliuꝫ Themistoclis vilissimũ. ita est omnino iniustum. nec publicauit vlterius quale fuit. Statim tota cõtio acclamauit. Quod equuꝫ nõ est nec expediẽs erit nobis. ⁊ iussit om̃ino ꝙ Themistocles desisteret ab incepto. Sic ad ꝓpositũ põtifices ⁊ pharisei collegerũt ꝯsiliũ. qđ q̃dem quo ad hoc vtiqꝫ fuit laudabile. sꝫ qꝛ fuit hoc cõsiliũ ꝯtra Jh̃m innocẽteꝫ ipsuꝫ ad ꝯdemnandũ fuit multũ vituperabile. etiã quo ad hoc ꝙ iniquũ cõsilium Cayphe approbãt ⁊ Jh̃m interficere cogitabant. sic̃ de hoc dicit pñs euãgl. Collegerunt põti. ⁊c̃. In quo q̃dem q̃ttuor tangunt̃ p̃nciplr̃. Prĩo cõsilij cõgregatio. ibi. B B Collegerũt põ. Scđo negocij exploratio. ibi. q̃d facimus qꝛ. Tertio ꝯsiliarij ꝓlocutio. ibi. Unꝰ aũt ex ipsis cay. Quarto cõsiliarij approbatio. ibi. Ab illo ergo die cogita. Circa primum igitur notandum s̃m sacram scripturam et s̃m naturales lumen celi quod solem vocamus. excellit omnia celi lumina. et sine eo non potest A

homo aliq̃d bñ opari nisi habito alio lumie materiali. nã in nocte post recessuz solis nõ possunt hoies opa sua pfecte exercere. Moraliter quid per solẽ qui illuminat intelligiẽ nisi cõsiliũ quod lumie celesti fit qõ ẽ excellẽtiꝰ q̃ lumẽ prudẽtie cũ hoc lumẽ ipsaz prudẽtiã rectificet. p donum eñ ꝓsilij declinat prudẽtiaz ne eaz peniteat. Jõ dic̃ sapiẽs. Sine cõsilio nihil facias. z post fctñ nõ peniteb̃. Eccĩ. xxxv. z Prouer. xij. Qui agũt oia cũ cõsilio regũtur sapia. ppter qõ põtifices z pharisei collegerũt cõsiliũ. vt testaꝫ euangeliũ sed valde improuide illud collegerũt. primo ideo qz festinanꝫ. Quia vt habeꝫ Job. xj. Cuz xp̃us videz Lazaꝝ suscitasset multi ex iudeis q̃ hoc viderũt crediderũt. Quidã eoꝝ abierunt ad phariseos z dixerũt que fecit Jhesus. Et statim sequitur. Et collegerũt consiliũ. Quod fuit contra illud dictũ Socratis qui dicit. q̃ in consilio non debent esse ista tria. scz festinatio. ira: z insipientia. Et ibidez dicit. Velox consilium sequitur penitentia. De hoc etiam dicit sapiẽs. Qui festinus est pedibus offendit Prouerb. xix. Et hoc patet de iudeis qui nimis festinauerũt z xp̃z p malũ suũ cõsiliũ occiderũt. ideo pnia est i eos secuta. Oportet eñ consiliũ viroꝝ esse maturũ z bene in corde digestũ si saltem debet esse validum. Quia consiliũ ipsaꝝ mulieꝝ ideo est inualidum eo qõ est velox z festinum vt ꝓbat Egidius romanus libro. ij. de regi. princi. parte p̃ma c. penul. ex dicto Aristotelis li. de aialiꝫ dicẽs Omnia minora z debiliora citius veniunt ad suum cõplementũ. Consilium ergo mulieruz quia est inualidum z debiliꝰ citius venit ad suuz complementũ q̃ consiliũ virile ceteris paribus. vt si quis statim operari deberet z non posset ad illud negociũ sufficienter habere deliberationem tunc eligibilius esset consilium muliebre q̃ virile. simpliciter tamẽ melius est consiliũ viroꝝ q̃ ipsarum mulieꝝ. eo q̃ vir sit ratione pfectior et mulier habet cõsiliũ inualidũ. Dicit eñ Egidꝰ vbi supra. q̃ cõsiliũ mulieꝝ potest esse in aliquo validuz. vt si oporteret repente opari. eligibile forte esset earum consilium. Illud aũt consiliuz phariseoꝝ fuit penitus inualidũ. vulgariter vntuglich. Ideo de hoc petit liberari. Job. xxj. Consilium impioꝝ longe fac a me. Et ps̃. j. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum ꝛc̃. Secundo illud consiliũ improuide collegerunt quia insipienter. Sapiens enim consiliarius in eo quod facere aut cõsiliari solet. debet attendere principium. medium aut finẽ. Quia scit q̃ sapientia libenter est circa consilia. iuxta illud Sap̃. xiij. Ego sapientia habito in cõsilijs z eruditis intersum cogitationibus. Et nota q̃ sicut insipientibus z bonis consiliatoribꝰ consistit salus: honoz z pfectus reipublice. ita in insipientibus maxime consistit ꝓfusio z subuersio. sicut patet ad experientiam q̃ isti phariseꝰ male consiliati sunt in morte christi. ideo confusio facta est reipublice z subuersio ipsius. Ideo vt dicit Tullius libro suo de senectute. Consiliatoz est in republica sicut gubernatoz in naui. i qua alij sentinam exhauriunt: alij cordas trahunt: alij malum scandunt. Ille vero tenens clauum quietus sedens in puppi multo maiora facit. quasi diceret. Quia sua sapientia regit nauem ne pereclitetur. Sic z sapiens consiliatoz regit rempublicam ne damnuz patiatur. Et Auicenna dicit q̃ consiliarius est efficiens sicut dans formam ꝑm quam alius habz operari z dirigi. Et distinguit quadruplex efficiens. Consilians. adiuuãs. disponens z perficiens. Debent enim consiliarij habere in vita sanctitatem. in verbo veritatẽ in zelo equitatem. in experimento sagacitatem. Et in roma vocabantur senatores. z se in cõmunitate habent sicut coz in corpore: vt dicit Tullius. Unde Romulus condita ciuitate quam ex nomine suo romã vocauit. centũ ex senioribꝰ elegit quoꝝ consilio oia ageret. quos senatores ꝓpter senectutẽ. patres. ꝓpter solicitudinẽ iure noiauit. Horꝝ nomia ab initio vbis cõdite aureis litteris scribebanꝫ. ppter qõ patres cõscripti ab oñibꝰ dicebantur. Isti eligebãt. et postq̃ enumerati i statibꝰ diuersis z officijs extitissent tanto aptiores sapientie negotijs quanto in exercito corporis minus poterãt. Istis apud grecos tantꝰ honoz fuit q̃ nunq̃ duces ꝓcederent sine istis. Et dicit Robertus holcol sup li. Sap̃. lectione. cxxxj. Sicut isti senatores z consiliatores sunt reipublice vtilissimi quando sunt boni: sapientes z virtuosi. ita sunt mali iudices prelato z principi pernicios̃issimi quando sunt mali. insipientes z nequitiosi. videlicet quãdo habẽt zelum pro cõmodo suo priuato vel personali. z nõ pro bono communi. quãdo sunt corrupti cupiditate z receptione munerum. q̃ sunt nimis territi z dissimulant dicere veritatem. q̃ deniq̃ odio vel amore regulãt vel inuidia. tũc ꝑsulẽdo principem destruunt quẽ regere z dirigere debent. z fiunt nõ solum ei. sed z toti reipublice pessimi inimici. Talis fuit quidaz magnus nomine Helimas. qui falso suo consilio nitebatur procõsules auertere a fide z veritate. Cui dixit Paulus Actl. xiij. O plene omni dolo z omni fallacia. fili dyaboli. inimice omnis iusticie. nõ desinis peruertere vias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te z eris cecus. z nõ videns solẽ vsq̃ ad tps̃. Et confestim cecidit in eũ caligo z tenebre. z circumiens querebat qui ei manum daret. Talis etiam cõsiliatoz insipiens

ꝛ malus fuit ille Amon qui simplicitatem nobilissimi principis Assueri fraudulentis consilijs circumuenit. ꝛ nobilis regis innocentiam ad nephandam crudelitatem induxit. vt videlz omnẽ populũ iudaicũ vno die occidi mandaret. q̃propẽ malum suum consiliũ in caput suum redũdauit cuz suspensus in patibulo fuit Hester. vij. Talis etiam fuit quidam artifex Perillus noie de quo refert Orosius li. j. Et Valeriuſ libro. ix Et Vincen. in specu. histo. libro. iij. c. vij. Cum Phalaris in cilitia tyrannidem contra christianos exercebat propter fidem katholicam occidendo christianos. predictus Perillus artifex etiam affectans tyranni amicitiam eneum thaurum fecit cui fabrice ianuam ex latere apposuit que ad intrudendum christianos receptura foret. ꝛ inclusi ibidem iniectis ignibus terrerẽtur in thauro. ꝛ propter inconcauitatem magis mugere q̃ voces humanas prodere audirentur.

Sed Phalaris factum amplectens factorez execrans ꝛ vltionis materiam prebuit ꝛ crudelitatem. Nam ipsuz opificem sua intentione puniuit. quia ipsum primitus intrusit ꝛ ignem magnum superposuit volens audire mugitum suum Et sic malum consilium suum quod dederat de thauro faciendo in caput suum redundabat.

Tertio illum consilium improuide collegerunt quia impacienter. Nam ex ira ꝛ inuidia christũ pati disposuerunt. sed ira omnino rationem vnius cuiusq̃ turbauit q̃ in consiliando verũ discernere nescierunt. Quia dicit Grego. li. v. molal. c. xxxj. per iram sapientia perditur vt quod vero ordine agendum sit omnino nesciat. Per irã vita amittitur. ꝛ si sapientia teneri videatur perditur. per iram iusticia relinquit sicut scriptũ ẽ. Ira viri iusticiam dei nõ operat. qz dum mens turbatur ad iudicium sue rationis exasperat. ꝛ omne quod furor suggerit rectuz putat. Et Ory soſt. super Math dic. Nemo potest pacifice loqui qui cor habet turbatum. Ideo dicit Grego. xj. q. iij. c. Illa ꝓpositorz sollicitudo est vtilis. illa est cautela laudabilis: in quo totuz ratio agit ꝛ furor sibi nihil vendicat. Et subdit. Nihil est agendum priuſq̃ concitata ad tranqlitatẽ mens redeat. Nam cõmotionis tpe iustum putat omne quod fecerit. Quantũ ad scõm ponit negocij explanatio cũ dixerũt. Quid facim⁹ quia hic homo multa signa facit ꝛc. Ubi nota Rober. hol. sup li. Sap̃. lec. clxxviij. dicit. Christ⁹ legit fecisse miracula aut signa, ꝓpter tria. Prio ad eorũ quos in corpore curabat vtilitatem. qz eos frequenter in corpore ꝛ aia curabat. Secũdo, ppt alioꝝ conuersationẽ aut ꝙuersionẽ. qz multi videntes xp̃i miracula ꝙuertebant ꝓpter glaz dei ꝛ honorẽ. Tertio, ppt opez dei manifestatiõem iuxta illud Jo. x. Neq̃ hic peccauit neq̃ parentes eius sz vt manifestet opus dei in illo. Et hec signa quo ad litterã fuerũt multa. s. cecorz illuminatio: leprosorz mũdatio: paliticorz sanatio. mortuorz suscitatio ꝛc. Et infra eadez lec. dicit Holcot. Deus humano generi multa signa oñdit. scz benivolentie: reminiscẽtie: prouidẽtie: et patientie. Signa benivolẽtie sunt. qz oñs creature facte ꝛ create sunt ad homini seruiendum. Est enim signũ q̃ vnum offert sensui. ꝛ aliud relinqt intellectui. Et ita oñis creatura sensibilis seipsaz offert sensui. ꝛ demũ repsentat itellectui boni viatoris. Quia dr̃ Job. iij. Nemo põt hec signa facere que tu facis nisi deus fuerit cuz eo. Signa reminiscẽtie sunt septem sacramenta ecclesie per que reducimur in memoriam passiõis De his signis dicit apl's ad Heb. ij. Salus nr̃a firmata est contestãte deo signis ꝛ portentis et varijs virtutibus ꝛ spũssanti distributionibus. Signa prouidentie faciet vel dabit q̃n circa aduentum suũ signa faciet ne omnino petõrib⁹ veniat improuisus. ꝛ hoc est signũ magne curialitatis diuine. Nullus enĩ qui aliquid facit qõ vel let occultari approbat aduẽtũ hoĩs improuisuz Peccator aũt q̃libet qõ facit vellet si posset occultari. Et ideo deus mũdo pleno peccatis venturus p̃mittit signa quedaz notabilia per q̃ homines contra ipsum aduentũ sibi ꝓuideãt. de q̃bus signis Luc̃. xxj. Erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis ꝛc̃. Vegecius de re militari lib. iij. c. xxj. dicit. Tria genera constat esse signorz pro negocijs belli que vocalia. semivocalia. ꝛ muta vocalia dicuntur. Prima humana voce proferuntur. sicut duces preordinãt aliquod certum verbum quo in cõflictu vtunt̃. sicut deus nobiscũ vel triumph⁹ imperatoris vel aliquod ꝑsimile Signa semivocalia sunt que fiunt p tubã vl' cornu buccine. Signa muta sunt vexilla. aqle. dracones. Ista tria signorum genera faciet christus in suo aduentu vltimo. Nam signa vocalia erunt in illa disceptatõe Math. xxv. Esurivi ꝛ dedist⁹ mihi manducare ꝛc̃. Signa semivocalia. qz tuba p̃cedet. Et de istis simul apl's. j. Thessa. iij. Ipe dñs in iussu ꝛ in voce archãgeli ꝛ in tuba dei descendet de celo. Et ista tuba vt dicit glosa nõ est aliud nisi vox archãgeli que tuba dr̃ propter similitudinẽ tube veteris testamẽti qua fiebat vocatio ad cõsiliũ: ꝑparatio ad bellum ꝛ inuitatio ad festũ Signa vero muta erũt passionis christi insignia ꝛ instrumenta. ꝛ ipsum corpus dñi cuz vulneribꝰ insignitum. De his signis dicitur danielis sexto. Ipe est liberator et saluator faciẽs signa. Sed signa pacientie facit nobis diu nos expectando. vt per veniam redeamus ad gratiam Ad Romanos. ij. Ignoras q̃ benignitas

Feria

dei ad penitentiã te adducit. ꝓpter qđ dixerunt pontifices ⁊ pharisei. Dic homo multa signa facit. Et ꝓpter hec signa nos christiani debemus omnes credere in xp̃m. vt verbum phariseoꝝ impleatur cũ dixerunt. Omnes credent in eum Vbi .b. Augu. de verbis dñi. ⁊ allegat a magr̃o li. iij. sen. dist. xxiij. Multũ interest vt q̃s credat xp̃m vel xp̃o vel in xp̃m. Nam ipsum esse xp̃m demones crediderũt. Nam Math. viij. dixerunt. Quid nobis ⁊ tibi Jhesu fili dei. cur venisti ante tempus torquere nos? Et Mar. j. dixit dem̃ Quid nobis ⁊ tibi Jhesu nazarene? venisti ante tempus nos ꝑdere? scio quia sis sanct⁹ dei. Ecce q̃ crediderũt xp̃m. sed non crediderũt in eum Et addit magr̃ ibidẽ. Aliud est credere in deum ⁊ aliud credere deo. vnde credere deo: est credere verba vera eẽ q̃ loquit̃. qđ ⁊ faciũt mali. ⁊ sic nos credim⁹ homi. sz nõ credim⁹ in hoiez. Credere deũ est credere q̃ ipse sit qđ ⁊ mali faciunt credere in deũ ẽ eũ credẽdo amare. credendo in eum ire. credẽdo ei adhibere. ⁊ ei⁹ mẽbris incorpari. hec magr̃. Et hec fides q̃ sic credim⁹ in deũ q̃ttuor opat̃. vt dic̃. Job. hol. sup li. Sap̃. lec. cxxxviij. ꝑmo pctõm remissionẽ. nã Actl. x. dr̃ de xp̃o. Huic oĩs ꝓphete testimoniũ ꝓhibẽt remissionẽ pctõm accipe ꝑ nomẽ ei⁹ q̃ credũt in eum De hoc habet figura de niniuit̃ Jone. iij. Crediderũt viri niniuite dño. ⁊ ꝑdicauerũt ieiunium. Que hist̃oria habet. s. feria q̃rta. iiij. tpm. f. ij. Vl. f. Docet Aristot. ij. ethicoꝝ. in ꝓnci. Tria sunt q̃ faciũt dictũ alicui⁹ credibile. videlz. prudentia. virtus. beniuolẽtia. Cui⁹ causa ẽ ꝓm eũ. Qm̃ ꝓpter opposita illoꝝ discredimus alicui ñ demonstratiue loquẽti. videlz aut ꝓpter imprudentiã. qz reputam⁹ eũ ignaꝝ. aut ꝓpter malicia. qz q̃uis veꝝ sciat. nõ tñ est amic⁹ veritatis ⁊ iusticie. aut ꝓpter defectũ beniuolẽtie. Quia i casu lz sit prudens ⁊ virtuosus nõ tñ reputam⁹ euz beniuolũ q̃ velit cõsulere id quod nobis expediens iudicabit. Sed quando ista tria cõcurrunt in consilio q̃ reputamus eũ prudentẽ virtuosum ⁊ nobis beniuolũ. tunc absq; dubio credimus dictis eius. q̃uis ea nequaq̃ demõstrat Si de xp̃o loquimur. Christus venit in mundũ persuadere ⁊ sanctificare. non aũt dicta sua sciẽtifice demonstrare. Et ideo doctrina sua nõ sciẽtia vocat̃ sed fides. Sunt autẽ dicta sua nihilominus credibilia ꝓpter tres rationes prędictas Tum qz in eo viguit prudentia cum eẽt sapiẽtia dei patris. Tuz qz in eo fuit virtus. quia oĩa bñ fecit. Tũ qz in eo fuit beniuolentia ad nos. quia dilexit nos ⁊ lauit nos in sanguie suo a pctis nostris Apocali. j. Et ideo signanter dicit p̃s. cij. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis Secundo operatur demonioꝝ confusionẽ. Mar. vlt. In nomĩe meo demonia eijciẽt ⁊c. Et tõ hec fides dicit̃ scutum ꝑncipale. in quo possim⁹ demones vincere. iuxta illud Ephes. vj. In omnibus sumentes scutũ fidei in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere dic̃ papias. ⁊ habet in expositiõe sup Juue. satyra. ij. q̃ numma Pompeyo sacrificante cecidit quoddã scutũ de celo quod antile dictum fuit. datũq; ẽ responsuz q̃ illic fozet romanum imperiuz vbi illud antile fuerit seruatuz. Idem autem. xj. Alia scuta fecit vt essent. xij. in numero. ⁊ q̃ illud quod de celo ceciderit maneret occultatũ. Mozaliter scutuz scilicet de celo cecidit quando christus de celo veniens fidem prędicauit. ⁊ vbicunq; scutuz illud fuerit seruatũ demonis extirpabitur dominium. ⁊ diuinum ꝑseuerabit imperium. Nec aũt scuta. xij. sunt. Quia articulos duodecim apostoli fundauerunt. Istud scutum liberat a demonib⁹ quod in Daniale figuratũ fuit. qui licet q̃n in lacu leonũ mozaretur nulla tamen lesio inuẽta est in eo. quia credidit deo suo. Dañ. vj. Certio confert hec fides optatoꝝ constructionem. iuxta illud Mar. xj. Omnia q̃cunq; ozantes petitis credite qz accipietis ⁊ veniẽt vobis. Idez Math̃. xxj. Narrat magr̃ in hist̃o. q̃ cũ Alexander venisset in montes Caspie miserũt ad eũ filij captiuitatis. x. tribuũ egrediendi licentiam postulantes. cũq; quesisset causam captiuitatis accepit eos recessisse in parte a deo Jsrael vitulis aureis immolando. ⁊ ꝑ ꝓphetas p̃dictum esse eos a captiuitate nõ redituros. Tunc rñdit alexander q̃ artus eos includere vellet. cunq; angustias viaꝝ inciperet facere molib⁹ bitumina- tis vidit humanũ auxiliũ ad hoc nõ posse sufficere. rogauit deũ israel vt illud opus cõpleret. Et ecce nutu dei rupes mõtium ad seinuicẽ accesse runt. ⁊ factus est locus immeabilis. Et sup hoc Josephus. Deus quid facturus ẽ fidelibus suis si tantum fecit ꝑ infidelibus. Exemplum etiam ad idem patet Joh̃. iiij. de regulo cuius fili⁹ infirmabatur Capharnaum. cuius reguli fides licet diminuta. qz nõ credidit christum posse curare filiũ suum nisi descenderet corꝑaliter ad eũ. ⁊ tñ tandẽ salutẽ filio suo impetrauit. Pz idẽ etiam de cẽturione. cui ꝑ salute serui deprecanti rñsum finaliter ẽ. Unde qz credidisti fiat tibi qđ vis. Math̃. viij. Quarto confert electoꝝ bñdictionẽ. iuxta illud Jobis. xx. qđ dixit dñs Thome. qz vidisti me thoma ⁊ credidisti. beati q̃ non viderunt ⁊ crediderũt. Quod exponẽs Gregorius. In hac snĩa nos specialiter signati sum⁹ qui eum quem carne nõ vidimus mente retinuimus si fidem nostram operibus sequimur. Ille enim bene credit qui exercet operando quod credit. Ideo nos omnes credere debem⁹ in eũ vt dicit

p̄sens euangeliū. Quantū ad tertiū ponit̄ ꝓsi liarij ꝓlocutio. ibi. Unus aūt ex ipsis Caypbas noie cū esset pontifex anni illi⁹ dixit. Vos nescitis quic̄q̄ nec cogitatis. qz expedit vobis vt vn⁹ moriatur homo: vt nō tota gens pereat. Hic vt dicūt doctores spiritussanctus fuit p Caypham locutus. sed spiritussanct⁹ non fuit in eo. Et dicūt vlteriꝰ q̄ spiritussanct⁹ aliquando loquitur p aliquē ꝛ tamen non loquitur in eo. quia non est in eo per gratiam. Sic etiam locut⁹ est hic p Caypham. Aliqñ loquitur in aliquo ꝛ nō loq̄tur p eum. vt quando interi⁹ aliq̄d menti inspirat qđ exterius nō manifestat. sicut locut⁹ est i Dauid qui ait. Audiam q̄d loquat̄ in me dñs de⁹ meus Tertio spūssanct⁹ loquit̄ in aliquo ꝛ etiā loquit̄ per eum. sicut fecit in bonis ꝓphetis. Sed di. qz Caypbas hic ꝓphetauit: nūq̄d ꝓpheta fuit? Ad qđ rñdetur q̄ nō. Quia dic̄. b. Aug. sup Geñ. Tria sunt que faciūt veꝝ ꝓphetā. Primuꝫ ē vt aliquas visiones habeat. scđm q̄ illas visiones intelligat. tertio q̄ illas visiones manifestare a lijs sciat. Primum eñ habuit Nabucho. qz statuam vidit. vbi supra dixi. J. M. Duo vero seq̄ntia non habuit. qz nec intellexit: nec ipsā visionē Danieli ostendere sciuit. ideo ꝓpheta non fuit. Duo aūt ex his Pharao habuit: qñ septeꝫ vaccas pulchras. ꝛ septē macras de flumine ascendere vidit. ꝛ insup ipsam visionem Joseph enarrauit Geñ. xlj. Sed qz significationem nō intellexit: iō ꝓpheta nō fuit. Tertiū tñ Caypbas habuit. Ipse eñ de morte christi nullā reuelatōnem habuit nec intellexit. sed tñ moꝛteꝫ xp̄i necessariaꝫ esse nunciauit. iō ꝓpheta nō fuit. Ꝫz di. nunq̄d solū amicis dei cōfertur donū ꝓphetie? ꝛ videt̄ q̄ sic. Secreta eñ nō sunt reuelādo nisi amicis dei iuxta illud Joh. xv. Vos aūt dixi amicos. quia oīa reuelaui quecunq̄ audiui a patre meo. Ꝫz de⁹ reuelat secreta sua amicis suis. s. ꝓphet̄. igit̄ ꝓphete sunt amici dei. Ad oppositū huius Nume. xxiiij. cum dixit balaaꝫ Oꝛietur stella ex Jacob. ꝛ tñ malus fuit ꝛ cultoꝛ idolorum ꝛ demonū. ꝓpterea Matḥ. vij. habetur. q̄ multi dicent in die iudicij. Dñe nonne in nomine tuo ꝓphetauim⁹? ꝛ in nomine tuo demonia eiecimus? ꝛ virtutes multas fecimus? Et respondebitur eis a deo. Nunq̄ noui. i. approbaui vos. ꝛ illi fuerūt ꝓphete. ꝛ tamē nunq̄ fuerunt amici. ꝓpter qđ sciendū q̄ sola charitas ē p quā homo amic⁹ dei cōstituit̄. ꝛ ois gratia gratis data q̄ nō pōt esse sine charitate pōt cōicari bonis ꝛ malis. amicis dei vel inimicis. Hui⁹ autez gratie sunt ꝓphetia: fides: sapientia: potestas curādi ꝛ signa faciendi. Unde dī. j. Chor. xiij. Si habuero ꝓphetiā ꝛ nouerim mysteria oīa ꝛ habuero oīem fidem ita vt montes transferā charitatez aūt nō habuero nihil sum. Ex qua auctoꝛitate satis patet. q̄ donū ꝓphetie haberi non pōt sine charitate. Ideo dicendū est ad q̄sti onez negatiue. q̄ nō solum amicis dei cōfert̄ donum ꝓphetie. Cui⁹ ratio est. qz donum ꝓphetie cōceditur alicui ad vtilitatē ecclesie cōmuniter: ꝛ nō ad vtilitatez ipsius p̄cise cui datur. ꝟm illud. j. Chor. xij. Unicuiq̄ datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. s. ecclesie ad honoꝛē dei. q̄ habeat etiam testimoniū a malis aliquando. Et ideo legimus multos malos ꝓphetasse. Unde notandum licet ꝓphetia cōpatitur secum maliciam moꝛ. nō tñ indifferenter admittit malitiam vicioꝝ. Quia enī ꝓphetia est quedam spiritualis p̄cognitio futuroꝝ ad quam requiritur eleuatio mentis per contemplationez. Jō ꝓphetie vel spūali cognitioni repugnant ꝛ cōtrariantur. vicia carnalia que habent vehementes passiones ꝛ occupassiones terrenas. similiter que mentis eleuationem impediunt ꝓphetie repugnant vt dicit Holcot lectione. ciij. Ex his patet q̄ ꝓphetie secreta etiam reuelantur malis ꝛ inimicis. sed cum dicebatur q̄ solū sunt reuelanda amicis. dicit Holcot q̄ secreta non sunt reuelando ꝓpter se. sed ꝓpter vtilitatē amicoꝝ maxime vbi noticia non ꝓdest inimico vt indigeat occultatione sed publicatione Tunc enim ad honoꝛē domini est cum secretum illud quod est contrarium inimico per inimicuꝫ potius diuulgatur. Qñ autem dī Johis. xv. q̄ ideo discipulos suos xp̄us dixit amicos. qz oīa nota fecit eis. exponit Gꝛego. q̄ noticia illa quā eis notificauit: fuit noticia cum amoꝛe. Talis autem ꝓphetia non omnibus communicatur Quantum ad quartum est notandum vbi ponit̄ cōsiliati approbatio cum dicit̄. Ab illo ergo die ꝛc̄. Approbant ergo pharisei ꝛ scribe cōsilia tuꝫ Caypbe ꝛ sniam iniustaꝫ cōtra xp̄m tulerūt Primo igit̄ iniusta eoꝝ snia fuit. qz ex inuidia ꝓ lata. qz Matḥ. xxvij. sciebat aūt Pilat⁹ q̄ p inuidiā tradidissent eū. Cōtra illō. xj. q. iij. c. op⁹. vbi dicit̄. Judex nō dz iudicare p̄cio vel etiā nec odio: vel inuidia: vel fauoꝛe. Secūdo iniusta fuit ex causa. qz nullā habuerunt causam q̄ eū ad moꝛtem sententiauerūt. testante Pilato qui ait Luc̄. xxiij. Ecce ego eum coꝛam vobis interrogans: nullā causaꝫ inuenio in hoīe isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq̄ Herodes. Jō dicit̄ de regu. iuris libꝛo. vj. c. sine culpa. Nisi subsit causa nō est aliquis puniendus. Unde dic̄ glo. Ubi non est delictuꝫ ibi non debet quis puniri nisi quando causa rationabilis subest. Sed qz christus nullum delictum fecit. j. Pe. ij. Qui peccatum non fecit. Ideo puniri non debuit. Quia vbi nō reꝑitur culpa ibi nō debet imponi

f

pena. Tertio fuit iniusta ex ordine. qz ordo iuris exigit. vt iudex contra reum aduocet testes veraces z nõ falsos. Qui enim cõuincitur: necesse est q̃ ipse de crimine confiteat. quia dicit ex de accu. libro. v. Si legittimus non fuerit accusator: non fatigetur accusatus. Sed fm glo. repellatur accusator. id est absoluatur reus de obseruatione iudicij. vj. q. vlt. c. vlt. Sed quia nullum habuerunt veracem testez contra xp̃m. licz adessent falsi quorum testimoniũ erat inconueniens. Mar. xiiij. Ideo Pilatus debuisset ipsum absoluisse. z nõ ad mortez per sententiaz condẽnasse. Ideo dicitur de sen. z re iudi. libro. vj. Cũ eterni tribunal iudicis illum reum non habeat quem iniuste iudex condemnat. teste prophet. nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Caueãt ecclesiastici iudices z prudẽter attendant vt in causarum processibus nihil vendicet odium vel fauor vsurpet. timor exulet. Premium aut expectatio premij iusticiaz non euertat. sed stateram in manibus gestent. lances appendant equo libramine. vt in omnibus que in causis agẽda fuerint. presertim in concipiendis sententijs z ferendis habeant pre oculis solum deum illi imitantes exemplum: qui querelas populi taberna culum ingressus ad dominum referebat. vt fm eius imperium iudicaret. per Innocen. iiij. concil. Lucẽ.

Dñica in palmis sermo primꝰ.

Hoc sentite i vobis qõ z in xp̃o Jhesu. ad Phil. ij.

Cũ reges terreni volũt bella aduersos inimicos ibi intrare. vestes regias solẽt deponere. ne ab hostibus cognoscant: z pre alijs occidantur. quia vita regũ z principũ pre oĩbus primo queritur vt occisis illis: populus illorz dispergatur z fugetur. Quia legit. iiij. Regũ. ij. z Hiere. xxxix. Cũ rex Sedechias fuit captꝰ per chaldeos omnes bellatores eius qui erant cũ eo sunt dispersi. in signũ cum reges capiuntur z occidunt: eiꝰ subditi dispergunt. Qõ aũt reges intrando bellum deponũt z mutant habitũ. habet figuratũ iij Regũ. xxij. q̃ rex Jsrael vadens ad prelium contra Syrios mutauit habitũ deponens. videlicet regale ornamentũ ascendens currũ. z percussus est sagitta inter stomachuz z pulmonem. z mortuꝰ est vespere. Serui aũt sui reuersi sunt in domũ suam. Ordinauerũt eñ Syri vt solum regem Hierusalez interficerent. quo facto prelium fuit terminatũ. Ad idez habes figurã de Ozia rege. de quo s. feria. iiij. Judica. sermone. ij AA. ol. Spiritualiter dñs noster Jhesus xp̃s ẽ rex reguz z princeps regũ terre. vt habet Apo. j. Hic cum vellet pugnam ingredi cũ hoste generis humani deposuit vestes regias sue clarissime deitatis. z induit vestes viles miserrime humanitatis. quia prophetatum fuit a deo patre prez ordinatum q̃ electi de genere humano aliter liberari non possent. nisi dei filiꝰ qui erat z est ab eterno patri coequalis se exinaniret. z formam serui acciperet. z se vsq̃z ad mortẽ crucis humiliaret. Quia dicit. b. Aug. li. xiij. de trini. z allegatur a magistro. li. iij. senten. dist. xx. ca. j. Dicimus deum alium modum potuisse habere ad nos redimendũ: exquo cuncta subiacent sue potestati. nostre tamen miserie sanande conuenientiorem alium moduz nõ fuisse. Et subdit. Quid enim mentes nostras tantũ erigit. z ab immortalitatis desperatione liberat q̃ q̃ tanti nos deus reputauit. vt si dei filius immutabiliter bonꝰ in se manens quod erat. z a nobis accipiens quod non erat. z dignatus nostrum inire consortium mala nostra moriendo perferret. q. di. certe nimbil. Et addit magister. Ast z alia ratõ quare isto potius q̃ alio modo liberare voluit. quia sicet iusticia. quasi diceret nõ potentia superatur dyabolus. z de hoc modo presens tradit epistola. que dicit de xp̃o. qui cum in forma dei esset non rapinam tc̃. In quo duo tanguntur principaliter pro instrutione. Primo contumelia passionis dolorose: ibi. Hoc sentite. Secundo gloria exultationis gaudiose: ibi. propter quod. Primo dico q̃ in hac epistola: contumelia passionis: tangitur dolorose cum dicit. hoc sentite in vobis quod z in Jhesu christo. q. d. Sentite i vobis compassionem quam pati debetis cum xp̃o in sua acerbissima z dolorosa passione. Unde dicit Themiscius. Preclarium est delicati z puri corporis: valde pati a supereminente laboze z dolore. Christus enim purissimum atq̃z delicatissimum habuit corpus. eo q̃ naturalissimum nullam carnis vomite inquinatum. propterea amarissime sustinuit passionem. Et ideo dicit Remig. omnes penas collectas insimul corporales adhuc excellit z supergreditur pena christi. Circa quod vlterius notandum. Passio christi fuit penalis z dolorosa. incurialis z ignominosa. preiudicialꝰ z iniuriosa. vt dic̃ Holcot lecti. xxviij. Primo igit̃ fuit penalis z dolorosa. tuz qz passio eiꝰ fuit p totũ corpꝰ extensa. tũ qz ad mortẽ terminata. Jo dixerũt impij. Sap. ij. Morte turpissima cõdemnemꝰ eũ. Fuit enim istud genꝰ mortis longum z dolorosuz nimis. iuxta illud Aug. de tri. Lõga. n. morte cruciabant̃ ligno suspẽsi. de istis doloris magnitudine exclamauit xp̃s p. ppha Trenoz. j. O vos oĩes q̃ transitis p viam attendite z videte si est dolor sicut dolor meus. Fuit z passio eiꝰ ideo dolorosa. quia ad mortem terminata. de qua morte dicit Bern. in quodaz

sermone O bone Jhesu q̄quid tibi z morti nos delinquimus.als debuimus.tu soluis. Nos peccauimus z tu luis opus sine exemplo.gratia sine merito.charitas sine modo. Secundo passio christi fuit incurialis et ignominiosa.et hoc ex quattuor. Primo ex genere.nam nullum genus supplicij magis ignominiosum fuit q̄ crucis. Ideo dicit Bern. O dñe Jhesu q̄ dura z aspera p̄ boibus passus es .dira verba. duriora verbera.durissima z horrenda crucis supplicia Idem in quodam sermone dicit. Caput angelicis tremebundum spiritibus densitate spinarū pūgit̄.facies pulcra p̄ filijs hoim sputis iudeorum deturpatur. Oculi lucidiores sole caligāt in morte.aures que audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus. Os qō docet angelicos spūs.felle z aceto potatur. Pedes quorum scabellū adoratur cruci clauis affiguntur Manus que formauerunt celos in cruce extēse z affixe sunt. Corpus verberatur.latus lancea p̄foratur. Quid plura.non remansit nisi lingua vt p̄ peccatoribus exoraret. z matrē discipulo cōmendaret.hec Bern. Et.b. Aug.de.iiij.virtutibus cardinalibus. Filius inquit dei ad crucē ducit̄.expalmatur qui est vera palma victorie spinis coronatur qui peccatoꝝ spinas venit cōfringere ligat̄ qui soluit compeditos. suspēdit̄ qui erigit elisos. Aceto potat̄ fons vite.discipli na ceditur.salus vulneratur.vita moritur.occidit ad tempus mors vitaz: vt impetuū a vita occidat̄ mors. Secō fuit ignominiosa ex tempore.nam tunc tempis celebrauerunt iudei pascha suum.z fuit solennissimū festum anni z maioris sanctitatis. z ideo maximus populus de iudeis p̄fluxerat ad ciuitatē .grauiter est em̄ affligi eo tempore quo alij homines magis gaudent q̄ quando est penitentie tempus quo etiā alij affligunt̄. Quia dicit metrista. Gaudiū ē mi seris socios habere penaꝝ. Iterū q̄tum ad tempus nam in illo tēpe a iudeis patit̄ quo eos ab egypto liberauit. Item illo die aiam expirauit quo die animā inspirauit. Tertio ex parte loci q̄ locus fuit altus in monte qui videri poterat a longe. Fuit etiam locus abominabilis p̄pter cadauera mortua damnatoꝝ.z p̄pe ciuitatem vt ab omnibus videri posset. Quarto ex pte sorietatis.q̄ inter latrones.inter cognatos.z in pñtia matris. Tertio fuit xp̄i passio preiudicialis z iniuriosa. q̄ nec confessum nec legittime cōuictū ad mortem cōdemnauerūt.sicut de eis p̄ Dauid fuit p̄phetatū in p̄s. xciij. Captabāt i aiam iusti.et sanguinem innocētē cōdemnabūt Jdcirco sentire debemus i nobis hoc p̄ deuotā meditationē sue amarissime passiōis.sic̄ ex hoc docemur i quodā exēplo qō legit̄ i gestis romanoꝝ. Quidā rex pulchram habuit filiā quā multū dilexit.z regnū suū dedit ei .Hoc audiēs quidam tyrannus p̄ncepS venit ad eaz.et si ei cōsentiret multa repromisit . Consentiens igitur ei ab eo fuit seducta .z ab hereditate repulsa . Quo facto gemitus emittebat.et in via mendicans publice residebat. Una igitur dierum cum sic flendo sederet quidam miles generosus iuxta eam equitauit videns q̄ eius pulcritudinem quid ei esset interrogauit . Qui illa. Filia inquit regis sum vnica.sed p̄ quendam tyrannum deflorata z regno sum p̄riuata . Hoc audiens miles dixit. Si fidem mihi dederis z me in spōsuz acceptis p̄tra tyrannū bellandū p̄gam.z regnū tuū tibi requiram.hac tñ conditione interposita vt si in bello mortuus fuero arma mea sāgui nolenta totuz custodies in signū memorie mei q̄ amoris. Cunq̄ hoc illa promitteret. contra tyrannum miles p̄cessit.z amputato eius capite ip̄m supauit z hereditatem puelle recupauit In hac tñ pugna miles letale vulnus accepit. sicq̄ consumauit cursum huius vite. Puella vero p̄ multos annos eius mortem deplanxit. et arma eius in camera pendentia sepius visitauit et visis illis amare fleuit . habito igitur regno multi nobiles ad eam veniebant.et multa ei p̄mittentes in vxorem petierunt. At illa auditis eorum verbis ante q̄ responsuz daret cameraz intrauit z diligenter inspexit dicens. O domine mi mortuus es p̄ro meo amore . hereditatemq̄ meā mihi occiso hoste redonasti.absit hoc a me q̄ alteri vnquā consentirem . Sicq̄ exiens dixit. Moraliter iste imperator vel rex est pater celestis cuius imperio omnes obediūt creature.sicut testatur. Sedulius libro.j.cū dicit. Te duce difficilis nō est via.sō dit̄ omnis . Natura tuis imperijs rituq̄ soluto. Iste rex habet pulchram filiam.p̄ quam intellige cuiuslibet fidel aiam que pulchra est rōe creatōis .sicut testat̄ Hugo in soliloq̄.de arra anime dicēs. O q̄ suauis z decora facta es anima mea . Et subdit. Quid sibi tantus vel talis ornatus valuit nisi quia ipse idem qui te induit sponsam thalamo p̄parauit. qui nouit qualis ornatus illud deceret opus. Et ideo dedit quod decuit.z qō tñ decuit vt z ipse hoc diligeret qui dedit sensibus foris decoratum.intusq̄ sapientia illustrauit.sē sibus quidē dat exteriorez ornatū sapiētie qua si exteriorem habitum.z quasi quasdam gēmas fulgentes appendens exterius sapiam qua q̄si naturali pulchritudine faciē tuā decorauit int⁹ et subdit. Ecce ornatus tuus oīm gēmaz̄ pulchritudinē vincit. Ecce facies tua oīm formaꝝ. supat decorē. Talē oīno esse decebat que ad celestis sponsi thalamū introducēda fuerat . hec

ille. Propter hanc pulchritudinē celestis sponsus cōcupiscit eius speciē. sicut attestat̄ Dauid i ps̄. xliij. Audi filia & vide & inclina aurē tuam Et sequit̄. Et cōcupiscet rex decorē tuum. Ecce q̄ pulchra est amica mea dei filia dūmodo est i eius gr̄a. & nō solum pulchra imo valde dilecta Sicut testatur idem doctor hugo vbi supra dicens. Multū dilecta es quando talis facta es. ergo multū gloriari poteris & multū custodire deberes ne tale donū pderes. ne tale ornamentum fedares. & ne tantū decorem corrumperes Et similiter de dilectōe tante filie videlicet anime nostre dicit deus pater. Hiere. xxxj. In charitate ppetua dilexi te. Vide o aia nō solum es pulchra & multū dilecta sed etiam de regno patris tui p̄electa. de quo dicit Sap̄. v. Accipient regnū decoris & diadema speciei de manu dñi. Silr̄q; dicit Rober. hol. lect. lxx. Q̄n aia beata sanctū obtinebit regimen sup corpus gl̄iosū & subtile. agile & impassibile. tūc erit aie glorioſum regere corpus suum quod modo est valde tedioſū. Quia dr̄. Sap̄. ix. Corpus qđ corrumpit̄ aggranat aiam. & ideo regnum anime super corpus erit tunc temporis regnū decoris q̄n anima humana subiecta erit voluntati dei. & corp⁹ erit volūtati anime subiectū. Et subdit Robertus Regnū celor̄ ê decoris & glorie iuxta illud ps̄. cxliiij. Gloriam regni tui dicēt &c. vsq; ibi. Gloriā magnificentie regni tui. Et Math̄. xj. Regnū celor̄ vim patit̄. & violenti rapiunt illud. Quod exponit Bern. in floribus libro. x. Quattuor sūt genera hominū regnū celor̄ possidentiū. Alij violenter rapiūt. alij ad illud cōpellunt̄. Rapiunt qz relinquūt oia & sequuntur xp̄m. Sunt alij inferiores gradus a quibus metuntur carnalia dum seminant spūalia. & dicūt̄ mercatores. Sunt alij qui nōnulla bona occulte faciunt. & hi furari dicunt̄. Quia laudem humanā vitātes solo diuino testimonio sunt contenti. Hi aūt qui cōpellunt̄ sunt paupes q̄ igne paupertatis, pbantur dño disponente. De quibus dicit̄. cōpelle intrare. Compelluntur eīm variis opp̄ssionibus & necessitatibus afflicti. hec Ber. Ecce q̄ anima summi regis filia ad regnū decoris est electa. De hoc audiēs princeps tyrānus dyabolus. qui Job. xxj. dr̄ princeps huius mūdi. Et ſm Greg. princeps tenebraz venit & multa, pmisit p̄ncipal'r p̄mis p̄entib⁹ nr̄is qñ dixit Heñ. iij. Critis sicut dij scientes bonū & malū & similit̄ nobis adhuc existentib⁹ pmittit multa vt longā vitā. diuturnā sanitatē facilē consecutionē venie & gratie. & sic de alijs. vt ei consentiamus. quo facto decipit nos & polluit aias nostras. vt quilibet dicere potest ad suam aiam cū Hugone li. Soliloq. Vide quicquid feceris aia mea dereliquisti spōsum tuū. cū alienis pstituisti amorē. corrupisti virginitatē tuā. fedasti pulchritudinem tuam. & dispersisti ornamentū tuū tam vilis & tam turpis facta es. q̄ sponsi huius amplexibus digna ampli⁹ nō eris. hec ille. Iste inquā tyrannus dyabolus nō solū aias peccantium & sibi consentientiū polluit. sed etiā ab hereditate paradisi celestis repulit. Sicut figura tū fuit in primo pente Adā. de quo dicit seduliꝰ lib. ij. Expulerat primogenitū seuissimus anguis. florigera de sede sua. i. de hereditatiōe paradisi. p̄pter quod filia summi regis. s. genus humanū sedebat secus viam mendicās. sicut figuratur Luce. xviij. de ceco in via sedente & mēdicante. & nō solum mendicabat gratiā dei videlicet quottidie expectando. sed etiam miserabiliter lacrimando. iuxta illud ps̄. vj. Laborauī in gemitu meo lauabo p̄ singulas noctes lectū meum lachrimis meis stratū meum rigabo. Et tāndiu sic lugens sedebat quousq; generosus, miles christus filius dei vna die⁹ q̄n videlicet venit plenitudo temporis ad Gal̄. iiij. induceret se carne humanitatis. & pugnādo cū dyabolo filiā sūmi regis patris sui celestis liberaret. & sibi regnum celeste moriens in cruce redonaret. Et ō hoc cōmemorat apl's in epistola hodierna cum dicit. Qui cū in forma dei esset. i. in plena essentiaz equalitate dei patris nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo. s. in potestate. xp̄s erat vere equalis patri p̄ naturā ideo non erat illi rapinā q̄ natura erat equalis. qz ad hoc erat genitus vt esset equalis illi a quo genitus erat dicit mgr̄ in glo. Et p̄ hoc apostolus excludit errorē Arrij qui christum purā creaturā dixit. Propterqđ dicit Eusebius in histor̄. miserabiliter mortuus fuit in constātinopoli. vt patuit supra dñica Letare sermone. ij. T. A. Cui⁹ quidē discipulus (vt dr̄ in cronica arrianica) tempe Anastasij impatoris in balneo duabus sagittis igneis p̄forat⁹ fuit. eo q̄ christū puram creaturaz dixit. Cuius error p̄ Siluestrū papaz & .ccc. et xviij. patres condemnatus fuit tempe Constātini impatoris. vt dr̄. xvj. dist. ppter quod non rapinā arbitratus est esse se equalē deo. sed semetipsum exinaniuit. i. maxime humiliauit. formā serui. i. humanā naturā accipiens. nec tamē ppter hoc formā diuinaz amittens forma serui accessit. sed nō forma dei decessit. In similitudinē hominū factus ē. Glo. q̄tum ad naturā passibilē nō q̄tū ad culpā. & in habitu inuentus vt homo. s. sua conuersatione. qz inter homies duxit cōmunē vitā. iuxta illud Baruch. iij. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est Humiliauit inquit semetipsum formā serui accipiens. factus obediēs. & nō solū quo ad ꝙicta

ꝛ verbera. ſed etiã vſq; ad mortẽ ꝛ nõ ad quãcũ q; ſed ad mortem crucis contemptiſſimam. Ecce qualiter ille miles generoſus chriſt⁹ Jheſus venit aſſumens arma humanitatis. et pugnans cum tyranno ſuggeſtore iniquitatis. ꝛ filiã ſummi regis in poſſeſſionez introduxit regni. Jdeo dicit deuotus doctor Hugo in Soliło. de arra anime ad animam ſuam. Humiliari dignatus ẽ cum te repararet. vt enim te releuaret illuc vnde ceciderας. ipſe dignatus ẽ deſcendere vbi iacebas. ꝛ vt tibi iuſte redderetur quod perdideras ipſe dignatus eſt pro te pati quod per peccatum tuleras Deſcendit ergo: ſuſcepit: ſuſtinuit: vicit reſtaurauit. Deſcendit ad mortalem: ſuſcepit mortalitatem. Suſtinuit paſſionem: reſtaurauit hominem. Et infra. Abieras ergo et perieras. quia in peccatis tuis venundata fueras. Abijt ille poſt te ꝛ redemit te. ꝛ tantum dilexit te vt ſanguinis ſui preciuz appenderet pro te. taliq; pacto reduxit te de exilio. ꝛ redemit de ſeruitio. ꝛ hoc etiam innuitur in exemplo predicto. vbi dictum eſt q; miles ille accepit vulnus letale. quia de xp̃o dicitur Iſa. lviij. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. et attritus eſt propter peccata noſtra cuius liuore ſanati ſumus. Jdcirco debet anima cuiuſlibet hominis toto tempore vite ſue mortem chriſti deplangere ad inſtar illius puelle. ꝛ arma ſue paſſionis ad cameram ſui cordis portare. ꝛ ea frequenter aſpicere. Quia chriſtus cuilibet militi ſuo ſpũali. ſ. homi contulit illa arma. Dicit em̃ Robertus holcot lec. cxxuj. q; reges iuuenes ꝛ principes conſueuerunt militare in armis ignotis. nec in iſtis que poſtea debẽt deferre. Quando autem tales principes exercitũ in talibus armis dimittunt: ꝛ victoria gaudent. tunc ſolent dare alicui armigero arma illa conſecrando eũ in militem. ꝛ illud cedit ad honorem illius armigeri q; poſſit portare arma domini ſui quibus vſus eſt in ſua militia iuuenili. Moraliter dominus noſter filius dei Jheſus chriſtus militauit in cruce. arma habuit de argento ꝛ byſſo carniſ ſue roſis rubeis diſtincta que ſunt vulnera impreſſa corpori ſuo ſacro. Princeps autem xp̃s iſte ludum talem armorum in ſua reſurrectione dimiſit. quia chriſtus reſurgens ex mortuis iaz non moritur. quia mors illa vltra non dominabitur ad Romanos. vj. Sed homini chriſtiano tanq; armigero multum dilecto contulit illa. et militem illum fecit per apoſtolum. ij. Thim. ij. Labora ſicut bonus miles chriſti. Et honorificum debet eſſe homini multum. quia cogitare ꝛ portare valet arma chriſti exemplo apoſtoli q̃ gloriabatur iſtis armis Gall. vj. Stigmata domini noſtri Jheſu chriſti in corpore meo porto

Et nõ ſolum iſta arma portauit. ſed ad ea portã dum nos hortatus eſt. j. Chor. vj. Empti eſtis precio magno in chriſti ſanguine precioſo. glorificate ꝛ portate dñm noſtrum Jheſum chriſtũ in corde veſtro. Sed eſt valde notabile illud qõ ad hanc puellam per militẽ redemptã multi nobiles venerunt. ꝛ eam in vxorem petierunt. Hz per nobiles moraliter intelliguntur demones. quia nobiles ſunt ꝓpter ſubtilitatem nature Dicit em̃ mgr̃ li. ij. di. vij. c. vj. Licet mali angeli p̃ maliciam ita ſint obſtinati. viuaci tamen ſenſu. id eſt ſubtilitate ingenij non penitus ſunt priuati. Et allegat ibidem Jſidorum de ſummo bono libro. j. c. x. dicentem. Triplici acumine ſcientie vigent demones. ſcz ſubtilitate nature. experientia temporꝫ. ꝛ reuelatione ſupernorum ſpirituum angelorum. Jſti igitur non contenti q̃ ante chriſti paſſionem quaſi totum mundum ſibi ſubiugauerunt. ꝛ filias ſummi regis. ſcz aias hominum deflorauerunt ꝛ regno celeſti priuauerunt. ſed adhuc quottidie veniunt. ꝛ animam cuiuſlibet hominis xp̃i ſanguine redemptam in vxorez petunt. nũc per ſuggeſtionẽ ſupbie. nũc luxurioſe: ꝛ ſic de alijs. Q̃ igit̃ ſic tẽptant te ducere in vxorẽ ſeu accipe. intra ī cameraz cordis tui. ꝛ p̃ deuotã meditationẽ intuere arma xp̃i p̃ pter te mortuũ. ꝛ tũc ei nõ cõſenties Quia dicit Gregl. Nihil adeo reſiſtit iaculis diabolice ſuggeſtionis q̃ frequẽs meditatõ diuine paſſionis Et. b. Ambro. in hexa. dicit. Folia mori ſuperiacta ſerpẽti ipſuz interimũt Et folia mori vt dicit Anſel. li. iij. c. xlix. ſunt exempla crucifixi q̃ omnem ſerpentem. i. dyaboli ſuggeſtionẽ interimunt. Si autem temptaris auaricia. conſidera crucifixi pauptatem ꝛ nuditatem. Si de ſupbia objice ei⁹ humilitatem. Si de luxuria corpis penaꝫ eius acerbitatem. ꝛ ſic extinguet̃ oĩs temptatio. Et hoc figuratũ fuit in ẽpente eneo ī deſerto exaltato. cui⁹ aſpectus a venenoſis morſibus ſerpentũ liberauit. Nume. xxj. Sic liberat⁹ fuit ille a tẽptatiõe demonis de quo legit̃. Erat quidã religioſus vir qui grauiter tẽptabatur de pctõ carnis. tandẽ vidẽs ſe nõ poſſe reſiſtere venit ad imaginẽ crucifixi ad quaz ſepe venerat. rogans chriſtum vt eum liberaret ab hac tẽptatione dicens. niſi eum cito liberaret. dimiſſis veſtibus religioſis ad ſeculum rediret ꝛ ſuam concupiſcentiam ſatiaret. Nec igitur cum dixiſſet. nocte ſequẽti grauiſſime eſt temptatus. Hz mane cum fletu flexis genubus dixit. Ecce veſtes tue exquo tu non vis me iuuare. Sicq; poſuit eas ante pedes chriſti crucifixi. Tunc crucifix⁹ vocans eũ noĩe ꝓprio dixit. Frater accipe veſtes tuas. quia anteq̃ te per banc temptationẽ exire permitterem. potius iterum deſcenderem

si oliua prius aqua calida pfundat. Quid est aqua calida nisi cordis cōpassio feruida. vt dicit Anselmus li.iij.c.xxxix. Quā quidem passionē si habuerint erga paupes citi⁹ effundit oleū ele mosine ⁊ mie ab eisdē. sicut dicit Job. q̄ fuit pi⁹ ⁊ miserícors cōiugatus. Quia dicit.c.xxxj. Si negaui quod volebāt pauperes ⁊ oculos vidue expectare feci. Qui comedi buccellaz solus. Et subdit rationē. Quia ab infantia creuit mecum miseratio. Et ponitur ibi si p non. Item bonus cōiugatus erat Thobias qui dixit filio suo Uade ⁊ adduc aliquos de tribu nostra vt epulentur nobiscum Thob.ij. Itē boni cōiugati erāt parētes Marie. de q̄bus scribit Piero. q⁹ substantiā suam tripharie diuidebant. vnam partem tēplo ⁊ eius seruitoribus impendebāt. Aliam partez peregrinis ⁊ pauperibus erogabant. Sed tertiam sibi ⁊ familie vsibus reseruabant. Ecce q̄liter illi ramos oliuaz in manu portabant misericordie ⁊ pietatis. Itē debēt in manibus portare flores amigdali vere fidelitatis. Sicut enim flores amigdaloz pre alijs floribꝰ arboz citi⁹ apparent. sic debet fidelitas cōiugatoz p alijs vtutibus florere ⁊ apparere. Quid aūt sit fidelitas aut fides docet Aug. sup Gen̄.li.ix. c.ix. In fide inquit attenditur vt post vinculū coniugale cuz alio vel cuz alia nō coeat. Propter q̄ dicit magister li.iiij.dist.xxxj. Deest enim fides vbi vir cum alia vel mulier cuz alio coit. Sexto ⁊ vltimo debent omnes peccatores occurrere christo in veste cilicia penitentie ⁊ austeritatis. Ipsi em̄ peccatores debent agere austerā penitentiam. ppter quattuor incitamēta q̄ ponit Rober.bol.lectione.cxliij. Primū ē amor christi quē offendimus. Ipse em̄ ab eterno dilexit nos Iere.xxxj. In charitate perpetua dilexi te. Et Apocal.j. dicit Johan. Dilexit nos ⁊ lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris ⁊ fecit nos regnū. i. conscribin os in gaudiuz regni celestis. Ecce quantaz dilectionē nobis peccatoribꝰ ostēdit. ⁊ certe maiorē ostendere nō potuit. nisi cuz pro nobis mortuus fuit. iuxta illud Joh̄.xv. Maiorez hac dilectionē nemo habet q̄ vt aiaz suaz q̄s ponat. p amicis suis. Et vere si talia bñficia cogitemus ⁊ pctōz nroz magnitudinē pōderemꝰ. nō est dubiū quin si vsuz rōis habemus occasionē pnie sentiemꝰ. Quia dicit Aug. Penitētiā certā nō facit nisi odium peccati ⁊ amor dei. Scribit Pli. in spe. natu. ⁊ alij naturales. Arpea ē auis a remoti mūdi ptibꝰ habitās iuxta mare. insatiabilis ē ⁊ crudel' habēs quasi faciez hominis sed in se nihil habet humanū. primū hominem quē in deserto inuenerit occidit. Cū aūt casu fortuito in aquā prospexerit faciemq̄ suaz contemplata fuerit mox similez hominē se occidisse prospicit. tuncq̄ tanto dolore patit ⁊ tristatur q̄ exinde quandoq̄ moritur. Moraliter aūt per hāc auē quilibz peccator mortalis intelligitur. primo sicut auis illa est in remotis mundi ptibꝰ. sic per peccatū peccator se a deo elongat. Sicut figuratū est Luc̄.xv. de filio prodigo q̄ petijt substantiā suā a patre suo ⁊ abijt in regionē longinquā. Sic etiā beatꝰ Aug. ante suā conuersionē inuenit se longe esse a deo in regiōe dissimilitudinis. Ideo dixit pſ. cxviij. Longe a peccatoribꝰ salus. ⁊ Prouer.xv. Longe est dñs ab impijs. Secundo sicut auis illa est insatiabilis. sic ⁊ peccatores peccatis nō satiant̄. q⁹ dicitur Sap̄.xxxj. Tria sunt insatiabilia. ⁊ quartum dicit nunq̄ sufficit. ⁊ illud quartum est ignis auaricie in auaro. luxuria in luxurioso. ⁊ superbia in superbo. Tertio sicut hec auis habet faciē quasi hominis. nihil tamen habet de homine. Sic etiam peccator licet fm exteriorem faciem appareat homo. non tamē in anima que est facies interior que per peccatum deformatur. vt dicit propheta Isa.c.iij. Facies combuste vultus eorum. Et Naum.ij. Et facies eorum sicut nigredo olle. Jō dic̄.b. Aug. li.xiiij. de ciui. dei. c.xiiij homo ad imaginem dei factus. quanto plus se auertit a deo per peccatum. tanto magis eius imago deformatur. Nos igitur peccatores per hanc auem designati christum verum hominem ppter peccata nostra occidimus in deserto huius mundi. iuxta illud Actū.iij. quod dicit Petrus. Auctorem vite interfecistis. Et Actū.v. legitur: De Jhesu quē inquit occiderant suspendentes in ligno. Si autez homo non peccasset mortem christus non sustinuisset. Ideo pōt dicere homo cum bea. Bern. Peccator ego perditus tibi mitis agne fui causa penitus confusionis magnē. Sed quid faciendum est peccatoribus. Debent em̄ inspicere aquā sacre scripture. ⁊ tūc videt q⁹ sibi similē occidit. s. christū hoiem qui habitu inuentus est vt homo ad Phil'.ij. Et tūc dz flere ⁊ penitere. iuxta illud Actū.iij. Penitemini ⁊ reuertimini. vt deleantur pcta vestra. Et Marci. j. Penitemi ⁊ credite euāgelio. Scōm incitamē tū ē dolor p gr̄a quā amisim⁹. magnā em̄ gratiā dedit nobis deus per quā possumus filij dei fieri Joh̄.j. Dedit inq̄t eis potestatem filios dei fieri Sed amissa hac gratia per culpā. de filijs dei filij dyaboli. de filiabus ⁊ amicis christi. hostes proditores ⁊ emuli. et de regni celestis heredibus efficimur et sumus exules et proscripti. Unde Richardus de sancto victore. Propter peccatum homo obligatur ad duo. Ad culpam videlicet ⁊ ad penā. In vno obligatur vinculo captiuitatis. In altero vero debito dāpnationis Et quia anima per culpam captiua tenetur et

damnationē incurrit. iō plāgere dz ꝛ penitere. Legit̄ eñ in li. de natu. rer. q̄ sit quedā auis q̄ vocat̄ auis paradisi: que propt̄ insignē pulchritudinē ita vocat̄. Est em̄ adeo pulchra ꝛ mirabilis q̄ null⁹ ei color deesse credat̄. Vox ē ita dulcis ꝛ pia: q̄ possit in homīe deuotionē ꝛ gaudium excitare. Hec auis si capta fuerit ꝛ illaqata irremediabiliter plangit ꝛ gemit. nec vnq̄ plāgere desit. donec reddita fuerit libertati. Moraliter ista auis est exemplū ꝛ figura aīe christiane. Hec quoniā est auis ꝛ pulcherrima. quia in ea relucet imago trinitatis. q̄ ad imaginem dei factus est homo. Juxta illud Gen̄. j. Faciamus hominē ad imaginē ꝛ similitudinē nostraz. Naturaliter habet aīa sibi impressaz imaginez trinitatis que est decorata virtutibus ꝛ gratia vt nihil sibi desit quin sit filia dei ꝛ patrie celestis incola gratiosa. Ista igitur illaqueatur ꝛ captiuatur in laqueo demonis quando peccat. Quid ergo restat ei facere: nisi plāgere ꝛ plorare: dolere ꝛ incessanter penitere: donec per gratiam reconciliationis in statuz p̄stinū reducat̄. ꝛ de bufone dyaboli: fiat denuo auis paradisi. Ad q̄d hortatur sponsus Cantic̄. vj. Reuertere reuertere sunamitis ꝛc̄. Quod sic exponit Richard̄. O sunamitis. i. aīa captiua quā dyabolus propter malicias mundi captiuam trahit. reuertere a peccato praue cogitatiōis. reuertere a peccato locutionis. reuertere a peccato praue consuetudinis. vel sic. Reuertere per cordis cōtritionē. reuertere per oris cōfessionez. reuetere p operis satisfactionē. reuertere p bone vite cōtinuationem. vt intueamur te. i. vt sic in te videre possimus imaginē dei ꝛ similitudinē dei quā feruenti desiderio optam⁹. Pāc igit̄ vocē sponsi vl̄ etiā p̄dicatoz debet audire captiua aīa que adhuc tenetur funib⁹ demonū alligata. ꝛ debet reuerti per gemitum ꝛ planctum quousq̄ introducatur in celestez paradisuz. Sic fleuit ꝛ planxit sanct⁹ latro iuxta christuz suspensus. donec audire meruit. Hodie mecū eris in paradiso Luc̄. xxiij. Tertiū incitamentū penitentie est horror pene quā incurrim⁹ Istum enim horrorez satis sibi impresserat Job quando dixit. c. x. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum anteq̄ vadā ꝛ non reuertar ad terram tenebrosam ꝛ opertam mortis caligine terram miserie ꝛ tenebrarum. vbi vmbra mortis ꝛ nullus ordo sed sempiternus horror. Et apostolus ad Heb. x. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Et beatus Gregorius. li. ix. moral̄. Horrendo modo fit miseris: mors sine morte: finis sine fine. defectus sine defectu. ꝛ mors semper viuit. ꝛ finis semper incipit: et deficere defectus nescit. mors punit ꝛ non extinguit. dolor cruciat: sed pauorez non fugat. flamma comburit: sed tenebras non excutit. hec ille. Istud penitentie incitamentum multos mouit. quia timore pene qui est timor seruilis ꝛ initialis gignitur timor filialis sicut zeta introducit filū ſm Aug. Et sic incipit beatus Johannes predicare iudeis. Progenies inquit viperarum quis demonstrabit vob fugere a ventura ira dei facite ergo dignos fructus penitentie. Quartum incitamentum penitentie est timor mortis ad quam transcurrimus Hec enim est ratio ſm Gregorium. quare deus diem mortis nobis incertum esse voluit. vt duz semper ignoraretur semper proximus esse credatur. vt ita semper parati inueniamur. vt p̄z. xij. moral̄. Penitentia enim prope mortem est valde difficilis. Tum quia dolor languoris corpo ris occupat totaliter vires mentis. ꝛ cum homo tm̄ cor vnicum habeat non habet protunc vbi pro culpa dolorē producat. Exquo ad hoc dicit Aug. contra Faustum Plane non inuenio mortis instante tempore te aliqualē posse penitentiam agere. tunc enim omnes potentie mortis vehemētia sunt occupate. discutite ergo interim q̄ sunt in omnimoda libertate. Tuz quia tūc homo nō pōt esse certus an doleat p peccatō suo ductus timore duct⁹ amore. Jō dicit ibidem Aug. in sermo. quodā. ꝛ ponit̄ de pe. di. vij Quē morbus vrget ꝛ pena terret ad verā vir satisfactionē veniet. maxime cuz filij quos illicite dilexit sunt p̄ntes. parentes: vxor: ꝛ mūdus ad se vocet. Multos em̄ solet penitentia serotina decipere. Tū q̄quando aliqua persona notabilis infirmatur vix inuenitur aliquis q̄ de aīe sue salute audeat sibi loqui. Executores em̄ sollicitant̄ circa diuitias ꝛ thesauros. Medici circa corporis medicinas. Uxor filij ꝛ amici sollicitantur infirmum etiam cōtra conscientiam mentis. ꝛ sic miser non mittitur de peccatis suis cogitare. neq̄ finē vite ꝛ statum salubriter ordinare. ꝛ sic fortassis iusto dei iudicio damnationi exponitur De hoc dicit deuot⁹ amandus in hora. Sap̄. li. ij. c. ij. Sunt nonnulli qui se diu viuere arbitrant̄. ꝛ quia mortem indispositam non metuūt. ideo miseri damna ipsius prouidere contemnunt. Et subdit. Cum nuncius mortis infirmitas adest. conueniunt amici ꝛ socij ad egrotum gratia visitandi. omnes que bona sunt prophetando promittunt. ꝛ nequaquam mortē ad esse Sed neq̄ sibi omnino timendum esse vel etiam periculum imminere testantur. sed fluxum transeuntem vel qualemcunq̄ humorum decoctionem. ac membrorum vel neruorum compilationem in breui transituram. Sic amici cor poris inimici fiunt anime. ꝛ miserum negligunt Hec Amādus. Ideo dicit Sapiens Eccl̄i. ij. Si

penitentiã nõ egerimus incidimus in manꝰ dei. ꝛ non in manus hoīum. id est si sacramentũ penitentie debito tempore nõ suscipimus in manꝰ dei incidimus. ideo, ppter ista quattuor iã dicta debẽt oẽs peccatores christo in veste cilicia vere penitẽtie occurrere. ꝛ ipsum vt regẽ benignũ suscipere ne transito tempore gratie mereamur eternaliter puniri. Jusuper debent peccatores cum veste cilicia penitentie ꝛ asperitatis portare ramos deuote orationis. Est enī aloes arbor aromatica que in Jndia ſm Papiã inuenit̃ suauissimi odoris ꝛ fumi. cuius pticula loco thymiamatis in altaribꝰ adolet̃: ꝛ significat deuotam orationẽ penitentium. Quia cum pure orant et deuote quasi quendam odorem suauissimuz ꝛ fumum deo amministrant. Huius ergo particula vna est oro mentalis Quia alia pars eius ẽ oro vocalis. Prima ergo particula dũ in altari cordis feruenter immolatur ex ea ipse deus velut ex suauissimo thymiamate recreatur. Ut dicit Anselmus libro. iij. c. lvj. Jdeo dicit hic beatus Berñ. Quid oratione preciosius que domini ẽ sacrificium. angelis organum. sanctis conuiuium. orantibus presidium. contritis vnguentuz penitentibus remedium. hostibus iaculum. ꝛ tẽptatis omnibus firmamentum Jtez debent peccatores penitentes: portare in manibus flores lauri. qui q̃ diu sunt in arbore non deficiunt in nitore: nec in hyeme nec in estate. Per quod designatur q debent esse perseuerantes in penitẽtia vsq; ad finem. si volunt capere mercedem labozis. Jdeo dicit apostolus. Bonum facientes ne deficiamus ad Gallat. vj. quasi diceret. Penitentes nõ debent cessare a bono opere. Quia ſm Aug. Homo non debet deficere operando. Si enim homo non posuerit finem operi: deus non imponit finem remunerationi. Jdeo necesse est vt ꝛ penitentes portent inmanibus flores lauri finalis perseuerantie et stabilitatis Quia qui perseuerauerit in finem hic saluus erit. Matth. xxiiij.

Feria quarta post palmaꝝ.

Vlneratus est

ppter iniquitates nostras. attrit̃ est ppter scelera nostra. disciplina pacis nostre super eum. ꝛ liuore eius sanati sumus Jsaie. liij.

Dyascorides ꝛ magister libro proprietl. xvj. dicunt. Draguntea est herba habẽs similitudinẽ serpentis ꝛ tamen non est venenosa. ymo est serpentibus cõtraria. Nam eius hasta ad modum colubri ẽ resperſa habẽs similitudinẽ draconis Et dicit Papias q dicta herba nata fuit de sanguine draconis. florem habet purpureum diuisum ꝛ apertum sicut os serpentis. de cuius medio, pcedit lingua: quasi lingua serpentis nigra ꝛ rotunda. Hec autẽ herba odore suo serpentes fugat. Et dicit Papias. Si quis radices huius herbe sanis confricet manibꝰ: serpentes sine periculo predet. quia est tyriace virtutis. si legat̃ in mense Julij. Spiritualiter huic herbe assimilatur christus vt dicit Anselmꝰ. li. iij. c. lxxiiij Quia ipse habuit similitudinẽ serpentis q̃tum ad similitudinem carnis. Sz tamẽ in rei veritate caruit veneno. i. pctõ. qõ serpens antiquꝰ .i. dyabolus sua tẽptatione humane nature immisit. qõ testat̃ Jsa. liij. Dat impios. s. iudeos, p sepultura sua. ꝛ diuites, p morte sua. eo q̃ iniq̃tatẽ nõ fecerit. Et. j. Pe. ij. Qui pctm̃ nõ fecit. nec inuentꝰ est dolus in ore eiꝰ. Et ad Hebr. iiij dic̃ aplus. Jtõ habemꝰ põtificẽ q̃ nõ possit ꝯpati infirmitatibꝰ nr̃is tãptatũ p oĩa p similitudinẽ absq; pctõ. q. d. christꝰ tẽptatꝰ est ꝛ passus ẽ in carne passibili. nõ tamẽ, p pctis suis. qz absq; pctis fuit sz, p pctis nr̃is. Jdẽ inq̃ xps vt dic̃ Ansel. sue passionis odore ipos serpentes. i. demones fugauit. ꝛ nos ab eoꝝ veneno liberauit. Jtẽ lingua ipsi. i. doctrina fuit serpẽtina. i. prudentissima q etiã nemo poterat ei rñdere. Mat. xxij. ppter qõ dicit discipulis suis Matth. x. Estote prudentes si. ser. Jtẽ lingua ipsius fuit nigra. i. humilima. qz humiliter doctrinas suas, pposuit Jdeo dixit. Matth. xj. Discite a me qz mitis suz ꝛ humilis corde. Vel etiã fuit nigra. i. ardentissima. Res. n. adustе nigredinẽ habẽt. Jõ dicebãt duo discipuli Cleophas ꝛ almeon. Nonne cor nr̃m erat ardẽs in nobis dũmõ loq̃batur nobis in via. q. d. vtiq;. Luc. vlt. Jtẽ fuit rotunda. per qõ designat̃ q ei⁹ doctrina fuit pfectissima. ppt̃ qõ dixerũt ministri phariseoꝝ. Nũq̃ sic locutꝰ est hõ sicut hic hõ Joh. vij. Et qz xps ad modũ hui⁹ herbe serpentes infernales fugauit. iõ attritus est manibꝰ iudeoꝝ vt ꝛ eosdẽ demones spoliaret. De qua attritione dicũt verba, ppbetie p libata. Attritus ẽ, ppter scelera nr̃a. in q̃bꝰ duo tangunt̃. Prio passio xpi penosa. ibi. vulneratꝰ est, ppt̃. Scõo passio xpi fructuosa. ibi. et liuore eius sanati. Pro quo notandũ. corpꝰ xpi cõpar̃ ꝑmo arbori q̃ dicitur balsamꝰ: ꝛ p balsamũ designatur sanguis xpi, ppter quinq;. Primo ratõe originis. Dicũt em̃ naturales q balsamus ẽ frutex. iuxta illud. Balsamꝰ est arbor sup balsama dicta liquores. Sz lignum dicitur carpobalsamuz. sucus aũt dr̃ opobalsamũ. Vñ v. Arboris emanat opobalsama cortice cesa Dicit em̃ mgr̃ libro. xvij. pprietatum. q cortex ligni cedr̃ aut percutitur ferreis vngulis. et per cortices vulneratur quasi per cauernas gutte opobalsami

eximie effluunt. De hoc dicit etiam Amb. super Beati immaculati. q in vineis engadi est arbor balsamus. que si pungatur. emittit vnguentum quod dicitur balsamū. Hec arbor si nō pungit̄ z inciditur nō redolet z fragrat. Et subdit hoc exponēdo de xpo. dicit enim sic. Christus in ligno compunctus est lancea. z exiuit de eo sanguis z aqua omni vnguento suauior. Accepta dñs hasta per totū mundū odorē sanctificationis effundens z quasi balsamum ex arbore sic punctus exiuit de corpe. hec Amb. Diceres q̄re xp̄s voluit vulnerari z sanguinem effundere Respondeō. Nui⁹ eīm multe sunt cause. Prīo vt vinctos in lymbo liberaret. Refert eīm pe. mā ducator in sco. histo. q Salomō habuit strutionem habentē pullū: quē pullū Salomō in quadam cauea vitrea nutriebat. Cū vero pater strucio pullū suū liberare nō posset. vermē quendā de deserto apportauit. cui⁹ sanguine caueam liniuit z continue fracta fuit. z sic pullū suum liberauit. Moraliter Salomō interpretatur retributor vel retribuēs iniquis. z significat patrez q̄ est retributor oīm bonor. Quia omne datuz optimū: z omne donū pfectū de sursum ē descendens a p̄re luminū Jaco. j. Et ip̄e retribuit oībus iniq̄s penā eternā. iuxta illud Deut. xxxij. Reddam vltionē hostib⁹ meis z his retribuā in tpe. Hic inquā verus Salomō habuit strutiōez per quē intellige primū hominē. s. Adam. cui⁹ pullus erat totuz genus humanū. significat tñ spūaliter quēlibet iustū ab eo descendentē. quez q̄dez pullū de⁹ pater in cauea vitrea. i. in lymbo nutriebat. Videns aūt Adam q pullū suū quē de se genuerat: liberare non posset. volauit suis desideriis z precibus in desertū celi: quod desertum erat. i. derelictum ab angelis malis. z tulit inde vermiculū christum. qui fm humanitatem se vermi cōparauit ps. xxj. Ego inquit sum vermis z non homo. z illius corpore vulnerato effudit sanguinē. z cū eo inferni caueaz seu lymbi liniuit. z inde pullum eduxit. z hoc virtute sanguinis christi. Jō dicitur Zacharie. ix. Tu inq̄t in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Secundo christus iō vulneratus effudit sanguinē vt homines in peccatis mortuos viuificaret. Nam legitur q serpens multū psequit̄ pellicanum. z cum abest intrat nidū z pullos occidit. Rediens pellicanus tribus dieb⁹ pullos plangit. Deinde tertio die rostro se vulnerat: z sanguine suo pullos aspergit quo viuificat Moraliter serpēs ē dyabolus qui callidior erat cunctis animantib⁹. Gen. iij. Hic odiuit vex pellicanuz christū qui dic̄ ps. ci Similis factus sum pellicano solitudinis. Hūc quidem non solum persecutus est quando voluit sibi sedem dei vsurpare nolens ei subesse Isa. xiiij. cum dixit. Ascendam in celū. z similis ero altissimo. sed etiā pullos eius scz Adam cum suis occidit. Ideo christus non soluz in quinq̄ p=tibus: sed etiam in toto corpore se vulnerauit z vulnerari permisit vt genus humanū viuificaret. Jō dixit Isa. c. vj. Viuificabit nos post dies duos. z tertia die suscitabit nos. vbi dicit Glo. Viuificabit nos prima die passionis. secūda die sepulture. sed die tertia resurrectionis suscitati sumus. De hac materia dixi supra dñica Judica. sermone. j. Tertio ideo vulneratus est sanguinē copiose effundendo vt compre hensores beatificaret. Est enī illis sanguis xp̄i sicut balsamum sanctificans. Est enim balsam⁹ liquor suauissimus z pretiosissimus ad vngendum aptus quo sanctificabātur vasa tante mandestati digna. sic sanguis christi suauissimus z p̄ciosissimus facit electos reges a regēdo dictos propterea deuotus Amandus in hora Sap. li. j. c. ij. alloquitur electos in patria dicens. O vos celestes principes. o nobilissimi reges z imperatores. o filij dei excelsi diuine cōsortes nature q̄ immēsa bilaritate facies vestre videntur perfuse. Corda vestra q̄ copiose z supereminenter cernuntur superefluere pre exultatione serta aurea ineffabiliter micantia. facie chorusci z indumento splendidi. hec ille. Nec mirum si sancti sunt reges in celo. quia dum inter tot mundi pressuras regnauerunt in terris fideles serui fuerunt christi. Ideo constituit eos super omnia bona sua qñ dixit Math. xxv. Vnicuiq̄ claro euge serue bone z fidelis: quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te constituā. intra in gaudium domini tui. Diceres que sunt illa bona supra que dñs eos cōstituit. Rñdetur q quilibet iustus ppter excellētiaz sue conditionis cōstituitur super bona naturalia. sed ppter sapiam et sanctitatē constituitur super bona supernaturalia. ppter tpantiam z castitatē super bona coelia. ppter patiaz z stabilitatē sup bona spiritualia. z ppter affluentiā felicitatis constituit super bona eternalia. Diceres vñ merent̄ electi vt fiant electi in patria celi. Rñdetur. q regnū celi habent iure hereditarie successionis. qđ p̄z sic. Omnis eīm legittimus filius seruans voluntatem p̄ris est z efficit̄ heres regni sui qđ sibi iure successionis debet̄. Sz oēs sancti in patria de celo sunt filij dei Joh. j. Dedit eis ptātez filios dei fieri. Et sunt coheredes christi ad Roma. viij. Qđ si heredes dei coheredes christi. Secundo habent hoc iure strenue adeptionis. Quia ad Hebr. xj. Sancti per fidē vicerunt regna opati sunt iusticiā. Tertio ratione emptionis. Omne enim emptuz transit in ius ementis. sed regnum

celorum emitur. qr. b. Aug. in psona dñi loquit̃ di. Venale habeo quid regnũ celoꝝ. Quõ emitur? Certe emitur pauptate regnũ. dolore gaudiuz. labore requies. Et morte emitur vita sempiterna. ergo ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Sed ista hereditaria successio. emptio ⁊ v̄tuosa adẽptio vnde habet̃? certe non nisi a morte ⁊ sanguine christi. Quod pulchre deducit. b. Bern̄. dicẽs. Multos enim filios vnitos deo patri dilexit. Emit sanguine suo inunitos. reprobauit reprobatos. redemit venditos. honorauit iniuriatos viuificauit occisos. mortuus est innocens ꝓ nobis. nihil quod amaret in nobis inueniens. hec ille. Quapropter omnes electi in patria dãt laudes christo de sua misericordia dicentes. Dignus es domine deus quoniam occisus es ⁊ redemisti nos in sanguine tuo. ⁊ fecisti nos deo nostro regnũ ⁊ sacerdotes. ⁊ regnabimus sup terram Apoca. v. Secundo sanguis christi qui de eius fluxit vulneribus significatur per balsamũ ratione ponderis. Nam balsamum in aqua positum statim fundũ petit nisi fuerit zophisticatũ sic sanguis xp̄i ⁊ gloriosa eius passio posita per meditationẽ in aqua tribulationis nostre mox fundum petit. quia grauiorem se omnib⁹ tribulationibus nostris ostendit. iuxta illud Treno. j. O vos omnes qui tansitis ꝑ viam attendite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus. q. d. nullus Quapropter. b. Bern̄. in quodam sermone loquens in persona dñi deuote sic ait O homo vide que pro te patior nõ est dolor sic̃ dolor quo crucior. Ad te hodie clamo qui pro te morior. Vide penas quibus pro te afficior. Vide clauos cum quibus fodior. Et cũ sit dolor tantus exterior. intus tñ ẽ planctus grauior cum te iam ingratum experior. Hec Bern̄. Cum igitur tantũ dolorẽ in xp̄o perpendimus cũctas nostras tribulationes sui ponderis ⁊ grauaminis cõpatione leuiter ferimus. Ideo dic̃ aplus. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit aduersus semetipsuz a peccatoribus cõtradictionẽ vt nõ fatigemi animis vr̄is. Et. b. Grego. Si passio xp̄i ad memoriam reuocet̃ nihil adeo durum qd̄ non equo animo toleretur. sicut de hoc legit̃ in annulo aureo ꝑte p̄ma. c. x. Quidam nouit⁹ dum ꝓpter duriciam ⁊ insipiditatẽ ciboꝝ vellet apostotare quodam die ei in mensa sedenti christus apparuit aperto vulnere ⁊ latere ⁊ dixit. Cur cibarie sunt tibi insipida. intinge in vulnere isto ⁊ erunt dulcia ⁊ delicata. Quod cũ fecisset mirã dulcedinez sensit. ⁊ sic in ordine in penitentia ꝑmansit. Tertio ratione incisionis. Nam in arbore que dicit̃ balsamus sola cortex exterior inciditur. lignuz aũt nullo mõ tangitur ferro. Sic in xp̄o sola caro vulnerata est ⁊ incisa atqꝫ lesa. Sed lignũ diuinitatis nullatenus sensit lesionẽ. sicut figuratũ fuit. Gen̄. xxij. vbi dñs p̄cepit Abrae vt imolaret filium in vno monte qui dicebat̃ morion. Sed tñ nõ Isaac sed aries qui inuentus fuit est immolatus pro Isaac qui interpretatur risus ⁊ gaudium significat deitatem a qua electi in patria habent omne gaudium. Sed per arietẽ humanitas que fuit in cruce immolata ⁊ vulnerata deitate illesa permanente. Et hoc commemorat vna Glo. sup. ca. firmiter. sup hoc verbo impossibilis dicens. Nihil Isaac patitur. aries fit victima xp̄s. Nec deitas patitur cuz moriat̃ hõ Et est notandũ s̄m magr̄m lib. xvij. ꝓprie. Estiuo tempore leuiter inciduntur rami eius cũ cultello osseo non nimis accuto ne lignum ledatur quia tunc periret. Sed sub cortice sic inciso vitree ampulle ponũtur in quibus gutte stillantes colliguntur Moraliter vitree ampulle sunt anime aut mentes pure aut humiles. Et propter quattuor rationes anima vitro similatur. vt dicitur feria quarta post Judica sermone secundo AA. X. Et dicuntur etiam vitree ampulle. quia sunt vacue per humilitatem. ⁊ vitree per puritatem. ⁊ debent colligere in se commemorando ⁊ compatiendo guttas sanguinis christi ⁊ penas corporis eius. Quia dicit Grego. in registro. Passio christi mentis oculis seruata om̃ez virtutem in presenti ⁊ in futuro causat efficitqꝫ om̃ez salutẽ. Et Sedulius in carmine pascali. Cunqꝫ passionis christi assumunt̃ insignia mox cuncta fugant̃ demonia. ⁊ vniuersa alleuiantur supplicia. Quarto sanguis christi qui de ipsius effluxit vulneribus assimilatur balsamo ratione odoris. Quia s̄m Plinium eis odor omnib⁹ odoribus prefertur. scd̄m ꝙ illud balsamum est optimum qnod est odoriferum ponderosum semine maximum mordens gustum. in ore feruidum. in colore ruffum. Moraliter omnia predicta conueniunt sanguini xp̄i qui de vulnerib⁹ ei⁹ effluxit aut passioni eius. Est enim odoriferus ꝑ attractionis suauitatẽ. Ideo ipse dic̃ Joh. ij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Item fuit ponderosissimus. i. grauissimus ꝑ doloris immensitatẽ. Quia sanguis non exijt de corpore sine magno dolore. Itẽ dixit Trenoꝝ. j. Videte si ẽ dolor sicut dolor meus. Item semine maximus per propagationis multiplicitatem. quia multi filij dei ex sanguine christi tanquam fruges ex quodã semina in terra semper spargendi sunt. propter quod xp̄s assimilat se grano frumẽti in terraz cadenti ⁊ morienti quod multũ fructuz affert Johannis. xij. Nisi granum frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ip̄m soluz manet. Itẽ dz mordere gustũ aĩe per passionis dolorẽ. ⁊ debet feruere in ore per

Feria

predicationē.sic vt frequēter ꝛ feruenter christi passio p̄dicet.iuxta illud.j.Ad cor.j. Nos.s.xp̄i ani p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū.Iudeis quidē scādalum.gētibus aūt stulticiaz.q.d. Judei ex hac p̄ dicatione capiūt occasionē ruine.nō ex natura rei predicate.sed ex cecitate eoꝝ qua christum adhuc expectant futurum. Sed gentibus est talis predicatio stulticia. Stultum enim videbatur eis mortuuz fuisse deū.quia nesciebant vtrā qz naturaz in vno supposito considerare. quod tamen credunt ipsi christiani ꝛ confitentur. vt dicit Lyra. Item sanguis christi est colore rufus.quia charitatis ardore ꝛ cruciat⁹ dolore ē vehementer contrit⁹. Sic dr̄ hic Attrit⁹ est propter scelera nostra. Et est valde notabile q⁹ balsamuz licet sit ruffum.vestem tn̄ mundā quā tangit nō polluit.vt dicit Isido.li.xvij. Sic multo magis est mirabile q⁹ sanguis christi sit rubeus non solum mūdas non polluit.ymo etiaz immūdas abluit.iuxta illud ad Hebr.ix. Si sanguis hircorum aut thaurorum.s.quod fiebat in festo expiationis ꝛ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificauit ad emundationem carnis. Quia dicitur Numeri.xix. In aqua lustrationis qua debebant immundi aspergi ponebātur cineres vitule combuste.ꝛ si hoc fecit ad emūdationis sanctificationem.quanto magis inquit apostolus sanguis xp̄i qui p spm̄ semetipsuz obtulit in maculatū deo viuēti emūdauit ysciam nr̄am ab opib⁹ mortuis.i.peccatis mortalib⁹ que mortificant aiam morte culpe ꝛ gebenne. Et Apoc.j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quinto ratione valoris. Valet enim balsamuz
F ad multa. Nam fetum mortuum adducit. ꝛ hoc signat q⁹ sanguis xp̄i ꝛ passio eius benedicta mediante penitentia peccatum mortale euellit de conscientia.vt patuit ex verbis apostoli. Nam penitentia ꝛ cetera sacramenta in virtute passionis xp̄i operantur ꝛ sunt instituta. vt testatur Hugo li.de sacramentis. Dia inquit sacramēta in v̄tute passionis dr̄ice nouimus instituta. Itē balsamum mortua corpora incorrupta custodit.quia quantum dissoluitur tantum consumit Similiter passio ꝛ sanguis christi carnalem. id est carnalia vicia mortificat. Sed mortificatos carne a peccatoꝝ corruptione custodit Itē balsamus morsib⁹ venenosis resistit. Quia passio christi ꝛ sanguis ei⁹ p̄ciosus temptationi demonū obsistit.sicut patet in hoc exemplo. Quidaz eñ erat cōsuet⁹ quotiēs lectū intrabat: ꝛ quotiens de eo surgebat semp memoriā passionis xp̄i habebat.deprecāsqz insup q⁹ ille q̄ ē rex iudeoꝝ id ē cōfitentiū daret sibi de hoc seculo migranti veram cōfessionē suoꝝ peccatoꝝ.ꝛ vt ostenderet q⁹ memoriā passionis xp̄i ageret semp dicebat illum titulū. Jhesu nazarene rex iudeorum miserere mei:ꝛ crucē impr̄imēdo cum pollice su per caput suū ꝛ super faciem eius:ꝛ super pect⁹ ꝛ totiēs predicta verba humiliter repetebat. ꝛ semp in fine In noie patris ꝛ filij ꝛ spūssancti: concludebat. Contigit autem deo permittēte vt subita morte preoccupatus esset. ꝛ demones vel lent eum recipere.vir lucidus ab eo fugit.ꝛ cuz ducerent eum per medias tenebras subito disparuit.ꝛ vbi signum crucis impr̄imere consueuerat splendor nim⁹ egrediebatur. qui eum in medijs tenebris illuminauit. Cum autem demones de abysso ascenderent eum rapere volentes splendor eos ita terrebat.q⁹ nullus ei manū imponere audebat. Dunc predictus vir lucidus subito a longe apparuit.ꝛ ecce accedens:dixit⁹ q⁹ ei:q⁹ summus iudex licet esset condemnand⁹ p̄m exigentiam peccatorum suorum.tamen propter deuotionē quam habuit circa passionē ei⁹: ꝛ nois triumphalis tituli inuocationē ꝛ crucis impressionem parceret ei.volēs vt iret ad vitaz p̄stinā ꝛ peccata confiteretur.ꝛ vitam in melius cōmutaret aut emendaret.ꝛ sic factū est.laudabiliterqz postmodum vixit ꝛ in dño quieuit. Ecce q⁹ passio xp̄i p̄cios̄issima:ipsuz a temptatione demonuz liberauit. Ex iam dictis patet q⁹ corp⁹ xp̄i est velut p̄ciosa arbor balsamus de qua effluxit sanguis sanctissimus ad instar nobilissimi balsami ad multa vtilissimus. vt patet ex predictis Secundo corpus xp̄i simile est alabastro pleno nobili vnguento. Est enim alabastr⁹ vt dicit Isidorus libro.xvij.c.v.lapis candid⁹ ꝛ intrinsecus varijs coloribus.ꝛ vnguenta per optima custodit incorrupta. Et spiritualiter significat corpus christi qui dicitur lapis excisus de monte sine manibus Daniel.ij. Et de hoc lapide dicit p̄s.cxvij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes.hic factus est in caput anguli. Est enim candidus propter innocentie puritatē ꝓpter quod dicit sponsa Cantico.v. Dilect⁹ meus candidus ꝛ rubicundus electus ex milibus. Et est intinctus varijs virtutum coloribus. vt nigro humilitatis.rubro caritatis: albo castitatis.ꝛ flaueo stabilitatis. Quia vsqz ad mortem fuit stabilis in sua passione. Ex illo spūali alabastro:videlicet corpore xp̄i fecit deus pater vasculū.ꝛ infudit vnguentum optimū plenitudinis scz gr̄az Joh.j. Vidimus gloriam ei⁹ gloriam quasi vnigeniti a patre.plenū gratie ꝛ veritatis. Sed homo erat vulneratus. Quia vt dr̄ Luc.x. Ipse cecidit inter latrones qui vulnerauerunt eum.ꝛ semiuiuo eo relicto abierunt. Jō voluit deus pater vt illud alabastrum videlicet corpus christi multis vulneribus frangeretur q⁹ inde exiret vnguentum sui sanguinis p̄ciosuz

Quarta Post CC Palma.

quo vulneratus homo sanaretur. Ideo ista saluberrima vnguēta pretiosi sanguinis q̄ fluxerunt de toto corpe christi petit deuota aia dicens. Trahe me post te. ꝛ curremus in odore vnguentoꝝ tuorum Canticoꝝ primo. Tertio corpus christi simile est sacco pleno argento. de quo quidem sacco dicitur Prouer. vij. Sacculum pecunie secum tulit. Et beatus Bernha. Sacculum inquit plenum misericordia sua misit dominus pater in terram. Et quare. quia homo erat paupr q̄libz dicere possz cū ps̄. lxxxv Quoniaz inops ꝛ pauper sum ego. Et itez ps̄. lxxxij. Pauper sum ego ꝛ in laboribus a iuuentute mea. Voluit igitur pater vt sacculus plen⁹ thezauro scinderet: vt homo captiuus ꝛ paup redimeret. Ille thesaurus fuit sanguis christi. de quo. j. Petri. j. Scientes q̄m nō corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vra conuersatione paterne traditionis. sz precioso sanguine agni incōtaminati ꝛ immaculati Jhu christi. Ideo dicit. b. Bern̄. in meditat. Copiosa redemptio data est nobis in vulneribus nostri redemptoris. magna multitudo dulcedinis gratie siue plenitudo ꝛ perfectio virtutū. Et sb dit. Cū pulsat turpis cogitatō: recurrere ad vulnera christi ꝛ fugiet a te. Cum me premit caro mea recordor vulnerum dei mei ꝛ resurgo. Cū dyabolus parat mihi insidias. fugio ad vulnera dei mei ꝛ recedit a me. In omnibus aduersitatibus meis non inuenio tam efficax remediuz q̄ vulnera christi. Ideo legit. Iuuenis quidam ordinem intrauit. qui nutritus in seculo delicate fuit. ideo vitam austeram difficulter sustinere potuit.. Panis enim erat niger ꝛ durus: ꝛ vinū acre. ꝛ ideo quidem sibi grauia que fuerunt ordinis videbantur. stimulatus enim de exitu. petiuit a prelato licentiam recedendi dicens se nō posse sustinere ordinem. Cui prelatus sicut vir discretus ait. Non inde licet tibi recedere. quia professus es in religione Sed habe confidentiā in deo. quia temptatio est. et ille acquieuit ad tempus. Sed iterum temptatione inualescente habitu mutato iuit ad seculum. Eunte autem illi: apparuit christus in specie iuuenis. sequens eum probandum viam. Ille autem quasi despera⁹ festinabat. nesciens quo ire debebat. Christus autem clamans post eum vt se expectaret sed ille ampli⁹ currebat. Tunc dn̄s vocauit euz nomine proprio dicēs. Frater expecta me: ꝛ ibo tecum. Iratus igitur ille q̄ vocauerat eū ex nomine ꝛ fratrē: fortius currebat. attamē tandem tedio clamantis affectus ꝛ victus: euz expectauit. Cūq̄ christus quereret quo nāq̄ iret. ille respondit. Ego vado viam meā quid ad te. Tandem victus precibus dixit ei q̄ religionē dimiserat ꝛ ad seculū rediret Tunc christus eleuans vestē viditq̄ ex vulnere quasi sanguinē fluere. ꝛ dixit ei. Reuertere in locū tuum. ꝛ qñ inuenies panem nimis duz: vel alia tibi grauia. intinge in latus illud ꝛ erit tibi totum suaue. Tunc ille rediit. ꝛ deinde sancte vixit. Ecce q̄ vulnus lateris christi fuit sibi remedium salutare reuertē di: ꝛ in ordine vlterius remanēdi. Quarto corpus christi similatur herbis odoriferis. Quia dixit Isa. xl. Omnis caro fenum. ꝛ omnis gloria eius quasi flos agri. Sicut enim herbe odorifere terunt manibus vt inde fiat emplastrum quo apostemata sanant. sic corpus christi fuit attritū velud herbe aromatice vt tumor nostre superbie sanaretur. ꝛ homo deo patri recōcilia ret. Ideo dicit Anselmus in medita Iste formosissimus in stola sua q̄ deformis pre filijs hominum nimium fact⁹. vulneratus est propter iniq̄tates. ꝛ attritus est, ppter scelera nostra. factus holocaustum suauissimum vel arbor in cōtinuo vt pater eterne glorie auerteret indignationez suam a nobis. ꝛ consedere nos sibi faceret in celestibus. Quinto corpus christi fuit tanq̄ colūna ꝛ velut aqua preclara. Circa quod nota pax olim tribus modis confirmabatur. Primo per cussione. quia adinuicem manu percutiebant. Secūdo columne erectione. quia aliqui pro columna pilam aut lapidem erigebant in signum pacis. De istis duob⁹ modis habet Josue vlt̄. vbi habetur. q̄ in signum vt Juda teneret mandata dei. percussit Josue cun eo fedus. qua percussione pacem inter deuz ꝛ ipsos confirmabat Et deinde subditur. Tulit lapidem quendā erigent eum dixit. Lapis iste erit nobis in testamētum. Tertio per effusionem. qz aquam in cōspectu domini effuderūt. valentes p hoc. sicut de aqua effusa nihil remaneret nec sapor nec color sic si quis pacē non seruaret q̄ neq̄z de illo neq̄z ad eum pertinentibns aliquid remaneret. De hoc. j. Regū. vij. Hauserunt aquā ꝛ effuderunt in conspectu domini. Ad ppositum. homo deū patrem offenderat. q̄ pax inter ipsum ꝛ hominem nō erat. Propterea dic̄ Isa. c. xlviij. ꝛ. lvij Non est pax impijs dicit dn̄s. Ut igitur christ⁹ firmā pacem inter deum patrem ꝛ hoīes confirmaret. voluit percuti ꝛ disciplinari. sicut dicit hic prophet. Disciplina pacis nostre super eū Ut enim pacem reformaret. fuit non solum in manibus vel i pedib⁹ perforatus. sed etiam in toto corpore vulneratus ꝛ flagellatus. hoc quo ad primum. Fuit etiam velut columna in testamentum pacis erectus. ꝛ in ara crucis mortificatus. De hoc Chrysostomus in sermone de cena domini. Occisus prepositꝰ christus. ꝛ cur occisus est videamus. vt celestia pacificaret.

Feria

¶ et vt in terra reconciliaret vniuersa. vt deniq; hominē amicū cōstitueret angelo⁹. et hoc quo ad scōm. Insup xp̄s fuit sicut aq̄ effusus q; nihil sibi remansit. nec sanguis nec aia. nec vita. nec vestis. nec familia Ideo dixit p̄s. xxj. Sicut aqua effusus sum tē. Pro morali doctrina est notādū Exquo xp̄s nō peccauit. et tamē disciplinam patris sui nō pro se sed pro nobis sustinuit. vt nos liuore eius sanaremur Idcirco nos q̄ in multis offendimus: oēs libenter debemus disciplinā dei sustinere. ppter tria que ponit Job. bol. lec. cvij. Primo propter castigantis dilectionē. Ille enim qui disciplinat pater noster est. amicus noster et redemptor. Jō dicit ap'lus ad Hebr. xij. Quis est filius quē non corrigit pater. q. d. nullus. loquendo de filio vero et dilecto. Et subdit. q; si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes. ergo sicut adulteri et non filij estis. q. d. Oēs amici dei facti sunt participes disciplina dei. sicut in matre et in apostolis suis patet. et generaliter in oibus qui filij dei dicunt Non esset magnum si homo reciperet vnū ictuz paruum ab aliquo amico qui pro eo fuisset acerrime vulneratus. Xp̄s p nobis non solum vulneratus ymo crucifixus et occisus fuit. Ipse eīm vt dicunt verba thematis vulneratus est propt̄ iniquitates nostras. ergo et nos pro amore suo et pro peccatis nostris disciplinari debemus secunduz illud Heb. xij. Fili mi noli negligere disciplinā dñi. neq; fatigeris cum ab eo corripueris. Dicit Macrobius libro suo de lapidibus c. xix. Si maritus ponit magnetem sub capite mulieris dormientis. experiri poterit an sit adultera vel fidelis. Quia si sit adultera statim cadit de lecto ac si manu hominis fuisset depulsa. Si vero fidelis sit marito. conuertet se ad ipsum amplexando eum dormiendo. Et hoc comprehendit in his metris. Sam si cupit scire: an sit adultera coniunx. Suppositum capiti: lapidem iacentis adaptat. Mox q; casta monet: petit amplectiq; virum. Non tamen euigilans cadit omnis adultera lecto. Tang̃ pulsa manu subito fetore coacta. Quem lapis emittit: celati criminis index. Quāuis istud non sit leuibus et lasciuis indifferenter cōicandum. viris tamen litteratis et ecclesiasticis potest dici Moraliter anima humana coniunx dei. potest dici cōiunx per fidem charitate formata. scōm illud Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Volens ergo deus experiri an anima xp̄iana sit vera sponsa vel adultera supponit magnetem que est lapis ferrei coloris. et trahit ad se ferrum per quē significatur magna tribulatō: qua ferrei boies et duri ceruicis. ppter hal'stargk domantur et ad deū trahuntur. et q̄d euenit? Certe terrene et adultere ꝓiuges cadūt de lecto charitatis: p impatiaz et murmurationē contra deū. et tales omnino pdunt omne meritum. Sicut attestatur Cypria-nus libro de monastica vita. Murmurare nannus libro de monastica vita. Murmurare nanq; hois meritum perdit. et vita validius infesta tur. Sed deuote sponse christi et fideles conuertunt se ad deum per humilitatez duz sunt sub disciplina dei similiter per orationē et deuotionem dicētes Roma. viij. Quis nos sepabit a charitate xp̄i. tribulatio: an angustia: an psecutio: an fames: an nuditas: an piculū: an gladius. sicut scriptum est p̄s. xliij. Qm̃ propter te mortifica mur tē. Sed in his oibus speramus eū semper qui dilexit nos. Et talis fidelis sponsa fuit aia Pauli qui vbi supra. Certus sum q; neq; mors neq; vita tē. poterit me separare a charitate dei Unde Aug. in quodā ser. Nullus seruus christi sine tribulatione ē. Si putes te nō habere persecutiones nō duz cepisti esse xp̄ianus. Supponit aūt magnes iste discipline dei sub capite sponse xp̄i quiescentis et dormiētis. Quia qñ homo ad maiorē trāquilliorēq; cōuersationē disponit se. tūc deus sibi tribulationē et disciplinā iniuriā et persecutionem immittit. iuxta illud Job. xxxiij. Qñ irruit sopor sup boies et dormiunt in lecto. tūc aperit aures virorū et erudiens eos instruit disciplina. Sup quo dic̃ Greg. xxvj mor. Aurē cordis tribulatio aprit quā sene mūdi ꝓsperitas claudit. Secūdo disciplina est deuote suscipien da ppter peccāt̄is correctionē. Un̄ p̄s. xvij. Disciplina tua correxit me in finē: et disciplina tua ipsa me docebit. Et Petr⁹ raueñ. in quadā epl'a Ideo inquit forsitan te tpaliter punit de⁹ vt eter ne mortis ardores pena tempalis redimat. Et boc figuratur fuit. iij. Regū. vj. Cum Salomō edificaret templū domino de lapidibus quadratis et politis nō audiebat sonus malleorū. eo q; extra templū lapides fuerūt secti et politi. Spū aliter Salomō interpretat pacific⁹ vel suscept⁹ et deū significat oipotentem. q; oēs quos susci pit pacificat. ñre iudeos siue gentiles. pter qđ dr Eph. iij. Ipse est pax nostra qui facit vtraq; vnum. q. d. ex iudeis et gētibus vnū faciens populum xp̄ianum. Dic inquā volēs edificare templuz celeste. viuis ex lapidib⁹ prius hic secat et polit ferro aduersitatis. ne ibidem sonus tribulationis audiretur. Et hoc est quod subdit. Petr⁹ raueñ. In edificatione inquit templi omnes lapides prius malleis tondebant̄ ne in illoz pomini ponitur granū donec flagellis attritū aut pedibus fuerit excussuz. Sic et viui lapides qui ponendi sunt in illa celesti hierusalem que edificatur vt ciuitas. varijs infortuniozum concussionibus poliuntur anteq; edificationi celestis

babitaculi collocentur. hec ille. Et ideo ad cor rectionē ꝛ cōmodū nostrum ordinatur quod in nobis de ista disciplina prestatur. Un ad Hebr̄. xij. Omnis disciplina in presenti non videt gau dij esse sed merozis. Postea autem fructum pa cificum. id est beatitudinem que quietat totali ter appetitum exercitatis per eaz reddet Et. b. Hrego. Nō dns hic quibusdā parcit ideo facit vt illos imperpetuū feriat. Ideo autez hic ferit non parcēdo vt ineternuz parcat. hec Hrego. Et ideo pr̄ verberās cū virga facit puerum ces sare a fletu: ꝛ ipsam virgā osculari cū qua ē bene disciplinatus. Sic deus pater verberās elec tos filios cū virga discipline facit eos cessare a fletu perpetuo. de quo Math̄ .xxj. dicit. Ibi scz in inferno erit fletus ꝛ stridor dentiū. Ideo dicitur Apocal̄. xxj. Absterget de⁹ oēm lacri mam ab oculis eoꝝ. ꝛ mors vltra non erit neq; luctus neq; clamor. neq; dolor erit vltra que p ma transierunt Virga aūt cum qua deus pater filios filiasq; suas interduz disciplinat. est infir mitas corporalis. interdum mors amicorum. interdumq; alius horror truculentus ꝛ impius de quo dicit Ezechiel̄. vij. Floruit virga. germi nauit superbia. iniquitas surrexit in virga impi etatis. Cunq; cum hac virga nos percutiet. nō vult deus vt plorem⁹ per nimiā desolationem immo vult vt virgam nostram asculemur per di lectionem. cum dicit Math̄ .v. Diligite inimi cos vestros. ꝛ benefacite his qui vos oderunt. Tertio disciplina dei est deuote suscipienda p pter temptantis directionē. Prosternitur nan q; caro. mūdus ꝛ demon cū disciplina dñi fortit̄ toleratur. vnde ꝛ cōtra temptationē carnis so lent sancti sibīpsis disciplinam infligere. sicut Hrego. ij. dyal̄. c. iij. dicit de sancto Benedicto. q cū de quadam muliere quā prius aspexerat tem ptaret̄. exutus indumēto nudū se in spinaꝝ acu leis ꝛ vrticaꝝ incendijs proiecit. Vanitas eniz mūdi cōtemnitur dū sanct⁹ homo persecutioni bus agitur. Sicut enim nutrix filiū suum volēs ablactare inungit mamillā aliqua amara re. ita deus hui⁹ mundi delicias infinitis amaritudini bus ordinauit esse respersas ne eas nimis ama remus. Ideo. b. August⁹. li. 9 fes. regratiat̄ deo omnipotēti q; resperserat semper amaritudini bus oīs illicitas delectationes suas. Et Boe. de vera innocē. ppositione. ccxxvj. dicit sic. In presenti vita delicie tpales dulces sunt. ꝛ tribu lationes corpales amare sunt. Si q̄s non bibit tribulationis periculum metuat ignē gehēnaꝝ Et si q̄s non cōtemnit dulcedinē seculi si inbere

Rat bonis vite eterne. q. d. Omnes deberent hoc facere si saltem essent bone mentis. Sūt ergo di uine discipline quoddā medicamētum preserua tiuuz a tēptatione putrefactione pcti. Dicit em̄ Aristo. iiij. metheoꝝ. q; quinq; sunt que impe diunt putrefactionē. Prima est causa frigus cir cunstans ad multos annos. ꝛ ideo minus pu trescunt res in hyeme q̄ in estate. qz calor natu ralis per frigus exterius circūstans compzimi tur. ꝛ in humido suo conseruat̄. Secūda causa ē excellentia calozis extrinsici. ꝛ ideo illa in qui bus abundat calor igneus. vt piper: galganum ꝛ hmōi non cito putrescunt. Tertia causa est co agulatio facta a frigido intrinseco. Quarta mo tus moderatus. Quinta ē magnitudo rei. Un aqua diuisa per partes cito putrescit. integra i sua magnitudine non putrescit. Isto modo mo raliter quinq; sunt que putrefactionem peccati impediunt (Quando em̄ calidū ꝛ humidū de re extrahuntur cito putrescit. Sic quando humor gratie ꝛ calor charitatis ab homine extrahunt̄ homo naturaliter putrescit. sicut cōquerat̄ Da uid in ps̄. xxxvij. Putruerūt ꝛ corrupte sunt ci catrices mee a facie insipientie mee) Primo fri gus circunstans. per qō significatur tribulatio ꝛ persecutio exterior que conseruat a peccatis. sicut patet in Manasse qui multa mala fecit. vt dicit̄. iiij. Regū. xxj. Cum aūt tribulatio ꝛ perse cutio venit super eū penituit. ꝛ a multis pecca tis que adhuc facere potuisset preseruatus fuit. vt habetur. s. dñica. ij. in quadragesima sermo ne. ij. U. V. Ideo dicit deuotus Amandus li. j. c. xiij. O quot sunt qui grauissima commisissent peccata. qui multa crimina incurrissent. si non pia quadā dispensatione diuina tribulationib⁹ preseruati fuissent. Secūdo per excellentiaz ca lozis naturalis ignei intrinseci. per quod signi ficatur excellentia gratie spūssancti. per quam multi seruant̄ ne peccata cōmittāt. neq; spūalit̄ putrescāt. Quia ipse spiritussanctus nutrit ignē diuini amoris in cordibus nostris. De quo qui dez igne dicit dns Leuit̄. vj. Ignis i altari meo semper ardebit quez nutriet sacerdos. Ubi mo raliter vt dic̄ Lyra. per altare significat̄ cor hu manum. in quo debet offerri deuotionis ꝛ ora tionis holocaustum. ꝛ in hoc debet ignis chari tatis semper ardere per ardorez deuotionis di uine: quem nutriet sacerdos. i. spiritussanctus: qui dicitur sacerdos. i. sacra dans. quia dat sa cra septem dona subijciens ligna. id est diuina beneficia et sanctorum exempla ad dei dilectio nem ꝛ proximi inflammantiā. ꝛ per hunc ignem charitatis ꝛ deuotiōis preseruatur quilibet ho mo a peccatis. Tertio modo per coagulationē factam a frigido intrinseco. id est per timorē di uini iudicij ꝛ vltionis future intrinsecus recogi tati. Quia talis timor a peccato preseruat. Juxta illud dictum beati Hiero. Nulla res ab

omni peccato nos seruat immunes sicut timor iudicij ⁊ timor supplicij. Quarto per motus moderatum. Quia dicit metrista. Et vicium capiunt ni moueantur aque. Motus moderatus ē variatio ⁊ continuatio sanctarus occupationū que excludūt ociū quod inducit maxime putredinem libidinis. sicut patet de zodomitis Ezechielis. xvj. Saturitas panis ⁊ ocium. Ideo dicit Ouidius in de remedio amoris. Oscia si tollas periere libidinis arcus. Quinto impeditur putrefactio peccati per magnitudinem rei. quia res magna magis resistit putrefactioni q̄ parua. Isto modo moraliter magna dignitas gradus siue status persone debet eum preseruare a corruptione peccati. quando scilicet homo recogitat q̄ sit prelatus. ⁊ q̄ habet curā aiarum. recipit honorē a subditis ⁊ beneficia quib⁹ omnino est indignus nisi bene viuat. Quia dicit Aristo. iiij. ethic. Prauus nō est honore dign⁹ Sicq; ex ipsa sue dignitatis magnitudine. facit sibi stimulum bone vite. Inter ista quinq; putrefactionis impedimenta precipuum est disciplina. que vitam gratie a putrefactione preconseruat. iuxta illud Prouer. vj. Mandatū lucerna ⁊ lex lux ⁊ via vite increpatio disciplinę. Ideo dicit hic. Disciplina pacis super eū. ſ. hoiem. et eum a peccato preconseruet.

Feria quinta. In cena dñi.

Capite ⁊ comedite. hoc est corpus meū Math. xxvj

